Cũ ergo quis puniatur in eo in quo delinq̃t vt extra de excessibus prelatoꝝ.ca. Inter dilectos. Homo aũt debet puniri ꝑpetuo: sicut angelus. vel vt ergo saluet᷑ ⁊ redimatur: aut neuter. Ad suggestionẽ iusticie citati fuerũt demones: qui habito cõsilio, inter se qualiter causam suã defenderẽt statuerũt per procuratorẽ iura sue vniuersitatis agere ⁊ defendere: quia vniuersitas vel collegiũ necessario ꝑ ꝓcuratorẽ vel sindicũ agere debet: vt de iuramẽto calũnie.ca. Impetrãdis. ⁊ ca. Imperator.ix.q.iij.ca. Cũ scimus.xxviij.q.iij.ca. Quia ⁊ ipsi. Et ita p̃dicta infernalis vniuersitas cõstituit suũ procuratorẽ ⁊ sindicũ Belyal iurisperitũ: dans ei potestatẽ impetrãdi agendi: defendẽdi: ⁊ defectus agẽdi: obijciẽdi: iurãdiqꝫ de calũnia ⁊ dicendi veritatẽ. ⁊c̃ vt Extra de procuratorib⁹ ca.i. De officio de legati.ca. Corã de rescriptis.ca. Edoceri. De ꝓcuratorib⁹ ca. Ad agendũ.li.vi. Qui belyal habita procuratione vniuersorũ dominũ adijt: eiusqꝫ consistoriũ ingressus: corã oib⁹ intrepide sic exorsus est. Altissime dñe ⁊ rex regũ quẽ nullũ latet secretũ: cuius voluntati nullus resistere potest. Iustus in oibus vijs tuis: ⁊ sctũs in oibus opibus tuis. Placeat te audire infimũ totius vniuersitatis infernalis ꝓcuratorẽ: ac aures tue pietatis inclinare digneris. Cum sathan ⁊ dicta vniuersitas infernalis tenuerit: possederit: et habuerit terrã vniuersam: mare ⁊ oĩa q̃ in eis sunt ⁊ maxime hoĩes in terra degẽtes: ad plenã ⁊ totalẽ iurisdictionẽ ꝓprietatẽ ⁊ dominiũ ipsi⁹: et tanto tp̱e de cui⁹ cõtrario memoria nõ existit ex largitione: traditiõe: ⁊ repudiatione factis sathane ⁊ ei⁹ vniuersitati infernali: per altissimã tuã dñationẽ vniuersorũ: propter pctm̃ ⁊ inobedientiã primi hoĩs ad ip̃m plenissime pertinere: precor maiestatẽ tuã sententialit᷑ adiudicari p̃dicta oĩa ad ꝓprietatẽ ⁊ dominiũ iã dicte vniuersitatis in perpetuũ pertinẽtia irreuocabiliter. Or si sec⁹ adiudicaueris ad graue preiudiciũ ⁊ iacturã coꝝ sibi reputabunt. Et ne videar sine ratione loqui: adducã testimonia sacre scripture cõfirmãtia que dixi. Nã post expulsionẽ hoĩs de paradiso tu deus ip̃m hoĩem tradidisti in manu sathane ⁊ dyabolice cõgregationis possidendũ: vt patet Esaie.xliij. vbi tu dixisti. Pater tu⁹ prim⁹ peccauit ⁊ interp̃tes tui p̃uaricati sunt in me. Et cõtaminaui p̃ncipes sanctos: dedi ad interitionẽ iacob: ⁊ israel in blasphemiã. Item eiusdẽ.l.ca. tu dixisti. Quis est hic liber repudij matris vestre quo dimisi eam: aut quis est creditor meus cui vendidi vos: Ecce em̃ in iniquitatib⁹ vestris vẽditi estis: ⁊ in scelerib⁹ vestris dimisi matrẽ vestrã. Et Abacuch.iij. dicit: Egredietur dyabol⁹: ante pedes eius stetit: ⁊ mẽsus est terrã. Aspexit ⁊ dissoluit gẽtes: ⁊ cõtriti sunt montes seculi. ⁊c̃. Itẽ. p̃s.xviij. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Item Ecc̃.xl. Iugum graue super filios adã: a die exitus de vẽtre matris eoꝝ. Ex his patet ꝙ dictus sathan ⁊ cõgregatio infernalis repudiati hoĩs habuerũt corꝑalẽ possessionẽ. Respõdit mĩa dicẽs. Clementissime dñe tuã dep̃cor maiestatẽ vt ad fraudulenta verba hui⁹ nequissimi Belyal placeat nõ aduertere quia vera vidẽtur exterius falsitatis aũt plena sunt interius. Quoniã scriptũ est. Fel draconũ vinũ eorũ: ⁊ venenũ aspidũ insanabile. Tu em̃ nosti quoniã ipse posuit in celo bellũ: in paradiso fraudẽ: odiũ inter primos fratres: et in omni ope hũano zizaniã seminauit. Utqꝫ ad dicta huius nephãdissimi respõdeã. Dico ꝙ dyabolica suggestione ⁊ dolo homo peccauit: vt dicit᷑ Genesis.ij. Ideo ab hoc cõcilio oĩno iste debet repelli. ⁊ sic homo resoluit᷑ a petitione ipi⁹. vt Extra de exceptionib⁹ ca. Dilecta. in fine. Et ca. Intellexim⁹. Et ca. finali ad vlti. Ratio est: quia fraus ⁊ dolus nemini patrocinari debent: vt Extra de dolo ⁊ cõtumacia.ca. Ex litteris. Nã de dolo suo nemo debet reportare lucrũ: vt Extra de eo q̃ duxit in vxorem ca.i. Tunc dixit Belyal: in hoc princeps noster nõ peccauit: sed magna fuit stulticia hoĩs eidẽ credere. quoniã si dictũ fuit ei ꝙ si comederet de ligno vetito foret similis deo. hoc credere fuit magna fatuitas: q̃ est plus q̃ dolus. Argumentũ habet᷑ extra qd̃ met⁹ causa.ca. Cũ dilecti. Et.xx.q.iij ca. Cõstituit Et extra de cõuersione cõiugatoꝝ.c. Ex p̃te. Respõdit mĩa dicens. O belyal si dicta suggestio tendisset ad bonũ. nulla esset necessaria cõpensatio dictorũ: neqꝫ esset peccatũ. ⁊ sic loquũtur iura per te allegata. Sed supradicta suggestio fuit ad morte: ⁊ tunc magis punitur suggestor q̃ꝫ faciens: vt.lxxxvi. di.c. Tanta. quia intentio suggestoris fuit vt socios possit habere penarũ. Dixit Belyal. Ille prim⁹ parens debebat experiri apud seip̃z si expediebat sibi tale consiliũ principis nostri: vt de regulis iuris regula cõsiliũ. lib.vi. Respõdit misericordia. Homo pro temeri

tate sua fuit punitus: etiam princeps vester
puniri debet: quia exhortator mãdatoris ope
ra fungitur. vt. ff. de his qui⁊ no. infa. lege ab
hoc verbo. Ideo dico ꝙ sentẽtialiter ⁊ iuri-
dice debꝫ priuari isto dominio. queadmodũ
Esaias ꝓpheta. ca. xlvij. publice scripsit dic.
Redẽptor noster deus exercituũ, nomẽ illi⁹
sanct⁹ israel. Ultionẽ capiã ⁊ nõ resistet mi-
hi homo. Denuda turpitudinẽ tuã: discoopi
humerũ tuũ: reuela crura: transi flumina: se-
de: tace: ⁊ intra in tenebras filia caldeoꝝ: id
est infernoꝝ. quia nõ vocaberis vltra domi-
na regnoꝝ. Iratus sum sup populũ: ⁊ conta
minaui hereditatẽ meã: ⁊ dedi eos in manu
tua. Nõ posuisti eis misericordias: super se-
nem aggrauasti iugũ tuũ valde: ⁊ dixisti. In
sempiternũ ero dña. Nõ posuisti hoc super
cor tuum: nec recordata es nouissimi tui. Et
nũc audi hec delicata ⁊ habitãs cõfidenter:
que dicis in corde tuo ego sum: ⁊ nõ est pre-
ter me amplius. Nõ sedebo vidua: ⁊ ignora
bo sterilitatẽ. Uenient hec duo tibi: hec duo
subito in die vna: sterilitas ⁊ viduitas. Uni
uersa hec venerũt sup te propter multitudi-
nẽ maleficorũ tuorũ: ⁊ propter duriciã incã
tatorũ tuoꝝ vehementer. Et fiduciã habui-
sti in malicia tua: et dixisti non est qui vide-
at me. Sapiẽtia tua ⁊ sciẽtia tua decepit te:
⁊ dixisti in corde tuo. Ego sum: ⁊ nõ est pre
ter me vltra. Ueniet super te malũ: et nesci-
es ortũ eius: ⁊ eruet super te calamitas quã
non poteris expiare. Ueniet super te mise
ria repente: quã nescies. Sta cũ incãtatori-
bus tuis: ⁊ cũ multitudine maleficoꝝ tuoꝝ
in quibus laborasti ab adolescẽtia tua: si for
te qd prosit tibi: aut si possis fieri fortior. De
fecisti in multitudine cõsiliorũ tuorũ. Stent
⁊ saluent te augures celi qui contẽplabãtur
sydera celi ⁊ supputabãt mẽses: vt ex eis an
nũciarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi
stipula: ignis combussit illos. Nõ liberabũt
animã suaꝫ de manu flãme: non sunt prune
quib⁹ calefiant: neqꝫ focus vt sedeãt ad eũ.
Sic facta sunt tibi in qbuscũqꝫ laboraueras
Negociatores tui ab adolescentia sua vnus-
quisqꝫ in via sua errauit: nõ est qui saluet te
Item eiusdem. xlv. ca. Christo meo cyro cu-
ius apprehendi dexterã: vt subijciã ante fa-
ciẽ eius gentes: ⁊ dorsa regũ vertã: ⁊ aperiã
ante eũ ianuas: ⁊ porte non claudẽtur. Iteꝫ
xlix. Et dixi. In tẽpore placito exaudiui te: ⁊
in die salutis auxiliatus suꝫ tui. Seruaui te
et dedi te in fedus populi: vt suscitares ter-
ras ⁊ possideres hereditates dissipatas: vt
diceres his qui vincti sunt exite: et his qui
in tenebris reuelamini. Et infra. Uiuo ego
dic dñs: quia oib⁹ his velut ornamento ve-
stieris: ⁊ circundabis tibi eos quasi sponsa.
Quia deserta tua ⁊ solitudines tue ⁊ terra
ruine tue nunc angusta erunt pre habitato-
ribus: ⁊ longe vagabuntur qui absorbeant
te. Hec ibi. Belyal audita ista sententia ait.
Iustissime deus nihil scio de hac sententia:
et non credo eam recte latã: quia nunqꝫ ad
eam audiendã Sathan vel infernalis con-
gregatio fuerunt citati neqꝫ vocati. Si eniꝫ
fuissent presentes ⁊ non appellassent: tũc iu
dicio succũberent. vt notat Innocẽtius Ex-
tra de probationib⁹. ca. Quoniã in summa.
Et de probationibus ca. i. in clemẽtinis. Ex
quibus omnib⁹ habetur quod dixi. Respon
dit misericordia dicẽs. Clemẽtissime domi-
ne ad hanc sententiã audiendã fecisti citari
Sathanã ⁊ infernũ: prout testatur Esaias.
pmo ca. dicẽs sub hac forma. Audite verbũ
domini principes sodomoꝝ. i. peccatoꝝ. au-
ribus percipite legẽ dei vestri populus go-
morre. Quomodo facta est meretrix ciuitas
fidelis: plena iudicij. Iusticia habitauit i ea:
nunc autẽ homicide. Argentũ tuũ versum
est in scoriã: vinũ tuũ mixtũ est aqua. Prin-
cipes tui infideles: socij furũ: omẽs diligũt
munera: sequũtur retributiões. Pupillo nõ
iudicant: ⁊ causa vidue non ingredit ad eos
Propter hoc ait domin⁹ deus exercituũ for
tis israel. Heu ego consolabor de hostib⁹ me
is: ⁊ vindicabor de inimicis meis. Conuer-
tam manũ meã ad te: ⁊ excoquã ad purum
scoriã tuaꝫ: ⁊ auferã omne stannũ tuũ. ⁊c.
Item fecisti citari eundẽ Sathan per Eze-
chielẽ prophetã. xxviij. ca. pro eo ꝙ superbe
dixerat De⁹ ego sum: in hec verba. Et factũ
est verbũ domini ad me dicẽs. Fili hominis
dic principi tyri. hec dicit domin⁹ Pro eo ꝙ
eleuatũ est cor tuũ: ⁊ dixisti: deus ego sum: ⁊
in cathedra dei sedi in corde maris: cum sis
homo ⁊ nõ deus: ⁊ dedisti cor tuũ quasi cor
dei. Ecce sapientior tu es Daniele: omne se-
cretum non est absconditũ a te. In sapiẽtia
tua ⁊ prudentia fecisti tibi fortitudinẽ: ⁊ ele-
uatum est cor tuum in robore tuo. Propte-
rea hec dicit dominus. Pro eo ꝙ eleuatum
est cor tuũ quasi cor dei: idcirco adducã sup
te alienos robustissimos gentiũ: ⁊ nudabũt
gladios suos super pulchritudinẽ sapientie
tue: ⁊ polluent decoreꝫ tuũ ⁊ interficient te:

et detrahent te: ⁊ morieris in interitu occiso
rum in corde maris. Nunquid dices. Deus
ego sum. ⁊c. Item tertio fecisti citari Sa-
than per eundẽ Ezechielẽ. xxix. ⁊. xxxij. c. sub
hac forma. Factũ est verbũ dñi ad me dicẽs
Fili hominis loquere cũ pharaone ⁊ dices.
Hec dicit domin⁹. Ecce ego pharao rex egy
pti draco magne qui cubas in medio flumi
nũ tuorũ: et dicis. Meus est fluuius: et ego
feci meipm. ⁊ ponã frenũ in maxillis tuis: ⁊
leoni gentiũ assimilatus es: ⁊ draconi qui est
in mari. Et ventilabas cornu in fluminibus
tuis: ⁊ conculcabas flumina eorũ. Propte
rea expandã super te rhete meũ in multitu
dine populorũ meorũ: ⁊ extraham te in sa
gena mea: ⁊ proijciã te in terram. ⁊c. Ecce o
Belyal quãta equitate ⁊ iusticia vsus est de
us. Tres enim citationes fecit fieri ad con-
uincendã maliciã Sathane principis tui: q̃
requirebãtur ad sententiã promulgandã: vt
Extra de dolo ⁊ contumacia. ca. Prout. ⁊. c.
Cum olim. Insuper ego adducã testes qui
probabunt ad plenũ de nequicia ⁊ sceleríb⁹
que sunt per principẽ infernalẽ in regno dei
cõmissa atq; patrata. Propter quod meri-
to debet priuari principatu super humano
genere. Et statim citati fuerũt Dauid ⁊ Eze
chiel: qui duo sufficiũt. Quoniã in ore duorũ
vel triũ stat omne verbum: vt Extra de testi-
bus. ca. In nomine. Et. ca. Licet. Statimq;
dauid affuit dicens. Deus vltionũ domin⁹:
deus vltionũ libere egit. Usq; quo peccato-
res domine: vsq; quo peccatores gloriabun
tur: Populũ tuũ dñe humiliauerũt: et here-
ditatẽ tuã vexauerũt. Uiduã et aduenã in-
terfecerũt: ⁊ pupillos occiderũt ⁊ dixerunt.
Non videbit domin⁹: nec intelliget de⁹ iacob
Polluerunt templũ sanctũ tuũ: posuerunt
hierusalẽ in pomorũ custodiam. Posuerunt
morticina seruorũ tuorũ escas volatilib⁹ ce-
li: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre. Effu-
derunt sanguinẽ ipsorũ tanq; aquã in circui
tu hierusalẽ: ⁊ non erat qui sepeliret. Incen-
derũt igni sanctuariũ tuũ: in terra polluerũt
tabernaculũ nominis tui. dixerunt in corde
suo cognatio eorũ simul quiescere faciamus
omnes dies festos dei a terra. Uide domi-
ne quãta malignat⁹ est inimicus in sancto.
Ecce testimoniũ dauid. Cõfestim assurrexit
Ezechiel propheta. xxij. dicẽs. Ecce pnceps
israel: singuli in brachio suo fuerunt in hieru
salem. ⁊ effuderunt sanguinẽ. patrẽ ⁊ matrẽ
contumelijs affecerunt in ea. Aduenam ca-
lumniati sunt in medio eius. Pupillam ⁊ vi
duam contristauerunt apud ipsam: sanctua
ria tua domine spreuerunt: ⁊ sabbata pollue
runt. Scelus operati sunt in medio eius: ve
recundiora patris discooperuerunt: immun
diciã menstruate humiliauerunt: ⁊ vnusquis-
q; in vxorẽ proximi sui operatus est abomi
nationẽ: et soror nurũ suã polluit nepharie:
frater sororẽ filiam patris sui oppressit in te.
Et mei tui deus fuerũt obliti. B Ex qui
bus testibus plenissime deus informatus: vt
iudex de iuridica priuatiõe totius impij pn
cipis infernalis: sic fuit allocutus. Hec dicit
dominus. Audiui vniuersa opprobria tua q̃
locutus es de mõtibus israel dicens. Deser
ti dati nobis sunt ad deuorandũ: ⁊ insurrexi
stis aduersuz me ore vestro: ⁊ derogastis ad
uersum me verba vestra. Ego audiui hec di
cit dominus: letante vniuersa terra. In soli
tudinẽ te redigam: sicut gauisus es super he
reditate domus israel eo ꝙ fuerit dissipata:
sic faciam tibi. Ezechielis. xxxv. Ecce Bely-
al qualiter Sathan fuit citatus: si non com
paruit fuit contumax. Sententia autẽ bene
fertur in citatum et contumacẽ: vt Extra de
officio delegati. caplo. Consuluit. in glosa. et
Extra de dolo ⁊ contumacia. caplo. Verita
tis. Et de verborũ significatione. caplo. Se
pe. in Clementinis. Que audiens Belyal
stupefactus et confusus inclinãs se corã iu-
dice dei. Audiui dauid prophetam tuum di
centem. Homines ⁊ iumenta saluabis do-
mine: quẽadmodũ multiplicasti misericordi
am tuam deus. Nunquid demoniorum mi-
sereberis: cum sint digniores iumentis ipsi
demones. Respondit misericordia dicens.
Illorum deus miserebitur: qui confitentur
delicta sua: ⁊ propter iniusticias suas humi
liantur. Ait Belyal. Quid volunt confiteri
demonia contra se: cuz nihil mali fecerint: et
deus gratis ea dãnauit? Respondit miseri
cordia. Lege Esaiã. xiiij. caplo. scies quid de
monia fecerint Ibi enĩ dicit sic. Quõ cecidisti
de celo lucifer q̃ mane oriebaris: Corruisti ĩ
terrã q̃ vulnerabas gẽtes q̃ dicebas ĩ corde
tuo. In celũ conscẽdã: supra astra dei exalta
bo soliũ meũ: sedebo in mõte testamenti. ⁊c.
Ait Belyal. Verũ est ꝙ princeps nr̃ dixit.
Ponã sedẽ meã in aqlonẽ: ⁊ ero silis altissi
mo. Sed tñ nõ posuit licet dixit. ⁊ qui dicit ⁊
non exequitur illud dicitur non facere: et ita
non meretur penã. Argumẽtũ huius habet
de electione ca. Perpetue. libro. vi. Respon

dit misericordia. valde erras Belial: nescis
quia in delictis respicit voluntas: vt Extra
de eo qui mittitur in possessionē causa rei ser
uādē. ca. i. Et de penitētia dist. i. c. Si quis cū
telo. Unde peccatū hoīs est remediabile: nō
aūt peccatū demonis. Ad quod probandū
adduco sex rationes tales. Prima ratio est
quātū ad virtutē naturalē vtriusq3: qm̄ quo
ad virtutē cognitiuā angelus cognoscit in
virtute lucis plene per intellectū deiformē
vt possit totū cōsiderare sine inq̄sitione qd
ad electionē alicuius pertinet: vt sic per igno-
rantiā nō excusaretur. Sicut homo qui co-
gnoscit que agenda sunt deliberādo per ra-
tionē que est quasi quedā obūbratio intelle
ctus: vt dicit ysaac. v. de definitionib⁹. Et sic
principiū demonis dissimile est principio ho
minis ppter infirmitatē humane cōditiōis:
vt de penitētia. dist. ij. §. Ω ergo ante mediū
Etiā quo ad effectiuā: quia volūtas angeli
est inuertibilis post electionē cū sit infra vo
lūtatē diuinā que est inuertibilis ante ⁊ post
Et supra voluntatē humanā que est vertibi
lis ante ⁊ post. Ideo angelus semp inheret
malo immobiliter: qd peccādo appetijt. Un
de mala voluntas demonis pro facto repu
tatur: vt. xxij. q. v. ca. Si paulus. Sed nemo
dānatur nisi ex merito male volūtatis: nec
liberatur nisi bonā habuerit volūtatē. xxiij.
q. iiij. ca. Displicet. ¶ Scd̄a ratio est quātū ad
naturā vtriusq3: quia angelorū natura nō p
pagatur ex vno ex quo viciū contrahat sicut
natura humana. ideo nec p vnū cōgruit eā
repari. Unde Paul⁹ Roma. v. Sicut p vnū
hominē in hūc mūdū peccatū intrauit ⁊ per
peccatū mors: ita ⁊ in oēs hoīes mors per-
transijt: in quo omnes peccauerūt. Si enim
vni⁹ delicto multi mortui sunt: multo magis
gratia dei ⁊ donū in grā vni⁹ hoīs iesu chri-
sti in plures abūdauit. Nam hō dicit imago
dei: p hoc q sicut de⁹ principiū est hoīm per
creationē: sic hō prim⁹ est pncipiū alioꝝ per
ppagationē: vt xxxiij. q. vlti ca. Hec imago.
Sic xp̄s debet esse principiū eoꝝ per redē-
ptionē. ¶ Tertia rō est q̄tū ad statū vtriusq3
quia homo non peccauit in termino sue vie
sicut angelus: cui ad primā electionē status
vie finit⁹ est. Hoc eñ est hoīb⁹ mors: qd an-
gelis casus. Sed hō post mortē suā nō pōt
penitere de pctō suo. Et moriēti in pctō mor-
tali non prosunt orōnes nec oblationes vi-
noꝝ: nec cetera suffragia ecclesie: vt. xiij. q. ij.
ca. Quibus. ⁊. vij. capitulis sequētib⁹. Quo
niā in inferno nulla est redemptio. Job. vij
Qui descendit ad inferos non ascendet. ⁊c.
¶ Quarta rō est quātū ad peccatū vtriusq3:
quia angelus supbiuit ex appetitu potentie
quā natura creata nō potest recipere in ma-
gna pfectione: homo vero supbiuit ex appe
titu sciē: cui⁹ natura creata est capax. Exēplū
Anima xp̄i habuit omnē sciētiā: nō tm̄ om-
nipotētiā. Etiā homo peccās cogitauit de ve
nia: ⁊ in aliquo decept⁹ est. Quia vt dicit ma
gister libro ij. sentētiarū dist. xxij. Plus pec-
cauit mulier q̄3 vir: que voluit vsurpare diui-
nitatis equalitatē: ⁊ nimia presumptiōe ela-
ta credidit sic esse futurū. Adā vero nec illō
credidit: ⁊ de penitētia ⁊ de mīa dei cogita-
uit dū vxori morē gerēs eius persuasioni cō
sensit: nolens eā contristare ⁊ a se alienā re
linquere ne periret arbitrās illud esse venia-
le: nō mortale delictū. Unde Aug. Aposto-
lus inquit adā nō est seductus: qd vtiq3 ita
accipi potest vt intelligat nō esse seduct⁹ pri
or vel in eo in quo mulier: vt scilicet illō cre-
deret esse veruz. Eritis sicut dij: sed putauit
vtrūq3 posse fieri: vt et vxori morē gereret: et
per penitētiā veniā haberet. Min⁹ ergo pec-
cauit q̄ de penitētia ⁊ dei mīa cogitauit. hec
magister. Sed angel⁹ peccās neutrū horum
cogitauit. Adde huc etiā: quia angel⁹ nullo
suggerēte peccauit: hō vero suggestione dya
boli peccauit: ergo alteri⁹ auxilio debet libe-
rari ⁊ saluari vt hec sibi correspōdeāt. Quī
ta ratio est q̄tū ad misericordiā dei: quia to
ta natura humana est lapsa in vno parente
nō aūt tota natura angelica: ergo magis est
indecēs q tota natura hūana relinquat sub
dānatione q̄ natura angelica que non tota
corruit. Unde dauid ppheta in ps̄. dic. Mi
serator ⁊ misericors dn̄s: lōganimis ⁊ mul-
tū misericors. Nō imppetuū irascetur: neq3
in eternū cōminabitur. Non sm̄ pctā nostra
faciet nobis: neq3 sm̄ iniq̄tates nostras re-
tribuet nobis. Qm̄ sm̄ altitudinē celi a ter-
ra. ⁊c. vsq3 ad. Mia aūt dn̄i ab eterno ⁊ vsq3
in eternū sup timētes eū ¶ Sexta rō est q̄tū
ad iusticiā dei: q2 oēs illi ad quos corruptio
pctī primi hoīs puenire debebat nōdū erāt
in actu sed in virtute tm̄. ideo nō decet vt pri
usq̄ sint vltimā dānationē recipiāt: sic oēs
angeli actu existētes ppo arbitrio peccaue-
rūt: vt declarat magr̄ sentētiarū. li. ij. dist. v. c.
Hebāt eñ oēs. ⁊c. ¶ Justicia aūt auditis
rationib⁹ misericordie instabat apud equissi
mū iudicē dicens. Aduocētur angeli sanc

et audiatur iudiciū eorū in medio: an velint
deponere aliq̇d cōtra genꝰ hūanū. Quibꝰ ad
uocatis audita est vox angeloꝝ: dicētiū illud
Apoc. xix. Alła Laus ⁊ glia ⁊ virtꝰ deo nr̄o
est: q2 vera ⁊ iusta iudicia eiꝰ sunt. Gaudea-
mus ⁊ exultemꝰ ⁊ demꝰ gloriā ei: q2 venerūt
nuptie agni: ⁊ vxor eiꝰ scz natura hūana ꝑpa
rauit se. Et ꝓstati sunt angeli ꝙ meliꝰ ē na
turā hūanā saluari. ꝓpter hec bn̄ficia que ex
hoc cōsequētur q̄ etiā eis cōueniūt de rigore
iusticie. Et sunt ista. Primo: q2 natura nr̄a
summe nobilitabit̄ si aīa rōnalis saluabit̄ ꝓ
pter plenitudinē scı̄ficatōis aīe xp̄i. Luc. ij.
Hic erit magnus ⁊ filiꝰ altissimi vocabitur. ⁊
dabit illi dn̄s. ⁊c. Scđo q2 nr̄a ierarchia re
parabit̄ dū ciuitas celestis depopulata: ⁊ per
casum maloꝝ angeloꝝ diminuta augmētabi
tur hoībus: velut celestis ciuitatꝫ cōciuibꝰ. ⁊c.
Tertio: q2 hostiū nostroꝝ seuicia supabit̄.
Licz enī cū drachone ⁊ angelis eiꝰ pugnaue
rimꝰ ⁊ eos hinc expulerimꝰ: tamē sup terram
plus inualuit dracho cū angelis suis ꝙ nos
cū nō solū vincāt sed ⁊ regnēt in mūdo. ⁊ in
de trahāt hoīes ī infernū. ⁊c. Quarto. quia
nostra custodia circa hoīes roborabit̄. Ecce
enī a ꝑncipio creationis cuiuscꝫ aīe deputa
tur vnꝰ ex nobis ad custodiā illiꝰ. Quid pro-
dest hec custodia circa hoīes: cū tādē dānen-
tur. ⁊c. Quinto: q2 nostra cōgregatio sum-
me illuminabit̄. dū iusticia ⁊ sacramenta dei
clariꝰ in saluatis hoībus cōtuebimur. His di
ctis statim angeli cantauerūt: dicētes. Bene
dicta gloria dn̄i de loco sancto suo. Sed qm̄
lex data est a deo hoībus ꝑ nos tanꝙ̄ ꝑ mi
nistros: genꝰ hūanū oīno debet liberari ꝓpt̄
instrumēta publica q̄ habet ꝓ se ⁊ non natu
ra diabolica. Statim affuit iusticia dicēs an
teꝙ̄ in sentētia ꝯcludat̄ pars aduersa tenet̄
exhibere instrumēta. vt Extra de fide instru-
mētoꝝ. c. Cū dilectꝰ. ideo eq̇ssime iudex peto
vt videātur hec instrumēta gn̄is hūani: quia
subtrahēs instrumētū aduersarioꝝ debet puniri
a iudice. Extra de testibꝰ cogēdis. c. Per
uenit. Citato ergo hūano genere ad publica
tionē instrumētoꝝ accessit primo Adā: ⁊ ꝓ-
tulit instrumentū suū cōtinēs liberationē hu
mani gn̄is ⁊ assignauit illđ archāgelo micha
eli ꝑncipi sup aīabꝰ suscipiēdis: qui explicās
instrumentū corā celesti curia: sic legit. Hoc
nunc os ex ossibꝰ meis ⁊ caro de carne mea.
quapropter relinquet hō patrē ⁊ matrē ⁊ ad
herebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna.
Gen. ij. Sup quo dicit apl's Ephe. v. Xp̄us
dilexit ecclesiā et seip̄m tradidit pro ea vt il-
lam sanctificaret: mūdās eā lauachro aq̄ in
verbo vite: vt exhiberet ip̄e sibi gloriosam ec
clesiā: nō habentē maculā necꝫ rugā. aut ali-
quid eiusmodi: sed vt sit sancta ⁊ immacula
ta. Hoc enī magnū sacramentū est in xp̄o ie
su ⁊ in eccl'ia. Tūc ait iusticia ex sigillo priui-
legij vel instrumenti. debet cognosci veritas
vel falsitas instrumēti. vt hētur Extra de fiđ
instrumētoꝝ. c. Inter dilectos. ꝓpterea vidē
dū est sigillū huiꝰ instrumēti. Rn̄dit Micha
el. Sigillū nō ꝓbat nisi sit autenticū. Extra
de fide instrumētorū. c. ij. Sigillū aūt princi-
pis est autēticū: vt hētur eodē titulo. ca. Cū
dilectus. Sed hoc instrumentū est robora-
tū quattuor sigillis dei. In primo sigillo ē hō
dormiēs: de cuiꝰ costa formatur mulier. Ait
tūc deus pater: illud qđ ponit magr̄ sentētia-
rū. li. ij. dist. xviij. ca. iij. Nō sine causa quocꝫ
dormiēti viro potius ꝙ̄ vigilāti detracta est
costa: de qua mulier in adiutoriū gn̄ationis
viro est formata: scz vt nullā in eo sensisse pe
nā mōstraret̄: ⁊ dīne simt' potētie opꝰ mirabi
le ꝓbaret̄: que hoīs dormiētis latus aperuit
nec tamē eum a quiete soporis excitauit. In
quo etiā ope sacramentū xp̄i ⁊ ecclesie figu
ratū est. Quia sicut mulier de latere viri dor
miētis est formata: ita ecclesia ex sacramētis
que de latere xp̄i in cruce dormiētis ꝓfluxe-
rūt. hec magr̄. In scđo sigillo est paradisus
deliciarū: a quo egrediūtur quattuor flumīa
⁊ lignū vite in medio eius. Ait tūc deus pa-
ter illđ qđ ponit Aug. li. xiij. de ciui. dei. c. xxxi.
dic. Possunt hec in ecclesia intelligi vt ea me
lius accipiamꝰ tanꝙ̄ ꝓphetica indicia prece
dentia futuroꝝ padisum scz ip̄am ecclesiam:
sicut de illa legit̄ in cātico canticoꝝ. Quattu-
or autē flumina padisi quattuor euāgelia: li-
gna fructifera scōs: fructus aūt eoꝝ opa co
rum: lignū vite sanctū scōꝝ vticꝫ xp̄m. Hec
Augꝰ Sicut enī fluuiꝰ egrediebat̄ a loco vo
luptatis ad irrigandū paradisum: ita fluuiꝰ
sapiētie verbū dei in excelsis debet fundere
flumina gr̄arū ⁊ misericordiarū. Inebriabū
tur enī hoīes ab vbertate mīe eius: ⁊ torrēte
voluptatis sue potabit eos. In tertio sigil-
lo erat homo formatꝰ de terra virgine. Ait
tūc deus pater. Sicut primꝰ adā de terra vir
gine formatꝰ est opatione spūs sancti: ita se-
cūdus adā ex virgine opatione spūs sancti
formari debet. In quarto sigillo erat hō trās
latus in padisuz a cāpo damasceno: in quo
cōditus fuerat. Ait deus pater illud qđ ponit

magiſter ſentētiarū li.ij.diſt.xvij.c.iiij.dicēs.
Homo extra paradiſuȝ creatꝰ poſtmodū in pa
radiſo fuit poſitꝰ vt nō nature ſed grē hoc aſſi
gnaret.hec mgr̄.Inſuꝑ vt xp̄s extra paradi
ſum hūanitatis in celū genꝰ humanū trāſfer
ret.Et ita inſtrumentū ade autēticis priuile
gijs inuentū eſt fore munitū ⁊ roboratū:vt
patet.Scđo acceſſit Noe ⁊ ꝓtulit inſtrumē
tū ſibi traditū qđ ⁊ tradidit michaeli:qui ex
plicans illud ſic legit.Hoc erit ſignū federis
qđ do inter me ⁊ vos ⁊ ad oēm aīam viuētē
que eſt vobiſcū in generatiōes ſempiternas
Arcū meū ponā in nubibꝰ:⁊ erit ſignū fede
ris inter me ⁊ inter terrā.Cūq̧ obduxero ce
lū nubibꝰ:apparebit arcꝰ meꝰ in nubibus:et
recordabor federis mei qđ pepigi vobiſcū ⁊
cū omni aīa viuēte que carnē vegetat.Geñ.
ix.Deꝰ pater expoſuit q̇d hoc inſtrumētū con
tineret dic̄.Sicut arcꝰ federis iuxta quattuor
elemēta integrat̄ quattuor coloribꝰ:ſic xp̄us
quattuor virtutibꝰ decorabitur ꝑ hūanitatē
figuratā in nubibꝰ:ſcȝ colore terreo mēdicita
tis ⁊ indigētie.Colore aqueo ſinceritat̄ ⁊ pu
dicitie.Colore aereo benignitat̄ ⁊ innocētie.
Colore igneo caritatis ⁊ amicitie.Appare
bit itaq̧ arcus in nubibꝰ.id eſt xp̄s in huma
nitate:in ſignū ſatiſfactionis.recōciliatiōis.
ſuſtētationis.glorificationis.Unde Iohēs
Apoc.x.dic̄.Uidi angelū dei fortē deſcendē
tem de celo amictū nube ⁊ yris in capite eiꝰ
Tūc ait iuſticia.Declara ſigillū huius inſtru
menti.Et michael archāgelꝰ demōſtrauit ar
chā grandē:per quā octo aīe ſalue facte ſunt
in diluuio aquarū multarū.Ait tūc deꝰ pat̄
illud qđ ponit̄ ab Augꝰ.xv.li.de ciui.dei.ca.
xxvij.dic̄.Proculdubio figura eſt peregrinan
tis in hoc ſeculo ciuitatis dei:hoc eſt eccleſie
que fit ſalua per ſignū:in quo pepēdit mediа
tor dei ⁊ hoīm hō xp̄s ieſus.Et ita inſtrumē
tū Noe autētico priuilegio firmatū ꝯſtat.⁊c̄.
Tertio acceſſit abrahā:⁊ ꝓferēs inſtrumētū
ſuū tradidit illō archāgelo michaeli legēdū:
qđ explicās legit ſic.Egredere de terra tua ⁊
de cognatione tua ⁊ de domo patris tui:⁊ ve
ni in terrā quā mōſtrauero tibi:et faciā te in
gētē magnā:⁊ bn̄dicā tibi ⁊ magnificabo no
men tuū:eriſq̧ benedictus.Geneſ.xij.Deꝰ
pater expoſuit hoc inſtrumentū ſicut dic̄ Au
guſtinꝰ libro.xvi.de ciuitate dei caplo.xvi.ſic.
Aduertēdū eſt duas res promiſſas abrahe
Unā ſcilicet ꝙ terrā chanaā poſſeſſurū fue
rat ſemen eius.qđ ſignificatur vbi dictū eſt.
Uade in terrā quā tibi monſtrauero:⁊ faciā
te in gentē magnā.Aliā vero longe preſta
tiorem:non de carnali ſed de ſpirituali ſen
ne.per qđ pater eſt nō vnius gētis iſraeliti
ce:ſed omniū gentiū que fidei eius veſtigia
cōſequūtur.qđ promitti cepit his verbis.Et
benedicētur in te omnes tribus terre.hec ille
Tunc iuſticia dixit.Demonſtra ſigillū huius
priuilegij:⁊ apparuit clibanus fumās:⁊ lam
pas ignis tranſiēs per diuiſiones illas.Ge
neſ.xv.Ait tūc deus pater.In occaſu ſolis:
id eſt in mundi termino apparebit fornax fu
mans:id eſt vterus virginis tumeſcēs ope
ſpūs ſancti:quia ſpūs ſctūs ſuꝑueniet in ma
riā virginē:⁊ virtus altiſſimi obumbrabit ei.
Nam propter ſyon nō tacebo:⁊ propter hie
ruſalē non quieſcā donec egrediatur vt ſplē
dor iuſtus eius:⁊ ſaluator eius vt lāpas ac
cendatur.Eſaie.lxij.Quarto acceſſit yſaac ⁊
protulit inſtrumētū ſuū michaeli:quod expli
cans legit ſic.Complēs iuramentū quod ſpo
pōdi abrahā patri tuo.Multiplicabo ſemē
tuum ſicut ſtellas celi:daboq̧ poſteris tuis
vniuerſas has regiones:⁊ benedicētur in ſe
mine tuo omnes gentes terre.Geneſ.xxvi.
Deus pater expoſuit hoc inſtrumentū:ſicut
dicit Auguſtinꝰ li.xvi.de ciuitate dei.c.xxxiij.
dic̄.Non qui filij carnis hi filij dei ſunt:ſed q̄
filij promiſſionis hi deputātur in ſemine.Ac
per hoc filij promiſſionis vt ſic ſemē abrahe
in yſaac vocātur:hoc eſt in xp̄o vocante gra
tia cōgregantur.hec ille.Tunc iuſticia inq̇t.
Demōſtra ſigillū huius inſtrumēti.⁊ apꝑuit
ager quia yſaac egreſſus fuerat ad meditan
dū in agro inclinata iā die:quādo veniēte re
becca accepit eā in vxorē.Geneſ.xxiiij.cap.
Ait tunc deus pater.Uergēte mūdi veſpe
vti ſpōſus de thalamo filius dei egreſſus ho
neſtiſſima virginis matris clauſula:vt deſpō
ſaret ſibi naturā humanā.Ecce ſigillū priui
legij yſaac:vt patȝ.⁊c̄.Quinto acceſſit iacob
⁊ preſentauit inſtrumentū ſuū michaeli:qđ
explicans legit ſic.Ego ſum dn̄s deus abra
ham patris tui:⁊ deus yſaac.Terraȝ in qua
dormis tibi dabo ⁊ ſemini tuo:eritq̧ germē
tuū quaſi puluis terre.Dilataberis ad orien
tem:ad occidentē:ſeptētrionē:⁊ meridiē.Et
benedicētur in te ⁊ in ſemine tuo cuncte tri
bus terre.Et ero cuſtos tuus quocūq̧ ꝑrre
xeris:⁊ reducā in terrā hanc nec dimittā niſi
cōpleuero vniuerſa que dixi.Geneſis.xxviij.
Deus pater expoſuit hoc inſtrumentū ſicut
dicit Aug.libro.xviij.de ciuitate de.c.xxxix.ſic.
Hinc iam intelligite ſegregatū ſemen iacob

gb alio semine ysaac:quod factū est ꝑ esau. Quãdo em̄ dictū est:in ysaac vocabitur tibi semen:ꝑtinẽs vtiqꝫ semen ad ciuitatẽ dei separatū est inde aliud semen abrahe: quod erat in ancille filio:et q̄ꝺ futurū erat in filijs cethure. Sed adhuc erat ambiguū de duob⁹ geminis filijs ysaac vtrum ad vtrūqꝫ an ad vnū eorū:q̄ꝺ nūc declaratū est: cū propheti⸗ ce a patre bñdicitur iacob:⁊ dicit̃ ei. Et eris in cõgregatione gentiū:⁊ det tibi deus bene dictionẽ abrahã patris tui. Tunc iusticia in⸗ quit. Demõstra sigillū huius priuilegij: ⁊ ap paruit scala firmata super terrã:cuius caput pertingebat ad celū:⁊ angeli dei ascendebãt ⁊ descendebãt per illã:⁊ dñs incũbebat sup illã. Geneß.xxviij. Ait tunc deus pater illud quod dicit Aug. libro.xvi de ciuitate dei.ca. xl. Scalã istã intelligitur ip̃e saluator optime in memoriã reuocare: vbi cū dixisset de Na⸗ thanaele. Ecce vere israelita,in quo dol⁹ non est.quia israel viderat istã visionẽ. Ip̃e ẽ em̄ iacob. Eodẽ loco ait. Amẽ dico vobis vide⸗ bitis celū apertū ⁊ angelos dei ascendentes ⁊ descendẽtes super filiū hoĩs.hec ille. Et sic patet. Sexto accessit ioseph ⁊ presentauit in strumentū suū michaeli: quod explicãs legit sic. Nolite pauere:pro salute enim vestra mi⸗ sit me domin⁹ ante vos.premisit me deus vt seruemini super terrã. Dei em̄ voluntate huc missus sum. Geneß.xlv. Deus pater exposu it hoc instrumentū vt dicit August.in sermo ne de Joseph sic. Joseph interp̃tatur augmẽ tatio vel ampliatio quã non habuit nisi egy⸗ ptus:sed in christo augmentū habere meruit vniuersus mũdus. Ille erogauit triticuꝫ: sed christus erogare dignatus est dei verbum. hec ille. Tunc iusticia inquit. Videam⁹ sigil⸗ lum huius instrumenti: et apparuerunt tres propagines. Ait tunc deus pater. Tres pro⸗ pagines tres adhuc dies sunt post quos re⸗ cordabitur pharao ministerij tui: ⁊ restituet te in gradū pristinū. Geneß.xl. Sic ergo ap paret instrumentū ioseph validissimo sigil⸗ lo fore signatū. Et sic patet.⁊c̃. Septimo ac cessit moyses ⁊ presentauit instrumẽtū suū michaeli: quod explicans legit sic. Vidi af⸗ flictionẽ populi mei in egypto: ⁊ clamorem eius audiui:⁊ sciens dolorẽ eius descẽdi:vt liberẽ eos de manibus egyptiorū.⁊ vt edu⸗ cerẽ de terra illa in terrã bonã ⁊ speciosam: in terrã que fluit lacte ⁊ melle. Exodi.iij. De us pater exponẽs hoc instrumẽtū ait. Moy ses personã christi gerit:vt habetur de peni⸗ tentia dist.iij.§. Inter hec. In signū ꝙ chri⸗ stus debet educere humanū genus ab infer no:⁊ introducere in hãc ciuitatẽ celestẽ.sicut scriptū est. Introduces eos ⁊ plantabis in monte hereditatis tue: firmissimo habita⸗ culo tuo quod operatus es dñe:sanctuariuꝫ tuū dñe.quod firmauerũt manus tue. Tūc iusticia inquit. Ostende sigillū huius instru menti:⁊ apparuit sabulū in quo abscondit⁹ fuit vir egyptius percutiẽs quẽdã ex hebre⸗ is. Ait tunc deus pater. Hec est figura qua designatur ꝙ christus ꝑ carnẽ assumptaꝫ debet occidere dyabolū persequentẽ fideles ⁊ abscondere ⁊ concludere in inferno. Oc⸗ tauo accessit Aaron ⁊ presentauit instrumẽ tū suū michaeli:quod explicãs legit sic. Por tabit Aaron iniquitates eorum que obtule rint ⁊ scṫificauerint filij israel in cunctis mu neribus ⁊ donarijs suis. Deus pater expo⸗ suit hoc instrumẽtū sic. Deponet christus tã q̃ꝫ summus sacerdos oẽs,iniquitates huma ni generis:⁊ proijciet omnia peccata eius: quoniã ipse est saluator omniū. Et sicut vir ga Aaron deuorauit virgas magorū: vt di⸗ citur.xxvi.q.v.ca. Nec mirum. Sic potestas christi auferet potestatẽ dyaboli: quoniã fa ctus est principatus eius super humerū ei⁹. Tunc iusticia inquit. Demonstra sigillū hu⸗ ius instrumenti:⁊ apparuit vrna plena oleo ⁊ vnguento. Ait tunc deus pater. Quẽad⸗ modū oleo consecratus est Aaron:sic chri⸗ stus consecrari debet. De quo dicitur. Dile⸗ xisti iusticiã ⁊ odisti iniquitatẽ propterea vn xit te deus:de⁹ tuus oleo leticie.⁊c̃. Nono ac cessit Gedeon ⁊ protulit instrumẽtū suū:q̄ꝺ explicans michael legit sic. Vade in hac for titudine tua ⁊ liberabis israel de manu ma⸗ dian. Scito ꝙ miserim te ego ero tecū:⁊ ꝑ cuties madiã quasi virū vnū. Judic.vi. De⸗ us pater exposuit hoc instrumentū: vt dicit Augustin⁹ libro de salutarib⁹ documẽtis sic Christus ideo dicitur redemptor:quia gen⁹ hūanū redemit a captiuitate dyaboli. Sal⸗ uator:ipsum saluando a peccatis suis. Ad⸗ iutor:ipsum adiuuando in oportunitatibus in tribulatione. Protector p̃tegẽdo: vt inter inimicos maneat illesum. Susceptor ipsum suscipiẽdo in et̃na tabernaculã.hec ille. Tūc iusticia inquit. Demõstra sigillū hui⁹ instru⸗ mẽti. Et apparuit pluuia descẽdẽs in vellere terra nõ madefacta. Ait tūc deus pater. De⸗ scendet sicut pluuia in vell⁹.⁊c̃. Decimo ac cessit dauid ⁊ protulit instrumẽtū suū.q̄ꝺ ex

pˡicãs michael legit sic. Jurauit dñs dauid
veritatẽ ⁊ nõ frustrabit eũ. de fructu ventris
tui ponã sup sedẽ tuã. qm̃ elegit dñs syõ: ele
git eã in habitationẽ sibi. hec requies mea in
seculũ seculi. hic habitabo qm̃ elegi eã. Me-
morare q̃ mea substãtia. Nõ em̃ vane consti
tuisti oẽs filios hoim̃. Deus pater exposuit
hoc instrumentũ: vt dicit Augꝰ. lib. xvij de ci
uitate dei. ca. xi. sic. Nisi em̃ esset vnꝰ filiꝰ hoĩs
substantia israel ꝑ quẽ liberarẽtur multi filij
hoim̃: vane vtiqꝫ cõstituti essent oẽs filij ho
minũ. Nũc vero oĩs quidẽ hũana natura per
pctm̃ primi hoĩs in vanitatẽ de veritate col-
lapsa est. Propter qđ dicit aliꝰ ps Homo va
nitati silis factus est. Sed nõ vane deꝰ consti
tuit oẽs filios hoim̃: q2 ⁊ multos a vanitate
liberat ꝑ mediatorẽ iesum xp̃m hec ille. Tũc
iusticia inq̇t. Demõstra sigillũ huiꝰ instrumẽ
ti: ⁊ apparuerũt q̇nqꝫ lapides in funda. Ait
tũc deus pater. Sicut dauid ꝑcussit Golyã
in fronte ꝑ fundibulã: sic xp̃us q̇nqꝫ vulneri
bus in carne assumptis debet eijcere diaboli
potestatẽ. ⁊c̃. Undecimo accessit esaias ⁊ ꝓ
tulit instrumẽtũ suũ: qđ explicãs michael ar
chãgelus legit sic. Dilata locũ tentorij tui: et
pelles tabernaculoꝝ tuoꝝ extẽde ne pereas:
lõgos fac funiculos tuos: ⁊ clauos tuos cõso
lida. Ad dexterã em̃ ⁊ ad leuã penetrabis: ⁊ se
mẽ tuũ gẽtes hereditabũt. Esaie. liiij. Deꝰ pr̃
exposuit h̃ instrumẽtũ sic. Populꝰ gẽtiũ qui
ambulabat in tenebris: vidit lucem magnã.
Habitãtibꝰ in regione vmbre mortis: lux or
ta est eis. Esa. ix. Tũc iusticia inq̇t. Demon-
stra sigillũ huiꝰ instrumẽti: ⁊ appuit nubes.
Ait tũc deꝰ pater. Ascẽdat dñs sup nubẽ le-
uẽ vt ingrediat egyptũ ⁊ ꝯfringãtur oĩa ido
la egypti. Esa. xix. Q2 xp̃s mũdũ ingrediẽs
assumet carnẽ immunẽ a pctõ: et confringet
oẽs errores. Ecce sigillũ muniẽs instrumen
tũ Esa. ⁊c̃. Duodecimo accessit Hieremias
⁊ ꝓtulit instrm̃ suũ: qđ explicãs michael le-
git sic. Nouũ fecit dñs sup terrã. Mulier cir
cũdabit virũ. Hiere. xxxi. Ibidẽ. xxiij. Ecce di
es veniũt dicit dñs ⁊ suscitabo dauid germẽ
iustũ: ⁊ regnabit rex ⁊ sapiẽs erit: ⁊ faciet iu-
diciũ ⁊ iusticiã in terra. Et hoc est nomẽ qđ
vocabũt eũ: dñs iustus noster. In diebꝰ illis
saluabit iuda: ⁊ israel habitabit confidẽter.
Deꝰ pater exposuit hoc instrumentũ sic. Pri-
mus hõ totã massam dãnabilẽ fecit: veniet
dñs scõus hõ: veniet ex altero tramite: veni-
et ꝑ virginẽ: veniet viuus: inueniet mortuos
morietur vt moriendis subueniat: mortuos
ad vitã trãsferat: mortuos redimat a morte:
seruet vitã in morte: occidat mortẽ de morte
hec Aug. Tũc iusticia inq̇t. Demõstra sigil-
lũ huiꝰ instrumẽti: ⁊ apparuit virga. Ait tũc
deus pater. Idcirco volui Hieremiã qui erat
vnꝰ ex sacerdotibꝰ vidisse virgã nuceã: cũ ꝓ-
phetaret. ⁊ ollã succẽsam quasi ostẽderet in
virga esse vitã: ⁊ in lebete succẽso esse mortẽ
Uita em̃ ⁊ mors ante faciẽ hoĩs: vita q̇dem
est xp̃s a sacramẽto nucis. Mors aũt diabo
lus in figura lebetis succẽsi. Et sic apparent
instrumẽta istoꝝ sigillis valde autẽticis mu
nita. Tũc iusticia inq̇t. Quid fiet de mu
lieribꝰ que hucusqꝫ nullũ instrumentũ sue re-
dẽptionis attulerũt. Si soli hoĩes redimant
⁊ nõ mulieres: peribit mũdus ⁊ genꝰ hũanũ
ante diuinã ꝑordinationẽ: qm̃ matrimoniũ
nõ debet cõtrahi cũ ꝑsona infideli: vt habet
xxviij. q. i. ca Cause. ⁊ duobꝰ capitulis sequẽ-
tibꝰ. Matrimoniũ em̃ est viri mulierisqꝫ con
iũctio diuini ⁊ hũani iuris vnio indiuiduã vi
te ꝯsuetudinẽ retinẽs: vt dr̃. xxvij. q. i. § i. Et
institutis de nuptijs. § i. Et ita lex xp̃i modi
cũ durabit. Statimqꝫ affuit mĩa dicẽs. Clemẽ
tissime dñe licet femine ẽm leges ciuiles pro
hibeãtur a publicis actibꝰ. Extra de arbi. ca.
Dilecti filij. Tamẽ in sua cã vel suoꝝ possunt
aduocare: vt hẽtur. xv. q. iij. § i. et tribꝰ. § se-
quẽtibꝰ. Unde ⁊ testimoniũ eiꝰ recipit ꝑ pa
rẽtibus et cõsanguineis: vt hẽtur. xv. q. iij. §.
De crimine. Nũc aũt Marcus Uarro in li-
bris diuinarũ rerũ: prout recitat Lactãtiꝰ. li
bro de falsa religiõe. c. vij. Sibillas decẽ nu-
mero fuisse: easqꝫ oẽs enumerauit sub aucto
ribus q̇ de singulis scriptitauerũt. q̃ oẽs vnũ
deũ predicãt: ⁊ de filij dei incarnatiõe: in salu
tẽ hũani generis ꝓphetauerũt. ⁊ instrumen-
ta valde autẽtica ꝓ se hñt: quas iube pr̃ om-
nipotẽs cõparere: ⁊ sua instrumẽta produce
re. Subito fuerũt citate. Prima fuit de ꝑsis
que protulit instrumentũ suũ: qđ explicans
michael archãgelus legit sic. Ecce deus veni
et: diues nascetur de paupcula: ⁊ bestie terre
laudabũt aduẽtũ suũ. Scđa fuit libera: que
ꝓtulit instrumẽtũ suũ michaeli, qđ explicãs
legit sic. De olimpo excelsus veniet: ⁊ firma
bitur cõsiliũ in celo: ⁊ annũciabitur virgo in
vallibus desertorũ. Tertia fuit delphyca: q̃
protulit instrumentũ suũ michaeli: quod ex
plicans legit sic. De excelso celorũ habitacu
lo prospexit dominꝰ humiles suos: ⁊ nasce
tur in diebus nouissimis de virgine h ebrai
ca in cunabulis terre. ⁊c̃. Quarta fuit cy

mica in italia que ꝑtulit instrumētū suū mi-
chaeli ī quo legit sic. Nascet xp̄s in bethleē:
annūciabit in nazareth regnāte thauro pa-
cifico. O felix illa mater cui⁹ vbera illū lacta
bunt. Quinta fuit erithrea q̄ protulit instru-
mentū suū michaeli in quo legit sic. In vlti-
ma etate humiliabit deus: humiliabit ꝓles
diuina. vnietur humanitati diuinitas. iace-
bit in feno agnus: ⁊ puellari officio educabi
tur deus ⁊ homo. Sexta fuit samia que ꝑ-
tulit instrumentū suū michaeli in quo legit
sic. Ecce veniet dies ⁊ illuminabit densa te-
nebrarū: ⁊ soluetur nexus synagoge ⁊ desi-
nent loqui labia hoīm ⁊c̄. Septima fuit cu
mana que ꝑtulit instrumentū suuz michaeli
in quo legit sic. In p̄ma facie virginis ascen
det puella facie pulchra capillis ꝓlixa super
sedē sedēs: puerū nutriens dans ei ad com-
edendū ius ꝓpriū. i. lac. de hac testatur Vir
gilius dicēs. Ultima cumei iam venit carmi
nis etas. Iam redit ⁊ virgo redeūt saturnia
regna. Et noua ꝓgenies celo demittit alto.
⁊ sic de aliis. ¶ Octaua fuit hellespōtina que ꝑ-
tulit instrumentuz suū michaeli in quo legit
sic. Humiliabit deus vsq; ad bestias terre: ⁊
regnabit in pauꝑtate ⁊ dominabit in silen-
tio quousq; de vtero virginis fuerit egressus
¶ Nona fuit phrygia q̄ protulit instrūmētuz
suū michaeli in quo legit sic. Gremiū virgi-
nis erit salus gentiū ⁊ pedes eius in valitu-
dine hoīm inuisibile verbū palpabit flebit
deus ⁊ leticia sempiterna ⁊c̄. ¶ Decima fuit
thiburtina que ꝑtulit instrumentū suuz mi-
chaeli in quo legit sic. In dieb⁹ illis exurget
mulier de stirpe hebreoꝝ nomīe Maria: ha-
bens sponsum ioseph: ⁊ ꝑcreabit ex ea sine
cōmixtione viri de spū sancto filius dei noīe
Iesus. ⁊ ip̄a erit virgo in partu ⁊ post partū
Qui ergo ex ea nascet erit verus deus ⁊ ve
rus homo: sicut oēs ꝓphete predicauerūt
⁊ permanebit regnū eius in secula seculorū.
¶ Surrexit tunc dña pax ⁊ genuflexa ante
deū patrem ait. Nullus bonus p̄nceps debz
dimittere ciuitatē ⁊ pacem suā diminutam:
cum possit eam reparare: qm̄ bella bonoruz
non crudelitate ⁊ cupiditate: sed pacis stu-
dio geruntur. vt dicitur. xxiij. q. i. ca. Apud.
Sed ciuitas celestis est diminuta suis ciui-
bus ꝓpter ruinā malorum angeloꝝ. Et int
angelos permanentes ⁊ cadētes nūq̄ erit
pax propter antiquā pugnā: ergo necesse ē
vt saltem reparet per hoīm redēptionē. Iu-
stus eñ iudex non ex vna specie ꝓbationis
sed ex multis debet informari: ⁊ ƀm hec ferre
sententiā. vt habet extra de sentētia ⁊ re iu-
dicata. ca. Causam que. Nūc autē equissime
iudex satis constat ex allegationibus supe-
rioribus ꝙ genus humanum debet redimi.
sed post plenā inuestigatōnē veritatis est fe
renda sententia ⁊ non ante. vt dicit. xi. q. iij.
ca. Sūmopere. ⁊ ca. Graue. Ideo peto vt fe
ras sententiā pro pace hūani generis eiusq;
salute. Quia pax humana tam dulcis est ꝓ
temporali salute q̄to dulcior est pax diuina
ꝓ eterna salute. vt dicit. xxiij. q. i. ca. Noli. Tūc
misericordia ⁊ veritas obuiauerūt sibi iusticia
⁊ pax osculate sunt. Cum aūt fili⁹ audiuisset
ꝯclusionē pacis: intuens patrē suū ait. Ego
feci ⁊ ego feram: ego portabo ⁊ sanabo. Esa.
xlvi. Et quoniā genus humanū in me spera
uit liberabo eū: ꝓtegā euz quoniā cognouit
nomen meū. clamauit ad me: ⁊ ego exaudiā
eum: cū ip̄o sum ī tribulatōe: eripiā eū ⁊ glo
rificabo eū longitudine dieruz replebo eū ⁊
ostendā illi salutare tuū. Et subito iussu dei
patris oīpotētis tuba aurea cecinit dicens
Accedite gentes ⁊ audite ⁊ populi attendi-
te: audiat terra ⁊ plenitudo ei⁹: orbis ⁊ oīe
genus eius qm̄ dñs in veritate educet iudi-
cium. Tunc accesserunt hoīes ⁊ mulieres
⁊ oēs angeli oēsq; ꝟtutes: ⁊ dñs sedēs
ꝓ tribunali ꝑtulit sententiā in hac forma lo
quens filio suo ⁊ dixit. Ego dñs vocaui te in
iusticia ⁊ apprehendi manū tuā ⁊ seruaui te
⁊ dedi te in fedus populi mei in lucē gentiū
vt aperires oculos cecoꝝ ⁊ educeres de con
clusione vinctos de domo carceris sedentes
in tenebris. Ego dñs hoc ē nomē meū: glo-
riam meā alteri non dabo ⁊ laudē meā scul-
ptibilib⁹. Que p̄ma fuerūt ecce venerūt: no-
ua quoq; ego annuncio. Cantate dño canti
cum nouū laus eius ab extremis terre: qm̄
dñs sicut fortis egrediet ⁊ sicut vir amplia-
tor suscitabit celū. Tacui semꝑ silui patiens
fui ⁊ sicut parturiēs loquar. Esa. xlij. Et nūc
hec dicit dñs creans te iacob ⁊ formans te
israel noli timere quia redemi te: ⁊ vocaui te
nomīe tuo seruus meus es tu. in gloriā me-
am creaui te: formaui te feci te. ante me non
est formatus deus ⁊ post me non erit. Ego
sum dñs ⁊ nō est absq; me saluator. In me
metipso iuraui. egredietur de ore meo iusti-
cie verbū ⁊ non reuertet: q2 mihi curuabunt
oīa genu. In dño iustificabit ⁊ laudabit
oīe semen israel: ꝓpe est iustus meus egres
sus est saluator meus. Et quomodo descen

dit imber ꝛ nix de celo ꝛ illuc vltra nō reuerti
tur: sed inebriat terrā ꝛ infundit eam ꝛ ger-
minare eā facit: ꝛ dat semen serenti ꝛ panē
comedēti: sic erit verbū meū qḋ egrediet de
ore meo: non reuertet ad me vacuū: sed faci
et quecūqꝫ volui qꝛ prosperabit in his ad q̄
misi illud: quia in leticia egrediemini ꝛ i pa
ce reducemini. Esaie. lv. Lata ergo sentētia
dixit filiꝰ patri. In capite libri scriptuz est de
me vt faciā volūtatē tuā: deus meꝰ volui ꝛ le
gem tuā in medio cordis mei. Iusticiā non
abscondi in corde meo: veritatē tuā ꝛ salu-
tare tuū dilexi. Non abscōdi miſicordiā tuā
ꝛ veritatē tuā a cōsilio multo. Tunc miſicor
dia ꝛ veritas iusticia ꝛ pax dixerūt. Dñs for
titudo plebis sue ꝛ protector saluationū xp̄i
sui est. Saluū fac populū tuū dñe ꝛ benedic
hereditati tue: ꝛ rege eos ꝛ extolle illos vsqꝫ
in eternū. Genꝰ vero humanū gratias agēs
deo patri dixit. Benedixisti dñe terrā tuam
auertisti captiuitatē iacob ꝛc. vsqꝫ vt inha-
bitet miſicordia in terra nostra. Et subdit.
Qui nō recuperat possessionem infra annū:
post annū nō recuperat ipam seruato tamē
sibi iure ꝓprietatis. vt extra de eo qui mittit
in possessionē causa rei seruāde. ca. i. Nos ve
ro possessio tua sumꝰ ꝛ fuimꝰ: ideo cito per te
recuperare possimus. Et zacharias ꝓpheta
repletꝰ spūsancto alte intonuit dicens. Ecce
rex tuus venit tibi mansuetꝰ. Et sic patet ꝙ
de rigore iusticie genus humanū debebat sal
uari per iesum xp̄m q̇ viuit in secula Amen.

Dñica secūda in aduētu dñi sermo floridꝰ

T unc videbunt filiū hominis venientē in nube cū pote
state magna ꝛ maiestate. Luce
xxi. ꝛ i euāgelio hodierno. Naum ꝓpha. i. c.
vt habet de penitē. dist. iij. c. Si in sermone.
§. Hijs auctoritatibꝰ q̄ sit vera que falsa ꝛc̄
dicit. Non iudicat deus bis in idipm vel vt
[illegible]a translatio habet. Non consurget duplex
[illegible]ribulatio ꝛc̄. Sed in hoc tēpore dei iudiciuz
exercet ꝛ q̄tum ad tēporalia ꝛ q̄tū ad spiri
tualia. Nam deus dixit latroni in cruce. Ho-
die mecum eris in paradiso. Luc. xxiij. Et de
diuite dicit. Mortuus est diues ꝛ sepultꝰ ē
in inferno. Luce. xvi. Et quia nūc fit retribu
tio p̄mioꝝ penarūqꝫ. ideo quero A Utrū
post iudiciū speciale qḋ in presenti agitur re-
stet aliud generale: quo om̄is homo integre
iudicabit? Ad istam q̄stionē respondet san
ctus Thomas. iij. parte. q. lix. articu. v. dicēs
qꝛ iudiciū de aliqua re mutabili ꝑfecte dari
nō potest ante cōsummationē eius. Exem-
plum iudiciū de aliqua actione qualis sit ꝑ-
fecte dari non potest anteq̄ sit cōsummata:
ꝛ in se ꝛ in suis effectibꝰ: quia multe actōes
vidētur esse vtiles q̄ ex effectibus demōstrā
tur nociue. Similit de homīe iudiciuz perfe
cte dari non potest q̄diu eius vita terminet
eo qḋ multiplicit pōt mutari de bono in ma
lum: aut econuerso vel de bono in meliꝰ. aut
de malo in peius. Unde apl'us dicit Heb. ix.
Statutuz est homībꝰ semel mori ꝛ post hoc
iudiciū. Sciendū tamē ꝙ licz per mortē vi-
ta homīs tēporalis terminet s̄m se: remanet
tamē ex futuris s̄m q̇d dependēs ꝛ hoc q̇nqꝫ
modis. Primo s̄m ꝙ adhuc viuit in memo
rijs hoīz: in quibꝰ quādoqꝫ cōtra veritatē re
manet bone fame vel male. Secūdo modo
in filijs qui sunt aliq̇d patris. s̄m illḋ Eccli
xxx. Mortuus ē pat illiꝰ ꝛ quasi nō est mor
tuus: similē eñ sibi reliquit post se. Et tamē
multoꝝ bonoꝝ patrū filij sūt mali ꝛ ecōuer-
so. Tertio modo q̄tū ad effectū suoꝝ operū
sicut ex deceptōne arrij ꝛ alioꝝ seductorum
pullulat infidelitas vsqꝫ ad finem mundi. ꝛ
vsqꝫ tunc ꝓficit fides ex predicatiōe aposto
lorū. Quarto modo q̄tū ad corpꝰ qḋ quan-
doqꝫ honorifice tradit sepulture: quandoqꝫ
vero relinquit insepultū. ꝛ tandē incineratū
resoluit om̄ino. Quinto modo q̄tum ad ea
in quibꝰ homo suum affectū defixit: puta in
quibuscunqꝫ tēporalibꝰ rebus: quarū quedā
citius finiunt: quedaz diutiꝰ durant. Om̄ia
aūt hec subdunt existimatōni diuini iudicij.
Et ideo de his om̄ibꝰ perfectū ꝛ manifestum
iudiciū haberi nō potest q̄diu cursus huius
tēporis durat: ꝛ ꝓpter hoc oportet esse fina-
le iudiciuz in nouissimo die in quo ꝑfecte id
qḋ ad vnūquēqꝫ hoīem pertinet quocunqꝫ
modo perfecte ꝛ manifeste dijudicet. ꝛ hoc
est qḋ dicit Ioh. xij. Sermo quē locutꝰ sum
ille iudicabit eū in nouissimo die. Tamen ꝓ
maiori declaratiōe pono q̄ttuor flores. B

Primus flos. Pulchri-
tudo huius mundi peribit mūdanorū igniū
conflagratione ex culparum infectiōe. Pri-
ma pars patet quoniā mūdus ꝓpter hoīez
factus est: oportet ꝙ quādo homo glorifica
bitur s̄m corpus: etiam alia corpora mundi
ad statū meliorē mutentur vt sit ei locus cō
uenientior: ꝛ aspectus delectabilior. Ad hoc
autē ꝙ homo gloriā corporis consequatur

Natus est nobis hodie saluator. Luce. ij. ⁊ in euāgelio p̄me misse hodierne solēnitatis. Sāct⁹ Leo doctor ecclie ⁊ summus pōtifex considerans sacram solēnitatē natiuitatis iesu xp̄i in quodā s̄mone dicit sic. Exultemus in domino dilectissimi ⁊ sp̄uali iocunditate letemur quia hodie illuxit nobis dies redemptionis noue: reparationis antique: felicitatis eterne. Reparat enim nobis salutis nostre annua reuolutione sacramentū ab īitio p̄missum: in fine redditū: sine fine mansurū In hac die dignum est nos sursum erectis mentibus diuinū adorare mysteriū: vt qđ dei magno munere agitur magnis ecclesie laudibus celebretur: hec ille. Et sanctus Augustinus in quodam sermone dicit sic. Dulcissima dies est hodie: ī qua compūctio etiam infidelibus venit. in qua mīa tangit pius: impius veniam sperat: compunctus reditum nō desperat: captiuus libertatem assequitur: remediū optinet vulneratus. In hac die qui conscientiā habet securam dulcius gaudeat: qui miseram attentius timeat: qui bonus est affectuose oret: qui peccator deuotissime supplicet: hec ille. Sup quibus verbis moueo talem questionē. Utrū sacratissima dies natiuitatis iesu xp̄i initiū nostre sanctificationis ⁊ mundicie sit inter cetera eius mysteria maxime exultationis ⁊ letitie. Ad istam questionē respondet perfectissime ⁊ veressime angelus e celo missus totius sancte trinitatis verissimus ac fidelissimus paranīphus in verbis propositis dicens. Natus est nobis hodie saluator. Hec autem responsio angeli est sufficientissima. Ponit enim quattuor causas ex quarū qualibet manifeste ↄuincitur q̄ hec dies hodierna est dies maxime exultatōnis ⁊ letitie. Et sūt iste numero. Prima est ex parte germis quod est magne dignitatis: quia natus est. Secūda est ex parte muneris quod est magne vtilitatis: quia saluator. Tertia est ex p̄te generis quod est magne sanctitatis quia nobis. Quarta est ex parte temporis quod est magne cōgruitatis: quia hodie. Prima causa quare angelus ostendit hanc diem fore maxime exultatiōis et letitie est ex parte germinis siue generati et nati: quia natus est ille de quo dicit Maximus in sermone presentis diei. Hic ē a patriarchis predict⁹ a prophetis predicatus: ⁊ ab angelis nūciatus. Natus est ille de quo dicit origenes in sermone. Hic est qui est in excelsis sine mr̄e et in terris sine patre: in celis s̄m diuinitatē in sinu est patris: ⁊ in terris s̄m corporis susceptionē in sinu est matris. Natus est ille de quo promissum est Abrahe q̄ in semine suo benedicerent omnes gentes. Natus est ille de quo predixit Iacob q̄ erat mittēdus et ip̄e foret expectatio gentium. Natus ē ille de quo deus dicit Moysi. Prophetam suscitabo de medio tui. Deutero. xviij. Natus est ille homo non homo purus sed deus ⁊ homo verus de q̄ longe ante predixit. Esayas ix. c. Paruulus natus est nobis ⁊ filius dat⁹ est nobis ⁊ vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi p̄nceps pacis. ergo natus est puer q̄ est dei ⁊ hominis filius qui est deus ⁊ hō verus Et ex vtraq̧ parte hec dies est maxime letitie. Si enī consideremus q̄ iste puer benedictus hodie nat⁹ est dei filius: magna nobis adest letitie materia. Nunquid habitātibus in tenebris ⁊ vmbra mortis inest materia meroris ⁊ tristitie dicēte Thobia. v. c. Quale gaudiū est mihi qui in tenebris sedeo ⁊ lumen celi non video. Nūquid illustrante eis lumine seu splēdore in ortu solis aduenit cā exultationis ⁊ letitie que tanta est vt fere fugiant: auicule cantēt: ⁊ hoīes ad op̄a sua exeant dicente p̄s. Ortus est sol ⁊ congregati sunt ⁊ in cubilibus suis collocabunt. Exibit

Conclusio questionis

Sacratissima dies natiuitatis christi que initium est nostre sanctificationis et mundicie: inter cetera mysteria maxime sit exultationis et letitie

homo ad opus suū ⁊ ad operationem suam
vsq3 ad vesperam. Et ecce ante ortum huiꝰ
benedicti pueri filij dei pr̄is homines ambu
labant in tenebris clare cognitionis: vt erra
rent in solitudine in aquoso et viā ciuitatis
eterni tabernaculi nō inuenirent. sed hodie
natus est iste puer benedictus dei patris lu
men oriens ex alto illuminare his qui in te-
nebris ⁊ in vmbra mortis sedēt ad dirigen-
dos pedes nostros in viā pacis dicēte Esa.
ix. c. Habitātibus in regione vmbre mortis
lux orta est eis. Ideo hodie oriente luce in-
fernales bestie sc3 demones aufugerūt. sodo
mite fere inmūde extincti sunt ⁊ statue siue
ydola ceciderunt: sed celi auicule. s. angeli cā
tauerūt gloria in excelsis deo. Pastores ⁊ re
ges exierunt ad opus adorationis. ideo ista
dies est dies letitie. Primo angelis dicente
Gregorio in hymno. Gaudet chorꝰ celestiū
et angeli canūt deo palamq3 sit pastoribus
pastor creator omnīū. Secūdo terrigēis di
cente ps. Lux orta est iusto ⁊ rectis corde
letitia: quia iste puer benedictus est lux vera
que illuminat omnē hominē venientem in
hunc mundū. Ioh. i. In signū huius media
nocte tenebrosa qua natus est iste puer be-
nedictus sunt tres soles in vnu3 conuersi q̄
sic aerem illustrauerūt vt ip̄a natiuitatꝭ eius
hora lux meridiana videret: ad significandū
ꝙ ille natus ē qui ē vna ꝑsona in trinitate ⁊
omnes vnum in essentia ⁊ quelibet earū est
lux ad illuminandū peccatoꝝ corda. vt veri
ficet illō lux ī tenebris luc3. Ioh. i. vñ Maxi
mus in sermone p̄ntis diei dicit. Hodie exor
tum est lumen in tenebris: ⁊ quod celum se
habere gaudebat: mūdus dum nesciret acce
pit. dies sanctificatꝰ illuxit nobis: venite gē-
tes ⁊ adorate dñm: quia hodie descēdit lux
magna super terram: hec ille. Et merito iste
puer dei filius dicit lux siue splendor dicente
apostolo. Heb. i. Qui cum sit splēdor glorie
⁊c. Unde comparatur luci ꝓpter quattuor
¶ Primo rōne ꝓcessionis quia sicut lux ꝓ-
cedit a sole: et a sole et luce ꝓcedit feruor: sic
a deo patre ꝓcedit filius qui est lux ⁊ ab vtro
q3 ꝓcedit sp̄ussanctus q̄ est feruor siue amor
Secūdo rōne incorruptionis. Na3 sicut lux
exit a sole et solem nō frangit: sic filius dei a
patre procedit et tamen ipsum non scindit.
¶ Tertio rōne durationis. Nam sicut lux si
ue splendor exit a sole: et tamen sol nō p̄ce-
dit splendorē tempore sed mox vt fuit splen-

dorem emisit. sic dei filius exit a deo patre ⁊
tamē deus pater non precessit tempore filiū
sed sicut ab eterno fuit: ita ab eterno genuit
eu3. Quarto quia sicut lux solis siue splēdor
vitrum per quod transit non frangit: sed illu
strat pulchrificat ⁊ calefacit: sic iste puer dei
filius vterum virginis marie intrauit ⁊ exi-
uit: non violauit s3 sacrauit ⁊ dotauit. ergo
iste puer xp̄s hodie natus dei filius bene di
citur lumen siue splendor: ideo ecclesia cātat
dicens. Christe redemptor omniū ex parte
patris vnice: solus ante p̄ncipium natus in-
effabiliter. tu lumen. tu splendor patris. tu
spes perennis omniū intende quas fundunt
preces tui per orbe3 famuli. Et quia hec lux
est hodie exorta: ideo hec dies est letitie vt
dicat illud Hester. viij. Noua lux oriri visa ē
gaudium: honor: tripudiu3 apud omnes: q2
populus qui ambulabat in tenebris vidit lu
cem magnam. Esaye. ix. c. Et vere magnam
quia solem. Sic enim dei filius est lux: ꝙ ēt
est sol hodie nobis orbis ortus. ⁊ vobis ti-
mentibus nomen meum orietur sol iustitie.
ideo dicit ecclesia. dum ortus fuerit sol de ce
lo videbitis regem regum procedente3 a pa
tre tanꝙ sponsum de thalamo suo. Ortus
autem solis est iocundus. Et sic patet ꝙ si
cōsideretur istius pueri natiuitas prout est
deus et patris filius est nobis maxime leti-
tie et exultationis. ideo dicit Faustus in ser
mone huius festiuitatis. Adest ecclesie ex-
optatissimus dies gratia gemīata resplen-
dens: candore non quidem consueti lumi-
nis illustratus. sed precipui solis fulgore co-
ruscus. Ducite fideles christi festiuissima
gaudia. Res hodie perfecta est nobis no-
ua que olim fuerat repromissa. Intrat arti-
fex mundi angustias ventris humani: effi-
citur grauida mater intacta. Et ecce tanꝙ
sponsus de thalamo suo processit christus
ex marie vtero: hec ille. Si autem considere
mus ꝙ hic puer benedictus est homo verus
hodie natus: magna nobis adest letitie cau
sa. Nunquid in ortu noue lune homines pre
cipue letantur: nouam lunam cum gaudio
contemplantes. causa est: quia preest nocti
sicut sol diei. Gen. i. Luminare maius vt p̄-
esset diei ⁊ luminare minus vt preesset nocti
Et ecce iste puer benedictus qui est sol s̄m
diuinitatem dicitur luna s̄m humanitatem
Ratio est: quia sicut sol de natura sua nūꝙ
eclipsat in exītia: luna tamen inter nos et

Hm posita eclipsat in apparentia:ita licz dei
filius nunꝗ̄ perdit suam perfectionem reali-
ter, tamē interposita humanitate assumpta
quo ad nos perdit apparenter. Nam iste pu
er benedictus licet sit deus et vt sic sit sapiē-
tissimus: potentissimus et similia. ⁊ hoc in
existentia: tamen indutus nostra carne ⁊
humanitate interposita cum non loquatur:
non ambulet:sed lacteat: vagiat. videtur sa-
pientiam et potentiaz non habere. ergo iste
puer benedictus vt deus est sol: vt homo est
luna: et quia deus et homo sunt hodie in p̄-
sepio et virgis gremio. Ideo recte dicit illō
Abacuch tertio. Sol et luna steterunt in ha
bitaculo suo. ⁊ infra. Egressus es in salutem
populi tui in salutem cum christo tuo. Sic
ergo iste puer benedictus vt homo est luna
sed ortus noue lune est gaudiosus. ideo hec
dies est dies gaudiosa et vere gaudiosa: qa
si natiuitas ysaac fuit gaudiosa ita vt ysaac
īterpretaret risus: in quo ysaac erat facta p
missio de isto puero scilicet iesu christo: ꝙ̄to
magis natiuitas ipsius pueri pmissi erit le-
tabunda. Si enim gaudiosa est promissio
multomagis eius exhibitio ⁊ receptio. Etiā
si natiuitas Johannis baptiste precursoris
fuit multum gaudiosa: vt dicitur Luc. p̊mo
multomagis natiuitas domini nr̄i iesu xp̄i
debz esse letabunda. Preterea si mulier post
ꝙ̄ peperit puerū iam nō meminit pressure p-
pter gaudium: quia natus est homo in mun
dū. Joh. xvi. quāto magis beata maria post
ꝙ̄ peperit xp̄m debet ⁊ debemus nos oīs
gaudere que nullam pressuraz vel dolorem
passa est ppter puerperiū: quia natus est ho
mo non quicūqz sed verus dei ⁊ v̄ginis fili-
us in mundū saluandū. Ergo clare patet ꝙ
hec dies hodierna est maxime exultationis
et letitie ex p̊ma causa scz ex parte germinis
quia natus est christus deus ⁊ homo verus
in lege promissus. Ecce ꝙ est puer magne
dignitatis vt dicit primū. ¶ Quantū ad se-
cundam causam quare hec dies est maxime
exultatiōis ⁊ letitie est ex parte muneris qa
saluator. Nam iste puer benedictus nō solū
est hodie natus: immo ⁊ est nobis dat᷒. iux
illud Esa. ix. Puer natus est nobis ⁊ filius
datus est nobis. ⁊ per consequēs est munus
datum nobis: quia ad saluandū nos est no
bis datus. Vere enim iste puer est mūdi sal
uator: quia ipe est qui toto mundo aquis di
luuij pereunte inter vndas aquarū validas
noe cum sua familia saluauit. Ipe est qui in
ter flāmas sulphureas sup qnqz ciuitates e
celo missas. loth cum duabus suis filiabus
saluauit. Ipe est q populū israel inter crebra
flagella e celo in egyptū missa saluauit. Ipe
est qui populum egyptiacū in medio maris
rubri submersit ⁊ filios israel īter muros aq̄
rum transire sicco vestigio fecit et saluauit:
et postea p quadraginta annos in deserto si
ne cibo et potu humano pauit ⁊ saluauit.
Quid plura? Ipse est qui sub figura angeli
gedeonē premonuit et signū in vellere ostē-
dit salutis populi israel a captiuitate ⁊ fati-
gationib᷒ aduersus inimicos vt hr̄. Judicū
vij. Nam istum puerum esse saluatorem an-
gelus predixit. Matthei. ij. Ipe enim saluū
faciet populum suum ⁊c. Duplex etiā signuz
in vellere ostensum hoc manifestat. Primū
est quia vellus in area fuit positum ⁊ tota ter
ra in circuitu fuit madida: ⁊ per consequens
maculata. sed vellus in area aridū remāsit.
Quid hic per areā significat nisi iudea que
dicitur area. quia est arida. Est enim terra q̄
non rigatur sed expectat pluuiam de celo. vt
habetur Judicū. vi. Quid per lanā nisi ma-
riam virginem candore virginitatis albescē
tem de qua xp̄o puero fuit contexta tunica:
quia caro nostra assumpta. Unde Augusti
nus in sermone de trinitate dicit. Beata nē
pe maria lana mundissima fuit ⁊ v̄ginitate
clarissima que sola digna esset in se filij dei re
cipere dignitatem. sicut lana conchilij tincta
sanguine vt ex eadez fieret purpura imperia
li maiestati tm̄modo digna: quā nullus essz
dignus induere nisi augusta preditus digni
tate: hec ille. Quid per lanam aridā tota t̄ra
remanente compluta significat nisi btā ma
ria ab omni contagio peccatorum ⁊ aquarū
sola inter mulieres munda ⁊ elongata exi-
stentibus omnibus alijs pollutis aquarum
et peccatorū maculis ac etiā fedatis. ¶ Scd̄z
signum est quia ros descendit de celo super
vellus tm̄: tota terra in circuitu sicca remanē
te. Quid per vellus significat nisi marie sa-
cer vterus. Quid per rorem nisi filij dei p̄so-
na. Quid ꝙ descēdit pluuia in vellus nisi ꝙ
descendit in vterum v̄ginis dei filius: ⁊ ipsa
sola omni alia muliere existente ab hoc pri-
uilegio aliena. p̄s. Descendit sicut pluuia in
vellus ⁊c. et ecclesia cantat. Quando natus
es ineffabiliter de virgine tunc implete sunt
scripture sicut pluuia in vellus descendisti vt

vt saluū faceres genus humanum. ergo iste
puer benedictus bene dicitur saluator: quia
per gedeonem figuratus ad saluandum est
nobis datus. Saluauit em̄ non soluz sibi di
uinitatem et matri sue virginitatem: immo
etiam nobis perditam glorie hereditatē. ps
Uox exultationis ⁊ salutis in tabernaculis
Qm̄ hec dies quā fecit dn̄s exultemus ⁊ le
temur in ea. O dn̄e saluū me fac o domine
bene ꝓsperare. Benedictus qui venit in no-
mine dn̄i deus dn̄s ⁊ illuxit nobis. Tertia
causa quare hec dies est dies exultationis ⁊
letitie: ⁊ est ex parte generis qꝛ nobis scꝫ de
genere Adam. Natus em̄ est nobis vt nobi
litemur. qđ figurať gen̄. xiij. vbi legiť ꝙ mel
chisedech erat rex salem ⁊ sacerdos dei altis
simi ꝑ quē signabať xp̄s iesus ſm aplm ad
Heb. vij. dicentez. Hic em̄ melchisedech rex
salem sacerdos dei altissimi ⁊c. vsqꝫ assimi-
latus aūt filio dei ⁊c. Ideo magi obtulerūt
huic puero aurū ⁊ thus. in auro ostenditur
regis potentia. in thure sacerdotem magnū
cōsidera. Ut sacerdos nos sanctificabit: vt
rex nos nobilitabit. ⁊ hec est materia exulta
tionis ⁊ gaudij. Quod patet per casum. si ei
aliquis pater haberet filiū ⁊ filiam et essent
de simplici genere ⁊ eadem die ⁊ hora audi
renť rumores ꝙ summ⁹ pōtifex nobilitasset
et creassꝫ masculū in sacerdotem magnuz ⁊
ep̄m. ⁊ imperator desponsasset sibi puellaz in
reginam ⁊ vxorem. Certe pater ⁊ ipsi filij
et totum genus eorum haberēt illam diem
gaudij ⁊ letitie. ita in ꝓposito. Adam pater
generis humani habebat filiam scꝫ naturaz
humanam et filium. s. quēlibet nostruz. quo
rū vterqꝫ traxit eē ab Adam. deus pater mi
sit filium suum maximum regem ⁊ impera-
torem qui desponsauit sororem nostram scꝫ
naturam humanam genere infimaz: quādo
eam assumpsit in vnitatem persone. ⁊ ita so
ror nostra facta est regina. ⁊ per consequēs
omnes sumus nobilitati. Item etiam misit
deus pater filium suum tanꝙ sacerdotem ⁊
pontificem. iuxta illud Heb. ix. Christus assi
stens pontifex futurorum bonoruz. ⁊ eiusdē
iiij. Non habemus pontificem qui nō possit
compati iufirmitatibus nostris: ⁊ h᷒ vt quēli
bet nostrum in sacerdotem magnum conse
craret. Et quia hodie sic sum⁹ nobilitati: qꝛ a
regales effecti ⁊ sacerdotes consecrati. iuxta
illud Apoc. v. Fecisti nos deo nostro regnū
et sacerdotes. ideo hec dies est maxime ex-
ultationis et letitie. Quia vero iste puer qui
hodie tanqꝫ sponsus ꝓcessit de thalamo suo
est filius dei: dominus celi maris et terre et
omniū que in eis sunt: vt dicit ps. ideo de ho
dierno eius ꝓcessu ip̄m puerū collaudātes
debemus ꝙplurimū exultare. Unde ad hoc
inuitat nos ecclesia in hymno dicens. Hūc
celum terra hunc mare hunc omne quod in
eis est auctorem aduentus tui laudat exul-
tans cantico. Nos quoqꝫ qui sancto tuo re-
dempti sanguine sumus ob diez natalis tui
hymnū nouum concinimus. Ad idez inui-
tat nos ps dicens. Iusti epulenť in cōspectu
dei ⁊ delectenť in letitia. Cantate deo: psalmū
dicite nomini eius. Uiderūt ingressus tuos
deus ingressus dei mei ⁊ regis mei qui est ī
sancto. ¶ Quarta causa quare hec dies est
maxime exultationis ⁊ letitie est ex parte tē
poris. quia hodie. Siquidē hodie per natiui
tatem iesu christi dissipata sunt omnia gene
ra vitiorum que ante incarnationem xp̄i in
humano genere prodierant put habeť Da-
nielis secūdo. vbi dicit. Tu rex videbas ⁊ ec
ce quasi statua vna grandis: statua illa ma
gna ⁊ statura sublimis stabat contra te ⁊ in
tuitus eius erat terribilis: huius statue ca-
put ex auro optimo erat: pectus autē ⁊ bra-
chia de argento. porro vēter et femora ex ere
tibie autem ferree. pedum autem quedam
pars ferrea quedam fictilis. Uidebas itaqꝫ
donec lapis abscissus est de mōte sine mani-
bus ⁊ percussit statuam in pedibus ferreis ⁊
fictilibus: ⁊ cōminuit eos ⁊ contrita sunt pa
riter ferrum ⁊ testa: es ⁊ aurum ⁊ argentuz
⁊ redacta sunt in fauillam: et nullus locus ī-
uentus est eis. Lapis autem qui ꝑcusserat
statuam factus est mons magnus ⁊ imple-
uit vniuersam terram. Quid per varias hu
ius statue structuras signatur nisi horrēde
infectiones vite humane ꝑ diuersas etates
mundi. Nam ante aduentum christi in car-
nem erat primo immundicia castrimargie
corporalis que incepit ab adā ⁊ durauit vsqꝫ
ad Noe. propter quam mundus perijt dilu-
uio. Omnis quippe caro corruperat viam
suam coraz domino. Geneſ. vi. Excellentia
arrogantie personalis que incepit a Noe et
durauit vsqꝫ ad Abraham vt patuit in edi-
ficio turris babylonie. ex qua insurrexit diui
sio regnorum ⁊ confusio linguarum. Gen̄
xi. Concupiscentia auaritie temporalis: que
incepit ab Abrahā ⁊ durauit vsqꝫ ad moy-

sem: quia tunc studebant pecoribus alendis et possessionibus ampliandis propter quod abraham τ loth nequibant cohabitare. Genes. xiij. Opulentia incõtinentie τ gulositatis que incepit a moyse τ durauit vsq3 ad Salomonem. Nam iudei in deserto dicebant. Utinam essemus mortui in egypto quãdo sedebamus super ollas carnium τ comedebamus panem in saturitate: vt habet. Exo. xvi. Etiam Sanson excãdescebat amore dalile. Judic. xvi. Duritia obstinationis τ pertinacie que incepit a Salomone qui immemor beneficiorum dei rõne prostituta ydola coluit. Et Roboam a quo recesserunt decem tribus sua dira tyrannide. iij. Reg. xij. Uersutia fictionis τ fallacie: q̃ incepit a phariseis qui abiecto timore dei summũ sacerdotium symoniace vendebant vt patet in libris Machabeorum. Ista execrabilia christus velut lapis hodie de monte psiliens comminuit: contriuit: τ in nihilum redegit. Quod ẽ tempus regularis obseruantie: continentie: veritatis: humilitatis: castitatis: paupertatis: τ largitatis. hec omnia docuit nos christus hodie vt patet in euãgelijs per totuz. De cõgruitate huius temporis loquitur Paulus gal. iiij. Atvbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum natuz ex muliere factũ sub lege. Super quo dicit sanctus Thomas iij. parte. q. xxxv. arti. viij. in rñ. q̃ hec ẽ differentia inter xp̃m τ alios hoĩes q̃ alij hoĩes nascunt subiecti necessitati temporis. xp̃us autem tanq̃ dominus τ conditor omnium temporũ elegit sibi tempus in quo nasceret sicut τ matrem et locum. Et quia que a deo sunt ordinata sunt τ conueniẽter disposita. cõsequẽs est q̃ christus venerat nos in statum libertatis reducere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitatem nostraz suscepit vt nos ad vitam reduceret: ita in tempe dignatus est nasci quo mox natus censui cesaris ascriberetur atq3 ob nostri liberationẽ ip̃e seruitio subderet τ hec est ratio cur hodie. Secũda ratio est quia tempore illo quo totus orbis sub vno p̃ncipe viuebat maxima pax fuit in mundo. Jdeo decebat vt illo tempore nasceret qui est pax nostra faciẽs vtraq3 vnum: vt dicitur Eph. ij. Et hec est ratio hieronymi super Esa. vbi dicit sic. Ueteres reuoluamus hystorias τ inueniemus vsq3 ad vigesimũoctauum annum cesaris augusti in toto orbe terrarum fuisse discordias; orto autem domino omnia bella cessauerũt sm illud Esa. ij. Non leuabit gens cõtra gẽtem gladium: hec ille. Tertia ratio est quia congruebat vt illo tempore quo vnus princeps dominabatur in mũdo christus nasceretur qui venerat suos congregare in vnum vt esset vnum ouile τ vnus pastor. Joh. x. Et hec est ratio sancti thome vbi supra in responsione ad primum. Quarta ratio ẽ q̃a tempore regis alienigene christus nasci debebat vt impleret p̃phetia Jacob dicentis Geñ. xlix. Non auferetur sceptrum de iuda donec veniat qui mittendus est. τ hec est rõ Crisostomi super mattheum dicentis. Quã diu iudaica gens sub iudaicis regib9: q̃uis peccatoribus tenebatur: p̃phete mittebãtur ad remedium eius. Nunc autem quãdo lex dei sub potestate regis iniqui tenebatur: nascit christus. quia magna τ desperabilis infirmitas medicum artificiorem querebat. h' ille. Quinta ratio est quia tũc christus nasci voluit quãdo lux diei crementum incipit accipere: vt ostẽderetur q̃ ip̃e venerat vt homines crescerent in lucem diuinaz sm illud Luce p̃mo. Illuminare his qui in tenebris et in vmbra mortis sedent. Simul etiã asperitatem hyemis elegit ad natiuitatem: vt ex tunc carnis afflictionem pateretur p nobis et hec est ratio Augustini in libro de q̃stionibus noui et veteris testamenti. ideo ecclesia cantat. Hodie nobis celorum rex de virgine nasci dignatus est: vt hominẽ p̃ditum ad regna celestia reuocaret. Gaudet exercitus angelorum: quia salus eterna humano generi apparuit. Hodie nobis pax vera de celo descendit. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt celi. hodie christus natus est. hodie saluator apparuit. hodie in terra canunt angeli: letantur archangeli. hodie exultãt iusti: dicentes. Gloria in excelsis deo h' ecclesia. Et istud confirmat leo papa in sermone hodierno dicẽs. Saluator noster dilectissimi natus est gaudeamus. Nec eñ fas est locum esse tristitie vbi natalis est vite. Nemo ab huius alacritatis participatione secernitur. vna enim letitie cõmunis est ratio. Gaudeat sanctus quia inuitatur ad palmam: gaudeat peccator q̃a inuitatur ad veniam. animetur gentilis quia vocatur ad vitam: hec ille. Patet ergo manifeste respõsio ad questionem qua queritur quare hec dies est maxime exultationis τ letitie p h' quod

angelus dicit. quia natus est hodie saluator
ergo gaudeamꝯ omnes fideles saluator no-
ster natus est in mundū. hodie processit ꝓ-
les magnifici germinis ⁊ perseuerat pudor
virginitatis. ideo dicit angelus. Euāgelizo
vobis gaudium magnū quod erit omni po
pulo: quia natus est vobis hodie saluator: vt
dicunt verba ꝓposita in quibus notã quatu
or flores. B

Primus flos. natus est
nobis hodie saluator tanq̄ veterum errorū
expulsiuus. vnde. ij. Regū. xxiij. dicit. Lux
aurore oriente sole mane absq̄ nubibus ru-
tilat. Nam homo viuens in lege nature de-
uenerat in tantam ignorantiam ꝙ vix erat
qui deum cognosceret ⁊ ydolis non seruiret.
Geneß. vi. Omnis quippe caro corruperat
viam suā coram domino. scʒ ydolis seruiē
do. Deutero. xxxij. Immolauerūt demonijs
et non deo: dijs quos ignorabant. Ideo di-
cit sanctus Thomas in epistola ad vrbanū
papam. Sapiētie lux infusa hominibus per
peccatorum tenebras ⁊ occupationum tem
poralium caligines erat obumbrata. Et in-
tantum erat cor quorūdam insipiētium ob-
scuratum: vt gloriam dei in ydola vana cō-
uerterent: ⁊ ea facerent que non conueniūt:
in sensum reprobū incidentes: hec ille. Ad
has tenebras expellendas natus est christꝰ
tanq̄ lux vt patet per duos testes. Primus
est Esayas. xlix. c. dicēs. Dedi te in lucē gen-
tiū vt sis salus mea ab extremis terre. Se-
cundus est Salomon. Sapie. vij. dicēs. Cā
dor est enim lucis eterne ⁊ speculum sine ma
cula dei maiestatis. ⁊ ymago bonitatis illiꝰ
Nam filius dei non venit ad nos in subsistē
tia sue maiestatis nec in fonte sue claritatis
quia tantam lucem ⁊ claritatem nō potuisse
mus sustinere. ſʒ vt ipm intueri possemꝰ sue
claritatis lucem obtexit ⁊ obumbrauit tegi-
mine sue sanctissime et mundissime carnis
quam de vtero ꝟginali ꝓ nobis peccatoribꝰ
misericorditer assumpsit. ꝑut sanctus Tho
mas in epistola ad vrbanum papam dicit.
Fons sapiētie verbum dei presidens in ex-
celsis: per quod pater prudēter fecerat ⁊ sua-
uiter disposuerat: in fine temporum carnem
sumere voluit vt sub tegumento nature cor-
poree splendorem eius humanus intuitus
posset inspicere: quem in celsitudine maiesta
tis sue non valebat attingere: hec ille. Et cri
sostomus super illud. Vidimus gl'iam eius
dicit sic. Vidimus gl'iam eius quā vtiq̄ nō
vidissemus nisi per consortiū humanitatis
visus esset a nobis. Et augustinus ibidem
dicit. Verbum caro factū est: vt possis dicere
vidimus gl'iam eius. Istud declarat dupl'r
Primo exemplo nature. Scd'o mysterio fi-
gure. Exemplū in natura est tale. Cū homo
nō possit videre solem in sui claritate: q̄a ex
cellens sensibile positum supra sensū corrū-
pit sensum: vt d'r tertio de anima. ideo ponit
ante oculos pannū lineū clarū vt sic videat
solem. ita intellectus noster qui se habet ad
manifestissima nature sicut oculꝰ noctue ad
lucem solis: vt d'r secūdo Metha. Cum non
posset videre deum in sui claritate. iux̄ illud
Esa. xlv. Vere tu es deus absconditus sup-
posita humanitate diuinitati cognoscimus
deum: vt verificet illud quod d'r. Esaye. lij.
Propter hoc sciet populus meus nomē me
um in die illa: quia ego ipe qui loq̄bar ecce
assū. Mysteriū figure apparet Exo. xxxiiij.
vbi dicitur. Operiebat moyses faciem suam
siquādo loquebat ad eos. Super quo dicit
Crisostmoꝰ sup mattheū. Si em̄ iudei moy-
si nō sustinuerūt faciē glorificatā videre. sed
velamie opus fuit: qualiter diuinitatē nudā
existentem: inaccessibilem etiā ipsis supioribus
virtutibꝰ nos lutei ⁊ terrestres sufferre posse
mus: hec ille. Etiam velum erat in templo.
Exo. xl. Cūq̄ intulisset archam in taberna-
culum appendit ante eam velum. vt sic possꝫ
vtcūq̄ deū ppl's cognoscere. Et h' in figura
huius mysterij ꝯtingebāt illis. C

Secundus flos. natus
est nobis hodie saluator tanq̄ mortuorum
viuificatiuus. Iste flos patet ꝑ duos testes
Primus est ps dicēs. Benedic anima mea ps. 102.
domino ⁊ noli obliuisci om̄s retributiones
eius ⁊c. vsq̄ dies eius tanq̄ flos agri sic ef-
florebit. Secūdus est Esayas. lxi. c. Spiritꝰ
dñi super me eo ꝙ vnxerit me ad ānūciādū
mansuetis. Misit me vt mederer contritis
corde: et predicarem annū placabilē dño ⁊c.
Etiam potest declarari exemplo in natura ⁊
mysterio in figura. Exemplū in natura est
tale. Dicūt naturales ꝙ sol est maxime cau
sa vite ⁊ sanitatis. vnde quidā eoꝝ dixerūt.
ꝙ sol est pater hominū deorūq̄ vt dicit ter
tio de anima. Et p'mo de celo dicit philoso-
phus p'mum orbem esse causam om̄is viui

om̄is virtutis: ꝛ oīs operationis. Et hoc mediante sole. qꝛ homo ꝛ sol generāt hoīem. vt dr̄ scd̄o phicoꝝ. Ratio est: qꝛ vita ꝛ sanitas cōsistit in calido ꝛ humido temperato: puta in sanguine: sol aūt est causa calidi temꝑati: ergo ꝛc̄. Et precipue est cā sanitatis in ortu suo. Nam videmus q̄ infirmi melius se habēt in ortu solis q̄ in meridie vel in sero. Sic spūaliter xp̄s est sol. Malachie. iiij. ca. Orief vobis timentibꝰ nomen meū sol iusticie ꝛ sanitas in pēnis eius. ideo est cā sanitatis ꝛ vite spūalis ꝛ precipue in sui natiuitate: ꝑut dicit Esa. lviij. Mane erūpet lumen tuū ꝛ sanitas tua citius orief. idē dic̄. xxv. ca. loquēs xp̄o. Factus es fortitudo paupi: fortitudo egeno in tribulatione sua: spes a turbine vmbraculū ab estu. Misteriū figure habef. Numeri. xxi. Ubi deus mandauit moysi dicēs. Fac serpentē eneū: ꝛ pone eum pro signo qui percussus aspexerit eū viuet. Et ita accidit vt ibidem dr̄. Per istum serpentez figurabatur xp̄us qui venerat ad liberanduz nos ab infirmitatibus nostris. Mar. ij. cap. Non egent qui sani sunt medico: sed male habētes. ideo Bernardus in sermone dicit sic. Non sane infructuosa est natiuitas saluatoris. respicite perditi: venit xp̄us querere ꝛ saluum facere quod perierat. Morbidi conualescite. Siquidem ante faciem vnctionis xp̄i nullus omino stare poterit morbus anime. hec ille. ideo dicit Psal. Misit verbum suum ꝛ sanauit eos. D

Tertius flos. Natus est

nobis hodie saluator vt ianuam celi nobis aperiret. Sancti doctores tradunt q̄ nec legalia: nec circūcisio: nec aliq̄d aliud quod ante incarnationem filij dei fieret aut seruaref eterne vite ianuam nobis reserabat: sed filiꝰ dei sui incarnatione ꝛ natiuitate hāc ianuā nobis aperuit. In cuius signum multitudo angeloꝝ descēdit ad hoc nobis manifestandū. Consuetudo est in ciuitatibus q̄ porte stant clause per totam noctem: sed de mane aperiunf. ꝑmo Paralipo. ix. ca. Stabant in custodijs suis ꝛ facto mane aperiebant portas. Spūaliter per totam noctem tam legis nature q̄z legis scripture: scz mosayce: qd̄ erat tēpus noctis ꝛ ignorantie: porte erant clause. Sed in mane natiuitatis filij dei sunt aperte. Judic̄. xix. Mane facto surrexit homo ꝛ aperuit ostium. Mane facto: scz incarnationis surrexit homo: scilz ille homo de quo scriptum est. homo est ꝛ quis cognoscet euz Ille homo. de quo dicif in Psal. Homo natus est in ea. id est in virgine gloriosa: ꝛ aperuit ostium scilicet regni celorum. Unde glosa super illo verbo. Non erat locus in diuersorio dicit sic. Eget loco vt nos in celis habeamus mānsionem: ideo in via nascitur qꝛ viam nobis ostensurus erat. Juxta illud. Job. xiiij. Ego sum via veritas ꝛc̄. E

Quartus flos. natus est

nobis hodie saluator vt sine defectu nobis effulgeret. Nam sine aliq̄ peccato cōceptus ꝛ natus est xp̄us. Unde magr̄ sniarum lib. iij. di. xvi. ca. ij. dicit sic. Et est notandū xp̄m de om̄i statu hoīs aliquid accepisse q̄ omēs venit saluare. Sunt em̄ quattuor status hominis. primus ante peccatū. secundus post peccatum ꝛ ante gratiam. tertius sub gratia quartꝰ in gloria. De primo statu accepit immunitatem peccati. Unde Aug. exponens illud Johānis euāgeliste. Qui de sursum venit super omēs est. dicit xp̄m venisse de sursum. id est de altitudine summa humane nature ante pcm̄: quia de illa altitudine assumpsit verbum dei humanam naturā dum culpam non assumpsit: cuius assumpsit penam: sed penā assumpsit de statu secūdo ꝛ alios defectus. De tertio vero gratie plenitudinem. de quarto non posse peccare ꝛ dei ꝑfectam contēplationē. Habuit em̄ simul bona vie quedā ꝛ bona patrie: sicut ꝛ quedam mala vie. hec Magister. disti. xij ca. iij ꝛ. iiij. idem dicit. Ideo petrus in epl̄a. Qui peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius. Figuraz huius hēamꝰ. Dani. iij. vbi dr̄ Uideo q̄ttuor viros solutos in medio ignis ambulantes ꝛ nihil corruptionis in eis est. Et species quarti similis est filio dei. Per istos quattuor viros intelligo Hieremiam Johānem baptistam Beatam virginem ꝛ xp̄m solutos quo ad eoꝝ natiuitatez ab originali peccato: in medio ignis huius mundi ambulantes. Sed species quarti similis est filio dei qui non solum est solutus a peccato originali in sua natiuitate: sed etiā in sua ꝑceptiōe. Unde nullus est christo similis nec ei adequari pōt. Juxta illud Psal. Quis in nubibus equabitur dn̄o: quasi dicat nullꝰ. quoniam omēs declinauerunt simul: inutiles facti sunt non est qui faciat bonū: non est vsq̄

Natus est nobis hodie saluator tanquam ianuam celi nobis patefaciens

Natus est nobis hodie saluator tanquam defectus viros [illegible] / reclusurus

ad vnum:scilicet xp̄m hodie nobis natum.

In eodem festo natiuitatis dominice Sermo secundus. ordine. xij.

VErbum caro factū est τ habitauit in nobis. Joh. p̄mo. τ in euangelio tertie mis-
se huius solénitatis. Dauid ꝓ-
pheta loquens de natiuitate verbi incarna-
Ps. 49 ti in Psal. dicit. Deus noster manifeste ve-
niet deus noster τ non silebit: aduocabit ce-
lum desursum τ terram discernere populuz
suuz. Congregate illi sanctos eius qui ordi-
nant testamentum eius super sacrificia τ an
nunciabunt celi iusticiam eius quoniā deus
iudex est: scz ꝓ redemptione generis huma
ni. Et subdit. Audi populus meus τ loquar
israel τ testificabor tibi deus de⁹ tu⁹ ego suz.
hec ille. Et paulus prenuncians hoc esse im
pletum dicit. Tit. ij. Apparuit gratia salua-
toris nostri dei omnibus erudiens nos: vt
abnegantes impietatem τ secularia deside-
ria sobrie iuste τ pie viuamus in hoc seculo.
B ¶ Super quibus verbis sanctorum mo-
ueo talem questionem. Utrum verbi incar-
nati gloriosa natiuitas ſm quam voluit ge-
nus humanum saluari: rōnabiliter debuerit
oībus hoībus manifestari. Ad istam q̄-
stionem respondens sanctus Thomas ter-
tia parte. q. xxxvi. arti. i. in rñ si. dicit sic. Q2 na
tiuitas xp̄i nō debuit cōiter oib⁹ esse manife
sta ꝓpter tres rōnes. Prima ratio est: quia
per hoc fuisset impedita humana redēptio q̄
per crucem eius facta est: q2 vt dicit. i. Corin
thi. ij. Si cognouissent nunq̄ dñz glorie cru-
cifixissent. Secūda ratio ē: q2 hoc diminuis-
set meritum fidei per quā venerat homines
iustificare: ſm illud. Roma. iij. Justicia dei
per fidez iesu xp̄i. Si eñ manifestis indicijs
xp̄o nascente eius natiuitas oībus appa-
reret iaz tolleret ratio fidei que est argumē
tum non apparentiū. vt dicit. Heb. xi. Ter-
tia ratio est: q2 per hoc venisset in dubium ve
ritas humanitatis ipsius. vnde Augusti. di
cit in ep̄la ad Volusianū. Si nullas ex par-
uulo in iuuentutē mutaret etates: nullos ci-
bos: nullos caperet somnos: nōne opinionē
confirmaret erroris: nec hoīem verum vllo
modo suscepisse crederet. Et dum oīa mi
rabiliter facit aufert quod misericorditer fe
cit. hec ille. B ¶ Sed tamen ꝓ maiori eui
dentia huius responsionis dubium est: qua
re dyabolus motus est ad tēptandū hoīem
Cum eñ primus angelus fuerit maioris di
gnitatis τ excellentie ſm naturam quo ad
cognitionem dei τ rerum creatarum: τ quo
ad voluntatem τ arbitrij libertatem: etiam
quo ad gratiaz in qua conditus erat. homo
autē minoris erat dignitatis τ ꝑfectiōis na
turalis, vt pz τ quo ad gratiā in qua erat cre
atus. Quid ergo mouit primū angelum ad
temptanduz primū hoīem. Ad hoc respon-
det sanctus Bernardus exponens illud qđ
dicit Jone. i. Propter me orta est tēpestas
τc. dicens. Q2 dyabolus vidit rōnalem crea
turam assumendaz in vnitatem persone fi-
lij dei: τ ex hoc inuidit τ hec inuidia fuit cau
sa casus eius τ mouens ipsum ad tēptandū
hoīem. Ex q̄bus verbis apparet q̄ incarna
tio filij dei fuit occasio tēptandi adam. Qđ
pōt patere ex verbis dyaboli dicentis. eritis
sicut dij. Geneſ. ij. Volēs experiri an homo
ꝑueniret ad tantā excellentiā τ dignitatez vt
eadem persona humana esset deus τ homo
Cogitauit itaq3 demon apud semetipsuz di
cens. Tanta est grauitas peccati q̄ nec deus
nec celū potest ipsum sustinere: imo nec ter-
ra quia mihi dictum est. vt habet. Esa. xiiij.
Quomodo cecidisti de celo lucifer qui ma-
ne oriebaris. Corruisti in terram qui vulne-
rabas gētes: qui dicebas in corde tuo. in ce-
lum conscendaz: super astra celi exaltabo so
lium meū: sedebo in monte testamenti in la
teribus aquilonis. id ē ero caput princepsq3
maloꝝ. Ascendam super altitudinē nubiuz
τ simil' ero altissimo. Verūtamē ad infernū
detraheris in ꝓfundum laci. Si ergo pecca-
tum meū in tantū est detestabile q̄ deus me
non sustinuit ꝓpe se: sic de hoīe erit: quem si
induxero ad peccandum τ maculanduz to-
tam naturā humanaz nunq̄ dignabit deus
eam assumere vt perueniat ad tantaz digni
tatem: scz vt homo sit deus τ ꝓpter hoc in-
duxit hoīem ad peccandum. ideo dicit. Sa-
piē. ij. Inuidia dyaboli mors introiuit in or
bem terrarū. Videns itaq3 homo se deliq̄s-
se: dei preceptum contēnendo sicut ante pec-
catum preuiderat deum incarnandū quan-
do dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis τ ca-
ro de carne mea τc. Super quo verbo dicit
paulus. Sacramentū hoc dico magnum in
xp̄o iesu τ in ecclesia ad Epheſ. v. capi. Ita
etiam post peccatū cogitauit deum incarnā
duz in remediū peccati sui qñ de⁹ dixit. Ecce

adam factus est quasi vnus ex nobis. Geñ.
iij. Non hoc dicit deus insultando homĩ sed
confirmando primũ ꝓpositum suũ. ac si di-
xisset. nunc expedit vt vnus ex nobis fiat ho
mo pro redemptione generis ade: q: nullus
homo purus hoc potest facere. vnde Hugo
de sancto victore dicit. Pensa diuinã pieta-
tem: tenuit homo diuinam similitudinez ad
quam factus est. venit tp̃s vt reformaret ⁊
etiam eandẽ similitudinẽ transformaret. di-
ctũ est quasi in voce exprobrantis ⁊ alloquẽ
tis. Ecce adam factus est quasi vnus ex no-
bis. dicamus in voce exultationis ⁊ confitẽ-
tis. Ecce deꝰ factus est qua si vnus ex nobis
Unde de secũdo adam hoc possumus intel
ligere. hec ille. Respondit filius ⁊ spũssan-
ctus patri ⁊ dixerunt. Nonne possumus fa-
cere vnam creaturã cuius bonitas prepõde
ret bonitati totius humane nature: quomo-
do ergo essemꝰ oĩpotentes. si hoc facere nõ
possemus. Et si hoc possumus ergo per illã
recompensari posset corruptio totius huma
ne nature. ¶ Respondit pater ⁊ inquit.
Sicut ego ita ⁊ vos optime cognoscitis ꝙ
nulla natura in quantacũqꝫ dignitate crea-
retur a nobis posset sufficere ad reparatio-
nem corruptionis humane nature per mo-
dum satisfactionis. Cuius rationem tripli-
cem adduco. Prima ratio quia omnis crea-
tura totum qđ potest pro se deo debet. Un-
de non relinquitur sibi quo pro alio satisfa-
cere posset. Secunda ratio est: quia hoc re-
quirit in satisfactione. vt illud quod satisfa-
ciens reddit preponderet ei quod per culpã
ablatum est vel saltem sit equale illi. Quam
uis autem aliqua natura creata sit vel possit
esse melior natura humana: non tamen na-
tura in aliqua ꝑsona creata considerata po-
test adequare bonitatem totius nature hu-
mane. Bonũ enĩ totius nature humane est
quodãmodo infinitum per comparationez
ad supposita: inq̃ꝫtum natura humana in in
finitum per generationẽ cõmunicabilis est:
bonũ autem cuiuslibet nature create in se fi
nitũ est ⁊ finit ꝓut consideratur in vno sup
posito. ⁊ ideo cum actus ⁊ operationes sint
suppositorꝫ non potest esse. vt operatio ali-
cuius creature valeat tantum q̃ꝫtum est bo
num totius humane nature vt possit esse di
gna satisfactio ꝓ eius reparatione. Tertia
ratio est quia nos dedimus humane nature
in sui prima creatione quedaz per que supra
statum suis principijs congruentẽ eleuabat
puta ĩmortalitatem que erat gratie non na-
ture: iusticiã originalem ⁊ alia hmõi ex me
ra liberalitate nostra: que oĩa per peccatum
amisit. vnde reparare eam est ad graduz su-
periorem ipsam eleuare in quo prius condi-
ta fuerat. Sed non est possibile eleuare ali-
quã naturã ad superiorem gradum nisi no-
bis q̃ naturas condidimus ⁊ earuz gradus
ordinauimus. ideo precise vnus nostrũ põt
humanã naturã reparare. Iste rõnes confir
mãtur per Aug. libro cur quãdo ⁊ quomo-
do deus homo. ca. vi. dicẽtem. Sicut per ho
minẽ tãtummodo hoĩum fieri redemptio vi
deatur: cõuenit vt intelligat ꝙ de ade stirpe
nullus naturaliter ꝓpagari poterat q̃ illius
delicto non teneret astrictus. Et ideo qui-
libet tantominus vniuersale cyrographum
delere posset: quãto vniuersali vel ꝓpria cul-
pa minime careret. Unde rex clemens ⁊ po
tens tali modo homĩ subuenire disposuit: q̃
melius nũqꝫ excogitari potuit ⁊ vnde cõde-
scendit clementius inde illum eleuauit potẽ
tius. Quia enĩ primus homo ceciderat opor
tuit vt homo secundus condereт qui recti-
tudinẽ quã primus homo non tenuerat iste
quasi emendando teneret. hec ille. Ideo deꝰ
pater ꝯfert cum filio ⁊ spũ sctõ dicens illud
qđ ponit Augusti. ibidez. ca. x. Adam ꝑ in-
obediẽtiã morti addictus merito potest do
lere: sed multo grauius ac miserabilius pos-
set lugere si reparationis sue mysteriuz diu-
tius ignoraret. Scit enĩ ꝙ nos angelis de-
linquentibus nõ pepercimus: sed irrecupera
biliter eos dãnauerimꝰ. Ideoqꝫ merito mul
to sibi minus parcendũ opinari põt. Demũ
itaqꝫ qui prius tangendo vetita grauez rui-
nam fecit satis grauiorem ⁊ valde incõpara
biliter deteriorẽ desperãdo incurreret nisi do
minicũ aduẽtum ad instar angelorꝫ minime
cadentium cognouerit venturũ. Uerũtamẽ
summa nostra prouidentia qua lapso homĩ
manũ porrigere disposuimus ꝙ tandem ad
gratiam redeat ei insinuare velimus: ⁊ sub
multis miserijs egrotantem de spe recuperã
de salutis letificare ⁊ quodãmodo pondus
instãtis ei doloris alleuiare curemus. hec il
le. Sic ergo primo homĩ fuit primitus reue-
latus aduẽtus dñi vt si merito de instãte mi
seria doleret valde tamen de suo sueqꝫ po-
steritatis remedio gauderet ⁊ filijs suis qui
bus mortis sententiã induxerat: quasi con-

gratulando eorum redemptionem per aduē-
tum domini posset intimare. Sciebat enī ꝙ
post sui lapsuȝ nemo ex eius stirpe more na-
turali propagandus erat qui se vel alios eri-
gere valeret: nisi ille desursum veniret qui vir-
tute diuinitatis de carne peccatrice sine pec-
cato acciperet humanitatem: cuȝ qua homi-
mines iacētes erigeret de palude cui inhese-
rant ⁊ valde magno vt ita dicā conamine ex-
traheret. Tali quippe desiderio adam cum
filijs suis cruciabatur ⁊ tali spe pariter refo-
cillabatur. Exemplum: supplicanti domino
pape vel imperatori fit gaudium quādo sup-
plicatio est presentata: maius quādo est si-
gnata adhuc maius quando est registrata
⁊ sigillata: sed maximū gaudium est quādo
sigillata ⁊ registrata offertur ⁊ presentatur
supplicanti. Ita in proposito Adam ꝓpter
peccatū suum fuit expulsus de paradiso ter-
restri ⁊ priuatus maxima hereditate: qꝛ pa-
radiso celesti ⁊ pro se ⁊ pro semine suo. Vi-
dens autem ꝙ non poterat redire ad tantā
dignitatem nisi per incarnationem filij dei
habito consilio cum filijs suis composuerūt
vt mitterent supplicationeȝ deo patri ꝓ ad-
uētu filij dei in carnē. Quia vero Adam fue-
rat transgressor mandati dei ideo abel tanꝗ̄
primus iustus presentauit supplicationeȝ ꝓ
liberatione generis humani. de quo abel di-
cit Augustinus libro de mirabilibus sacre
scripture. cap. v. Iusticia triplex in abel fuit.
Prima virginitas non generando. Secun-
da sacerdotium munera placita deo offeren-
do. Tertia martyrū fideliter moriēdo. Cui
primam figuram saluatoris gestare concedi-
tur qui virgo martyr ⁊ sacerdos esse dicitur.
Et libro diuersarum questionum ad orosiū
dicit sic Tria maxime iusticie preconia in a-
bel fuisse comprobantur scȝ virginitas sacer-
dotium ⁊ martyriuȝ in quibus xp̄i figuram
primus gessit. ideo ignis missus est de celis
qui hostiam abel sicut sepe factum esse viris
sanctis legimus approbauit. hec ille. Vnde
dr. Genes. iiij. Respexit dñs ad Abel ⁊ ad
munera eius. Supplicatio abel sic cōtinebat
Tu dñe deus noster suauis es ⁊ verus: pa-
tiens ⁊ in misericordia disponens om̄ia. Et
enī si peccauerimus tui sumus scientes ma-
gnitudinem tuam. Et si non peccauerimus
scimus qm̄ apud te sumus computati. Nos-
se enī te consūmata iusticia est ⁊ scire iustici-
am ⁊ veritatem tuam radix est immortalita-
tis: sed illum qui primus creatus est a te do-
mine pater orbis terrarum. Cum solus esset
creatus custodiuit iusticiaȝ ⁊ veritatem tuā
⁊ eduxit illum a delicto suo ⁊ dedit illi virtu-
tem continendi omnia. Ab hac vt recessit in-
iustus insipientie sue reliquit hominibꝰ me-
moriam: vt in his que peccauit nec latere po-
tuerit. Sed non impossibilis est omnipotēs
manus tua que creauit orbem terrarum ex
materia inuisa: sed omnia in mensura ⁊ nu-
mero ⁊ pondere disposuisti. Multum enim
valere tibi soli superat semper: ⁊ virtuti bra-
chij tui quis resistet? Qm̄ tanꝗ̄ momentuȝ
statere: sic ante te est orbis terrarū: ⁊ tanꝗ̄
gutta roris antelucani qui descendit in ter-
ram. Sed ⁊ misereris oīum: qm̄ oīa potes ⁊
dissimulas peccata hoīum ꝓpter penitentiā
Diligis enī omnia que sunt ⁊ nihil odisti ho-
rum que fecisti: nec enī odiens aliquid feci-
sti aut constituisti. Quomodo autem posset
ꝑmanere aliquid nisi voluisses: aut quomo-
do a te non vocatum in esse conseruaretur?
Parcis autem om̄ibus qm̄ tua sunt dñe q̄
amas aīas. Cum sis ergo iustus iuste om̄ia
disponis ipsum quoqȝ qui non debet puniri
condēnas ⁊ exterum extimas a tua virtute.
Itaqȝ vt bonitatem tuam cogitemus iudi-
cantes ⁊ cū de nobis iudicat̄ speremꝰ mīaȝ
tuaȝ. Sapien. xv. xi. ⁊ xij. caplis. Dñe ne me-
mineris iniq̄tatū nr̄aruȝ antiquarū cito anti-
cipent nos mīe tue qꝛ paupes facti sumꝰ ni-
mis. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄ ⁊ ꝓpt̄ glīaȝ
noīs tui dñe libera nos ⁊ ꝓpiciꝰ esto pctīs
nr̄is ꝓpter nomē tuū. hec est supplicatio abel.
Quā supplicationē cū accepisset deꝰ pr̄ ꝓpo-
suit eā filio ⁊ spūiscto. rn̄dit spūsctūs dicēs
ꝙ non videbat̄ sibi ꝙ ꝓ nunc fieret tantum
mysterium qꝛ sicut aduentum magni regis
oportet aliquos nuncios precedere vt ꝑpa-
rent̄ subditi ad eū reuerētius suscipiēdū: ita
opȝ aduentū filij tui in terris multa p̄cedere
q̄bus hoīes sint parati ad deū incarnatū sus-
cipiendū vt ꝑ mlt̄a documēta hoīm mētes
disponant̄ ad ei faciliꝰ credendū ⁊ fiāt auidi-
ores ad impetrandū. Preterea sicut absur-
dū fuisset si voluissemꝰ solum etateȝ iuueni-
lē in hoīe in statu innocētie fuisse qꝛ euacuas-
semus pulchritudines q̄ ceteris etatibꝰ suas
vices atqȝ ordines gerunt: sic absurdum est
ab vniuerso genere hūano vicissitudinarias
etates auferre. Nam ⁊ ipsuȝ tanꝗ̄ vnus hō
suas etates agit. Si ergo filius tuus nun-

incarnabitur auferemus ab humano gene-
re suas etates. Tunc dixit deus pater spũi
sancto. Quãto magis differtur medicina tã
to periculosius morbus inualescit. Sapientie
enim medici est vt periculum morbi deuitet
maxime cum puerb. tertio dicatur: Ne dicas
amico tuo reuertere ꝛ cras dabo tibi cũ sta
tim possis dare. Quia vero Abel est inter ce
teros homines maxime iustus cum nobis
obtulerit de ꝑmogenitis sui gregis ꝛ de adipi
bus eorum. vt dicitur Geñ. iiij. ergo videtur
ꝙ debeamus exaudire supplicationem eius
Si enim acceptauimꝰ sacrificiũ eius quãdo
misimus ignem vt accẽderet hostias eius:
quare nõ exaudimus petitionem eius. Re-
spondit spiritussanctus dicẽs ꝙ aliter est in
morbo corporali ꝙ̃ spũali. quia ad sanatio-
nem morbi corporalis non exigitur vt infirmꝰ
vim medicine ꝛ periculum morbi cognoscat
quod tamen maxime necessariũ est in sana-
tione morbi spũalis: qm̃ per humilitatem et
contritionem spũs sanatur. Ideo quãuis me
dicina corporalis non differatur tamẽ spũalis
differri potest. Faciamus ergo sicut facit me
dicus corporalis qui ꝓbet egroto medicinam
ꝑparatoriam anteꝙ̃ det ꝑfectam medicinã:
ita nos exhibeamus generi humano ꝑpa-
ratoriam medicinam contra morbum pecca
ti originalis ꝑ nunc scz oblationẽ ꝑmitiarũ
ꝛ ita factum est. Licet autẽ Abel sit nobis
carus gratus ꝛ acceptus ꝛ beniuolꝰ. tamen
rõnabile est vt istum amorẽ coniungamus
discretioni que nõ facit accelerari donũ an-
teꝙ̃ expediat ei cui datur. Non autem expedit
humano generi hoc donum accipere anteꝙ̃
experimento discat quãtũ eo indigeat: vt sic
acceptum carius habeat. Vere pater sancte
ꝓpter hoc in nullo habet genus humanum
conqueri de nobis quia statuet vt sponse nõ
statim pacte tradentur ne vilem habeat mari-
tus datam quam non suspirauit dilatam vt
habetur. xxvij. q. ij. c. statutum est ꝛc. Audiens
aũt demon ꝛ cognoscẽs qm̃ abel supplicasset
deo patri sup salute generis humani timuit
ne exaudiretur petitio eius quia videbat ange
los descendẽtes de celo ꝛ colloquentes cum
Abel sup hoc mysterio. dicebat intra se hoc
cognoui a ꝑncipio creationis mee ꝙ homo
debebat exaltari ad tantã dignitatẽ vt esset
deus. ideo induxi hoĩem ꝑmum ad peccãdũ
qui eiectus est de paradiso. sed iste abel hoc
mysteriũ cognoscit. ideo supplicat deo patri

vt filium suũ mittat in terris ꝛ iam eiꝰ mu-
nera accepta sũt deo. ꝓpterea opz me vti ar-
mis meis vt hanc rem impediã. Tũc statim
cõmouit cayn contra fratrẽ suũ abel dicens
Ecce frater tuus abel maliciose ꝓcurat vt be
nedictio patris tui ad eum ꝑueniat. cum tñ
sit minor natu meliora offert sup altare cre
dens placere patri tuo: q̃ tñ in sudore vultꝰ
sui vescitur pãe suo ipe labores vr̃os dissipat
Iratusq3 est cayn vehemẽter ꝛ cecidit vultꝰ
eius: dixitq3 cayn ad abel fratrẽ suum. Egre
diamur foras: cũq3 essent in agro cõsurrexit
cayn aduersus abel fratrẽ suum ꝛ interfecit
eum vt dr̃ Geñ. iiij. Videns aũt deus pater
nequitiam demonis ꝛ pctm̃ cayn dixit filio
suo vnigenito: quia abel iustus: innocens et
sanctus petiuit vt descẽderes ꝛ sanares genꝰ
humanũ: ꝓcurante dyabolo mortuus est ꝛ
occisus a fratre suo cayn ꝛ subito facta est
vox magna in celis dicẽs. Emitte manũ tu-
am de alto. Eripe me ꝛ libera me de aq̃s mul
tis ꝛ de manu filioꝝ alienoꝝ. i. demoniorum
quoꝝ os locutũ est vanitatẽ ꝛ dextera eorum
dextera iniq̃tatis. dixitq3 filius patri. Quid
sibi vult ista vox. Rñdit pater filio. Ecce vox
sanguinis fratris tui abel qr frater eius eris ꝑ
incarnationẽ. Clamat ad me de terra scz vt
mittã te ad eos ꝛ eripias eos de interitioni
bus eoꝝ. Cui dixit filiꝰ. Nunq̃d nõ tenebre
dies dñi ꝛ nõ lux ꝛ caligo ꝛ nõ splẽdor in ea
Amos. v. Ipsi aũt sicut adam trãgressi sunt
pactũ ipsi ꝑuaricati sunt in me. Osee. vi. Sz
neq3 dabũt cogitationes suas vt cõuertantur
ad dñm deũ suũ: qr spũs fornicationũ in me
dio eoꝝ est. ꝛ dñm nõ cognouerũt. ibidem. v.
Videns aũt deus ꝙ malitia hoĩum esset in
terra: et cũcta cogitatio cordis hũani intẽta
eẽt ad malũ oĩ tꝑe: dixit. Et effundã sup eos
oẽm indignationẽ meã: oẽm irã furoris mei.
Sophonie. iij. Precepit aũt deꝰ noe vt fabri
caret archã dicẽs. Finis vniuerse carnis vẽit
corã me: repleta est t̃ra iniq̃tate a facie eoꝝ
ꝛ ego disperdã eos cũ terra. Factũq3 ẽ dilu-
uiũ q̃draginta diebꝰ sup terrã ꝛ m̃ltiplicate
sunt aq̃ ꝛ cõsumpta est oĩs caro q̃ moueba
tur sup terrã ꝛ deleuit oẽm substantiam q̃ erat sup
terrã. Remãsit aũt solꝰ noe ꝛ q̃ cũ eo erant
in archa. Egressus ḡ noe cũ his qui cum eo
erãt in archa. Vidit qm̃ dyabolus sua astu-
tia supauerat hũanũ genꝰ ꝛ cogitauit scd̃o
ꝑñtare supplicatõnẽ deo pr̃i sup salute gene
ris humani. Edificauit aũt Noe altare dño

⁊ tollens de cunctis pecoribus ⁊ volucrib⁹
mundis obtulit holocausta super altare do-
mino dicens. Deus patrum meorum ⁊ do-
mine misericordie qui fecisti omnia verbo
tuo ⁊ sapientia constituisti hominem vt do
minaretur creature tue que a te facta est vt
disponat orbem terrarum in equitate ⁊ iu-
sticia ⁊ in directione cordis iudicium iudica
Non ignoras quoniam iniqua est natio ho
minum ⁊ naturalis malicia ipsorum: quo-
niam non poterat mutari cogitatio illorum
in perpetuum. Semen enim erat maledictũ
ab initio: nec timens aliquẽ ⁊ tu veniam da
bas peccatis illorum? Quis enim dicet tibi
quid fecisti? Quis stabit contra iudicium tu
um? Quis in conspectu tuo veniet vindex
iniquorum hominum? Quis tibi imputabit
si nationes perierũt quas tu fecisti? Nec enĩ
est alius deus preter te. cui cura est de omĩ-
bus vt ostendas quoniam non iniuste iudi-
cas iudicium neq̧ rex neq̧ tyrannus in cõ-
spectu tuo inquirent de his quos perdidisti.
Cum perierant superbi gygantes spes or-
bis terrarum ego ad ratem confugiens re-
misi seculo semẽ natiuitatis: quia manu tua
erat gubernata. Docuisti autem populum
tuum per talia opera quoniam oportet iu-
stum esse ⁊ humanum ⁊ bone spei fecisti fi-
lios tuos: quoniam iudicans das locum pe
nitentie in peccatis. Tu es qui vite ⁊ mor-
tis habes potestatem. Que in celis sunt q̇s
inuestigabit. Sensum autem tuum quis sciet
nisi tu dederis sapientiam ⁊ miseris filium
tuum de altissimis per quem sanabuntur q̇-
cunq̧ placuerunt tibi domine a principio.
Sapien ix. ⁊ xi. capitulis hec est supplicatio
noe. Juste ergo vocatũ est nomen eius noe
Sic enĩ pphetauerat lamech pater ei⁹ de eo
dicens. Jste consolabit nos ab operibus ⁊
laboribus manuũ nostrarum in terra cui ma
ledixit dominus. Geneß. quinto cap. Tunc
deus pater loquens filio suo precauens in
futurũ tactus dolore cordis intrinsecus. De
lebo inquit hominem quem creaui a facie ter
re. penitet enĩ me fecisse eos. Geneß. sexto.
caplo. Considerate domini mei istum tex-
tum ⁊ videre q̄ clare deus pater predixit in
carnationem filij sui. Quid enim intelligitur
per hoc. penitet me fecisse hominem: quia ma
licia hominum multa esset in terra? Deus
enim non potest de aliquo penitere: quia om
nia videt anteq̃ fiant ⁊ sciuit hominem pec
caturũ anteq̧ ipsum crearet: nisi hoc q: mul
ta malicia hominum est. Pro qua nequaq̃
soluere potest purus homo immo pena te-
nebit filium dei in carne passurum. Et pro-
bat hoc deus pater cum subditur. precauens
in futurum: id est cogitans de futura filij sui
incarnatione que futura erat quo ad nos:
sensit eum tacturum a penis ⁊ doloribus in-
trinsecus vsq̧ ad animam ⁊ ait tunc delebo
hominem: id est derelinquam eum prout chri
stus in cruce clamauit dicens. Deus meus
vt quid dereliquisti me? Et cum ad modum
hominis considerantis de hominum prodi
tione sermo apud eum foret: amore nimio
victus concludit. Penitet id est penitentia
me tenebit quia feci hominem. Acceptauit
autem deus sacrificium noe ⁊ supplicationẽ
eius. quia vt dicitur. Gene. octauo capitulo.
Odoratusq̧ est dominus odorem suauita-
tis: ⁊ ait ad eum. Nequaq̃ vltra maledicam
terre propter hominem. Ecce ego statuam
pactum meum vobiscum ⁊ cum semine ve-
stro post vos. Hoc signum federis quod
do inter me ⁊ vos ⁊ ad omnem animam vi
uentem que est vobiscum in generationes
sempiternas Arcum meum ponam in nubi
bus ⁊ erit signum federis inter me ⁊ inter
terram. hec ibi. ⁊ capitulo nono. Ecce q̄ ex-
expresse deus pater promittit noe se missu-
rum filium suum in carnem prout dicit Jo-
hannes. Apocalip. decimo capi. Et vidi al-
terum angelum fortem descendentem de ce
lo amictum nube ⁊ yris in capite eius. Cum
dicit amictum nube: intelligit amictum car-
ne humana: q: corpus christi ad instar nu-
bis fuit purum ⁊ leue: ⁊ conceptum sine ma-
cula. vnde Esa. xix. capi. Ascendit dominus
super nubem leuem. vidit itaq̧ iohãnes ar-
cum diuinalis miserationis in quo sunt quat
tuor colores. scilicet Rubeus charitatis et
amicitie: croceus benignitatis ⁊ innoscen-
tie. viridis synceritatis ⁊ pudicitie. niger mẽ
dicitatis ⁊ indigentie. quem deus pater po-
suit in nubibus nostre mortalitatis ⁊ lique-
scentie. Vide ergo arcum ⁊ benedic qui fe-
cit illum. Valde enim speciosus est in splen-
dore suo. Girauit celum in circuitu glorie sue
manus excelsi aperuerunt illum. Ecci. xliij.
ca. Videns autem dyabolus q̄ deus propo
suerat saluare genus humanũ per incarna-
tionem filij dei eterni ⁊ cogitans q̄ noe erat
vir iustus atq̧ perfectus in generationibus

fuis: ⁊ ꝙ cum deo ambularet. vt habet. Ge
neß. vi. Timens ne id subito fieret ⁊ sic per-
deret dñium suū super humano genere ad-
inuenit nēroth gygantem robustum vena-
torem ⁊ tēptauit eum de superbia dicēs. Au
diuisti a patribus tuis qualiter deus dissipa
uit totum genus humanū per aquas diluuij
timeo ne id accidat tibi ⁊ posteris tuis. Con
tra hoc vnū remedium habeo: scilicet ex quo
omēs hoīes estis simul ⁊ eiusdem ydioma-
tis anteq̄ꝫ dispergamini per munduꝫ facite
vobis turrem altaꝫ vsqꝫ ad celum ad quā sa
lubriter confugere possitis si iterū fieret dilu
uiū aquarū super terram. Statimqꝫ nēroth
eleuatus in superbiā cogitauit vt faceret quē
admodum dyabolus ei suggesserat. Unde
Gene. xi. dic̄. Erat autem terra labij vnius ⁊
sermonū eorūdem. Cumqꝫ hoīes proficisce-
rēt de oriente inuenerūt campū in terra sen
naar ⁊ habitauerunt in eo. dixitqꝫ alter ad ꝓ
ximū suū. Uenite faciamus lateres ⁊ coqua
mus eos igni. Habuerūtqꝫ lateres ꝓ saxis
⁊ bitumē ꝓ semento: ⁊ dixerunt. Uenite fa-
ciamus nobis ciuitatem ⁊ turreꝫ cuius cul-
men pertingat ad celum: ⁊ celebremus no-
men nostrum anteq̄ꝫ diuidamur in vniuer-
sas terras. Descendit autē dominus vt vide
ret ciuitatē ⁊ turrē quā edificabāt filij adam
⁊ dixit. Ecce vnus est populus ⁊ vnū labiuꝫ
omībus: ceperūtqꝫ hoc facere nec desistent a
cogitationibus suis donec eas opere cōple-
ant. Uenite igitur descendamus ⁊ confun-
damꝰ ibi linguā eoꝝ: ⁊ non audiet vnusquis
qꝫ vocem ꝓximi sui. Atqꝫ ita diuisit eos do
minus ex illo loco in vniuersas terras: ⁊ ces-
sauerunt edificare ciuitatē. Idcirco vocatuꝫ
est nomen eius babel: quia ibi confusum est
labium vniuerse terre. Et inde dispersit eos
dominus super faciē cunctarum regionuꝫ.
hec ibi. Tunc genus humanū dereliquit do
minū deuꝫ suū factorem ⁊ recessit a deo sa-
lutari suo. De quibus dicit Sapiē. xiij. capi.
Uani sunt oēs hoīes in quibus non subest
scientia dei. Et de hijs que vident bona nō
potuerunt intelligere euꝫ qui est neqꝫ operi
bus attendentes potuerunt cognoscere q̄s
esset artifex: sed aut ignem: aut spm̄: aut cita
tum aerem: aut gyrū stellaruꝫ: aut aquā: aut
solem: aut lunā rectores orbis terrarū deos
putauerunt. Et in fine loquens de huma-
no genere ydolatrante dicit sic: Non erube
scit loq̄ cū illo qui sine aīa est: ⁊ ꝓ sanitate q̄
dem infirmum deprecat: ⁊ pro vita mortuū
rogat: ⁊ in adiutoriū inutilē inuocat: ⁊ ꝓ iti
nere petit ab eo q̄ ambulare non potest: ⁊ de
acq̄rendo: ⁊ de operando: ⁊ de omī rerū euen
tu petit ab eo q̄ in omībꝰ inutilis est. hec ibi
Et btūs Augusti. lib. xvi. de ciuitate dei. ca.
xij. dicit sic. Sicut ergo scriptura sancta indi-
cante didicimus in regione caldeoꝝ natus
est abraham q̄ terra ad regnū ꝑtinebat assy
rioꝝ. Apud caldeos aūt iaꝫ etiā tunc supsti-
tiones impie ꝑualebant queādmodū per ce
teras gētes. Una ergo thare domus erat. de
qua natus est abraham in qua vnius veri
dei cultus remanserat q̄uis ⁊ ipse sicut iam
manifestior dei ppl's in egypto: ita in meso-
pothamia seruisse dijs alienis iesu naue nar
rante referat. ceteris ex ꝓgenie illius heber
in linguas paulatim alias ⁊ in nationes ali
as posterius defluentibus. Proinde sicut ꝑ
aquarū diluuiū vna domus noe ad repan-
dū genus humanū remāserat. sic in diluuio
multarū supstitionuꝫ ꝑ vniuersum munduꝫ
vna remanserat domus thare: in qua custo-
dita est plantatio ciuitatis dei. hec ille. Abra
ham autē postq̄ꝫ obtulit sacrificiuꝫ deo ſm
qd̄ sibi mandauerat deus. vt habet. Geneß.
xv. Presentauit supplicationē deo patri dic̄.
Inualuerūt sup te v̄ba hoīum dicentiū. Ua
nus est q̄ seruit deo: ⁊ qd̄ emolumentū q̄ꝛ cu
stodiuimus ꝑcepta eius: ⁊ q̄ꝛ ambulauimꝰ
tristes corā dño exercituū. Malach. iij. Nū-
quid perdes iustū cū impio. Absit a te vt rē
hanc facias ⁊ occidas. i. dānes iustum cum
impio. Fi atqꝫ iustus sicut impius. Non est
hoc tuū qui iudicas oēm terraꝫ nequaq̄ꝫ fa-
cias iudiciū. Geneß. xviij. ca. Hec est suppli-
catio abrahe qua petit vt deus pater mittat
filiū suuꝫ in carnē ad redēptionē hoīum: ⁊ si
nō prescitoꝝ ⁊ dānatoꝝ: saltē ad redēptionē
iustoꝝ predestinatoꝝ. Tūc deus pater septi
es apparuit abrahe cōfortando ipsum qua-
liter supplicationē eius acceptauerat: ⁊ eaꝫ
signauerat que oīa habent a. xij. ca. Geneß.
vsqꝫ ad. xxiij. ca. eiusdē. vt pꝫ. Primo ꝓmisit
sibi deus euꝫ in magnā gentē magnificādū
non explicando an hoc fieret in semine suo
vel nō. Scd̄o ꝓmisit sibi deus eū magnificā
dū ⁊ in se ⁊ in semine suo in sempiternum ꝓ
pterea ꝙ abrahā edificauit altare dño. Ter
tio dedit sibi deus victoriā cōtra q̄ttuor reges
cui cū occurrissꝫ melchisedech dedit decimas
ex omībus. Quarto: ꝓmisit sibi deus ꝙ am-

plitudo eius esset in filio naturali egredien-
te ab eo non explicando an esset de libera vl'
ancilla. Quinto iam habito filio de ancilla
explicat sibi ꝙ habiturus est filium de libe-
ra: ꝛ hunc etiaꝫ vt primū in magnam gentē
futurum: ideo a modo vult pactum circunci-
sionis esse in carne sua ꝛ in omnibus poste-
ris suis. Sexto reuelat sibi diuine trinitatis
misterium ꝛ breue tempus habēdi prefatuꝫ
filium: non natura sed gratia. Septimo nar
rat sibi filium ancille non esse cum filio libe-
re cōmiscendum: sed potius reijciendum: qꝛ
in solo filio libere est promissio p̄fata adim-
plēda. propter quod exegit deus ab abrahā
vt offerat illum sibi in holocaustum vt sic a-
braham plenius promereatur ꝛ certificetur
in illo obtinere promissa. Ecce ꝙ̄ gradatim
deus explicauit sibi promissionem seminis
benedicti. de quo dicit aplus Gal. iij. Abra
he dicte sunt ꝓmissiones ꝛ semini eius. Nō
dicit ꝛ seminibus quasi in multis: sed quasi
in vno ꝛ semini tuo qui est christus. Uisa
autem supplicatione statim deus signauit
eam ꝛ fecit munitam ꝛ cum abraham insta
ret apud deum patrem vt sibi reuelaret q̇d
intenderet dicēs domine deus. vnde scire pos
sum ꝙ possessurus sum terram hanc quam
ꝓmisisti. Uenit angelus domini de celo ꝛ vo
cauit Abrahā dicens illud. Geneb. xxij. ca.
Per memetipsum iuraui dicit dñs: benedi-
cam tibi ꝛ multiplicabo semen tuū sicut stel
las celi velut arenā que est in littore maris.
Possidebit semē tuū portas inimicoꝝ suoꝝ
ꝛ benedicent in semine tuo omēs gētes ter-
re qꝛ obedisti voci mee. hec ibi. Eleuans aūt
ocl'os suos abrahā cū occubuissꝫ sol apparuit
clibanus fumans ꝛ lāpas ignis transiēs per
diuisiones illas. vt habet. Gene. xv. Per cli
banū fumantē: intelligit vterus ỽginis san
ctificatus spū sancto. Luce. ij. Spūssctūs su
ꝑueniet in te ꝛ ỽtus altissimi obūbrabit tibi
Per lāpadē: intelligit xp̄s. Iuxta illud. Esa.
lxij. Saluator eius vt lāpas accēdat. Propt
hec oīa Abrahā gauisus est valde. vt dicit.
Joh. viij. Abrahā pater vester exultauit vt
videret diem meum: vidit ꝛ gauisus est. Ut
autem demon cognouit exultasse quia sup-
plicatio erat signata pro redemptione gene
ris humani ꝛ valde timens ne subito man-
daretur executioni cogitauit intra se dicens
illud. Eccī. xliiij. Abrahā magnus pater mul
titudinis gentiū ꝛ non est inuentus similis
illi in gloria. qui conseruauit legem excelsi. ꝛ
fuit in testamento cū illo. In capite eius sta
re fecit testamentū: ꝛ in tēptatione inuētus
est fidelis. ideo iureiurando dedit illi gloriā
in gēte sua crescere illū quasi terre cumulū ꝛ
vt stellas exaltare semen eius ꝛ hereditari il
los vsqꝫ ad mare ꝛ a flumie vsqꝫ ad termīos
orbis terre. hec ibi. Sꝫ conabor talē turpitu-
dinē pctī in humanū gen⁹ seminare ꝙ deus
nunqꝫ dignabit hanc naturā assumere: s. vi-
ciū sodomie ꝛ ex tūc tēptauit humanū gen⁹
de hoc vicio. Hoīes autēꝫ sodomite pessimi
erant ꝛ pctōres corā dño nimis. vt dꝛ Geñ.
xiij. de q̇bus dicit Paulus. Roma. i. Femine
eoꝝ īmutauerunt naturalē vsum in eū vsum
q̇ est ꝯtra naturā. Similiter aūt ꝛ masculi in
masculos turpitudinē oꝑantes relicto natu
rali vsu femine exarserūt in desiderijs suis in
inuicē ꝛ mercedē quā oportuit erroris sui in
semetipsis recipientes. hec ibi. Exemplū ha
bes. Geñ. xix. de duob⁹ āgelis quos loth sus
cepit hospitio q̇bus vim faciebāt sodomite
ꝓpterea dixit deus abrahe. Clamor sodomo
rum ꝛ gomorreoꝝ multiplicatus est ꝛ pctm̄
eoꝝ aggrauatū est nimis. Descendā ꝛ vide
bo vtrum clamorē opere cōpleuerint. Et cū
non essent inuenti decem viri iusti dñs pluit
super sodomam ꝛ gomorrā sulphur ꝛ ignē
de celo: ꝛ subuertit ciuitates has ꝛ omēꝫ cir-
ca regionem ꝛ vniuersos habitatores vrbiū
ꝛ cuncta terre virentia. Et vxor loth respici-
ens post se versa est in statuam salis. ideo
Augustinus. xvi. de ciuitate dei. capi. xxxi. di
cit sic. Post hanc promissionem liberato de
sodomis loth ꝛ veniente igneo ymbre de ce
lo tota illa regio impie ciuitatis in cinerem
versa est: vbi stupra in masculos in tantā cō
suetudinē conualuerāt: quanta solent leges
alioꝝ factoꝝ prebere licentiā. hec ille. Et ne
genus humanū crederet deū patrē fuisse mē
titum abrahe de missione filij sui in carnē di-
cit Aug. lib. xvi de ciuitate dei. ca. xxxvi. Ac-
cepit etiā ysaac tale oraculū quale aliquoti-
ens pr̄ ei⁹ accepat. de quo oraculo sic scriptū
est. Facta est aūt fames sup terrā p̄ter famē
q̄ ꝓus facta est tpe abrahe. Abijt aūt ysaac
ad abimelech regē philistinoꝝ ī gerarīs. Ap
paruit autem illi dominus ꝛ dixit. Noli descē
dere in egyptum: habita autem in terra quā
tibi dixero ꝛ incole terram hanc ꝛ ego ero
tecum ꝛ benedicam te. Tibi enim ꝛ semini
tuo dabo omnem terram hanc; ꝛ statuam

testamentuȝ meum q̊ iuraui abrahe patri
tuo: ⁊ multiplicabo semen tuuȝ sicut stellas
celi ⁊ dabo semini tuo oẽȝ terrã hãc: ⁊ bene-
dicentur in semine tuo omẽs gentes terre.
ꝑ eo ꝙ obaudiuit abraham pater tuus vo-
cem meaȝ: ⁊ custodiuit precepta mea: ⁊ mã
data mea: ⁊ iustificatiões meas: ⁊ legitima
mea. hec ille Sed dum esset annoꝝ quadra
ginta ysaac duxit vxoreȝ Rebeccam. vt au-
teȝ eam duceret quãdo ab eius patre in me-
sopothamiã missus est seruꝰ eius q̃d aliud
demonstratur cum eidem seruo dicit abra-
ham. Pone manũ tuam sub femore meo ⁊
adiurabo te per dominũ deum celi ⁊ domi-
nũ terre vt non sumas vxorem filio meo ysa
ac de filiabus chananeoꝝ: nisi dñm deum ce
li ⁊ dñȝ terre in carne que ex illo femore tra
hebatur fuisse venturum. hec August. eodẽ
libro cap. xxxvij. Duo ergo ysaac filij esau ⁊
iacob pariter crescunt. Primatus maioris
transfunditur in minorem eo ꝙ precio len-
ticule vendiderit primogenita sua. Genes.
xxv. Cum autẽ venisset ysaac ad benedictio
nem filioꝝ suoꝝ benedixit minorem pro fra
tre maiore. Genes xxvij. Et August. xvi. de
ciuitate dei. ca. xxxvij. dicit. Ipsa aũt benedi-
ctio qualis est. Ecce inquit odor filij mei si-
cut odor agri pleni queȝ benedixit dominꝰ.
Et det tibi dominꝰ de rore celi: ⁊ de pingue-
dine terre: vbertatem ⁊ multitudinem fru-
menti ⁊ vini ⁊ olei: ⁊ seruiant tibi gentes: ⁊
adorent te principes: ⁊ fias dominꝰ fratris
tui. Qui maledixerit te erit maledictus: ⁊ q̃
benedixerit te benedictionibus repleať. Be
nedictio ergo Jacob predicatio christi est.
In omnibus gentibus: hoc fit: hoc agiť. lex
⁊ prophetia est in ysaac. Etiam per os iude
orum christus ab illa benedicitur velut a ne
sciente: quia in ea ab eis ipse nescitur. Odo-
re nominis christi sicut ager mundus imple
tur. Eius est benedictio de rore celi. id est de
verboꝝ pluuia diuinoꝝ: ⁊ de vbertate terre.
id est de ꝯgregatione populoꝝ eiꝰ est ⁊ mul
titudo frumenti ⁊ vini. id est multitudo quã
colligit frumentum ⁊ vinum in sacramento
corporis ⁊ sanguinis eius. Et seruiunt gen-
tes ei: ipsum adorant principes: ipse est do-
minus fratris sui: quia populus eius scilicet
christianus dñatur iudeis. Ipsum adorant
filij patris eius: hoc est filij abrahe ſm fideȝ
quia ⁊ ipse filius est abrahe ſm carnem. Ip
sum qui maledixerit maledictus est; ⁊ qui be

nedixerit benedictus est. Christus inꝗ no-
ster etiam ex ore iudeorum q̃uis errantiuȝ
sed tamen legem prophetasq; cantantium
benedicit. id est veraciter dicitur ⁊ alius be-
nedici putatur qui ab eis errantibus ex-
pectatur. hec ille. Tunc demon videns quo-
niam nihil profecerat: sed potius deus bene
dixerat generi humano in figura iacob. con
citauit animũ esau contra iacob fratrem suũ
vt eum occideret: ⁊ sic deperiret huiusmodi
benedictio. ideo dicitur Genes. xxviij. Ode-
rat enim semper esau iacob pro benedictio-
ne qua benedixerat ei pater. Dixitq; in cor-
de suo. Ueniant dies luctus patris mei ⁊ oc
cidam iacob fratrem meum. Nunciata sunt
hec Rebecce que mittens ⁊ vocans filium
suum Jacob dicit ad eum. Ecce Esau fra-
ter tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo
fili audi vocem meam ⁊ consurgens fu-
ge ad laban fratrem meum in aram: habita-
bisq; cum eo dies paucos donec quiescat fu
ror fratris ⁊ cesset indignatio eius: obliuisca
turq; eorum que fecisti in eum. hec ibi. Et vt
dicit beatus Augustinus libro decimosex-
to de ciuitate dei caplo. xxxviij. Pergens ita
q; Jacob in mesopothamiaȝ in somnis ac-
cepit oraculuȝ de quo sic scriptum est. Et exi
uit iacob a puteo iurationis ⁊ profectus est
in charram ⁊ inde venit in locum ⁊ dormi-
uit ibi: occiderat enim sol illo: ⁊ somniauit ⁊
ecce scala stabilita super terram cuius caput
pertingebat in celum ⁊ angeli dei ascende-
bant ⁊ descendebant per illam ⁊ dominus
incumbebat super illam ⁊ dixit. Ego sum de
us abraham patris tui: ⁊ deus ysaac noli ti-
mere. Terram in qua tu dormis super eam
tibi dabo illam ⁊ semini tuo: ⁊ erit semen tu
um sicut arena terre ⁊ dilatabitur supra ma
re ⁊ in affricum ⁊ in aquilonem: ⁊ ad orien-
tem: ⁊ benedicenť in te oẽs tribꝰ terre ⁊ in
semine tuo. Et ecce ego sum tecum custodi-
ens te in omni via quacunq; ibis ⁊ reducaȝ
te in terram hanc. quia non te derelinquam
donec faciam omnia que locutus sum tecuȝ
Et surrexit Jacob de sõno suo: ⁊ dixit. Quia
est dominus in loco hoc ⁊ ego nesciebam: ⁊
timuit ⁊ dixit. ꝙ̃ terribilis locus hic non est
hic nisi domus dei ⁊ hec porta est celi. Et sur
rexit iacob ⁊ sumpsit lapidem quem suppo-
suit capiti suo ⁊ statuit illum in titulum: ⁊ su
perfudit oleum in cacumen eius: ⁊ vocauit
nomen loci illius domus dei. Hoc ad ꝓphe

tiam pertinet. nec more ydolatrie lapidem ꝑ
fudit oleo Jacob velut faciens illum deum.
Neqꝫ eñ adorauit eundem lapidem vel ei
sacrificauit. sed qm̄ xp̄i nomen a crismate ē
.i. ab vnctiōe. pfecto figuratuꝫ est hic aliq̄d
quod ad magnum pertineat sacramentum.
Scalam vero istam intelligit ipse saluator
optime in memoriam reuocare in euāgelio
vbi cū dixisset de natanaele. Ecce vere israeli
ta in quo dolus non est quia israel viderat
istam visionem ip̄e est enim iacob. Eodem
loco ait. Amen amen dico vobis, videbitis
celum apertum ꝛ angelos dei ascendentes
et descendentes super filium hominis: h ille
Cum autem iacob moriturus in egypto be
nediceret filios suos quia de tribu iuda oriū
dus erat xp̄s ꝭm carnem: queadmodū iudā
ꝓphetice benedixerit habetur Geñ. xlix. Nō
auferetur sceptrum de iuda: ꝛ dux de femore
eius: donec veniat qui mittendus est: ꝛ ip̄e
erit expectatio gentiuꝫ. Tunc cognouit dya
bolus quoniam prefigebat certum tempus
anteq̄ filius dei carnem assumeret. concita
uit filios Jacob ad grauissimum peccatum
committenduꝫ. Et vt dicit sanct⁹ Thomas
ij. ij. q. cliiij. arti. xij. ad quartum dicendum.
induxit eos vt coirent cum pecoribus ꝛ iu-
mentis. Ideo dr̄ Geñ. xxxvij. Accusauitqꝫ
Joseph fratres suos apud patrem suuꝫ cri
mine pessimo ꝓpter quod oderant eum: nec
poterāt ei quicq̄ pacifice loq̄ sed vēdiderūt
eum ismaelitis qui duxerunt eū in egyptuꝫ
Et vt dicit Lactantius diuinarū institutio-
num. lib. iiij. ca. x. Maiores nostri qui erant
p̄ncipes hebreorum cum sterilitate atqꝫ in-
opia laborarent transierunt in egyptum rei
frumentarie gratia. ibiqꝫ diutius commorā
tes intolerabili seruitutis iugo p̄mebantur
Tum misertus eoꝝ deus eduxit eos ac libe-
rauit de manu regis egyptioruꝫ: post ānos
quadringētos ꝛ triginta duce moyse ꝑ quē
postea lex illis a deo data est. In qua educti
one ostendit suam virtutem deus. Traiecit
enim populum in medio mari rubro prece-
dente angelo ꝛ scindente aquaꝫ: vt populus
per siccū gradi posset. quem vt ait poeta. Cur
uata in montis faciē circūstetit vnda. Qua
re audita tyrannus egyptiorum cū magna
suorum manu insecutus ē ꝛ mare adhuc pa
tens temere ingressus coeūtibus aquis cuꝫ
omni exercitu deletus est. Hebrei vero in-
gressi in solitudinē multa mirabilia viderūt

hec ille. Tunc moyses orauit ad deum pa-
trem vt supplicationem iam signatam ad
vocem precedentium patruꝫ sibi mandaret
dicens. Dominator de⁹ misericors ꝛ clemēs
patiens ac multum misericors et verax qui
custodis misericordiaꝫ in milia: qui aufers
iniquitatem ꝛ scelera atqꝫ peccata. nullusqꝫ
apud te per se innocens est: qui reddis iniq-
tatem patrum filijs ac nepotibus in tertiam
et quartam generationem. Exo. xxxiiij. Re
cordare Abraham. Ysaac ꝛ Jacob quib⁹ iu-
rasti per temetip̄m dicens. Multiplicabo se
men vestrum sicut stellas celi: ꝛ vniuersam
terram hanc de qua locutus sum dabo semi
ni vestro et possidebitis eam semper. ibidem
xxxij. Obsecro domine mitte quē missurus
es. ibidem. iiij. Hec est oratio moysi. Et cuꝫ
esset moyses in monte dei oreb apparuit ei
dominus in flamma ignis de medio rubi ꝛ
videbat q̄ rubus arderet ꝛ non combureba
tur. Exo. iij. Super quo dicit Augustinus in
sermone. O magne admirationis gratia. O
ineffabilis suauitas. O ineffabile magnūqꝫ
sacramentum: ip̄a eadem virgo ip̄a ꝛ mater
domini ip̄a dei genitrix: ip̄a ei⁹ ancilla: plas
matio eius ip̄a quē genuit. Quis ista vnq̄
audiuit? quis vidit talia? quis hec excogita-
re potuit: ut mater virgo esset: intacta gene-
raret: que virgo permansit. sicut rubus com-
buri videbatur ꝛ ab igne non cremabat. ita
virgo sancta genuit deum. sed intacta ꝑmā
sit. Mater effecta est: sed virginitatem non
amisit. mater filij facta est: ꝛ castitatis sigillū
non perdidit: hec ille. Et statim moyses lo-
cutus ad populum israel: dixit. Dominus
de syna venit: ꝛ de seir ortus est nobis. Ap
paruit de monte pharan: ꝛ cum eo sanctoꝝ
milia. In dextera eius ignea lex dilexit po-
pulos. Omnes sancti in manu illi⁹ sunt et q̄
appropinquant pedibus eius accipient de
doctrina illius. De benedictione domini ter
ra eius plena est. de pomis celi et rore atqꝫ a
bysso subiacente. de pomis fructuuꝫ solis ac
lune: de vertice antiquorum montium: de po
mis collium eternorum: ꝛ de frugibus terre
et de plenitudine eius. Benedictio illius qui
apparuit in rubro vēiat super caput ioseph
et super verticem nazarei inter fratres suos
Quasi primogeniti thauri pulcritudo eius.
Deutero. xxxiij. Prophetam de gente tua ꝛ
de fratribus tuis suscitabit tibi dominus de
us; ipsum audies. Omnis anima que non

audierit, ꝓphetam illum exterminabitur de
populo suo. ibidem. xviij. Et vt dicit lactan-
tius vbi supra. Cum dyabolus cognouisset
grandia beneficia que deus illi populo cõtu
lerat temptauit eos: vt sic mysterium incar-
nationis impediret. vnde dicit sic. Cum siti
paterent ictu virge rupe percussa ꝓsiliuit fõs
aque populumqȝ recreauit. Quo rursus esu-
riente celestis alimenti pluuia descẽdit. qui
et coturnices in castra eorum induxit vt nõ
modo pane celesti: sed etiam instructioribꝰ
epulis satiarent. Pro hijs tamen diuinis
beneficijs honorem deo non reddiderunt:
sed depulsa iam seruitute iam siti fameqȝ de
posita: in luxuriam prolapsi ad prophanos
egyptiorum ritus animos transtulerunt: h
ille. ideo dr Numeri. xx. Dixitqȝ dominꝰ ad
moysen ⁊ aaron. Quia non credidistis mi-
hi vt sanctificaretis me coram filijs isrl: nõ
introducetis hos populos in terram quam
dabo eis. Super quo dicit Augustinꝰ libro
xvi. contra faustũ Arguitur moyses voce di
uina ꝙ eius fides ad aquaȝ de petra hauriẽ
dam aliquãtulum titubauerat: quod ei cum
peccato petri potest esse cõmune qui in me-
dijs fluctibus similis fidei defectu titubaue
rit. ⁊ libro secũdo de penitẽtia dicit sic. Volu
it deus vt non per moysen sed per iesuȝ. i. nõ
per legem sed per gratiam populus terram ꝓ
missionis intraret vt xp̃m figuraret ⁊ celestẽ
patriaȝ. Tunc precepto domini. de singulis
tribubus allate sunt virge in tabernaculum
testimonij. Virga autem aaron die altera ꝓ
duxit flores ⁊ frondes: ⁊ peperit nuces seu
amigdalas: vt habetur Numeri. xvij. Super
quo dicit augustinus in tractatu de virgini-
tate. Virga aaron ꝓtulit quod ante non ha
buit. Naȝ nõ radicata plantario: nec de fossa
sarculo: nec animata succo: nec fecundata se
minario: cuȝ illi deessent vniuersa iura natu-
re: protulit virga quod nec semine suggeri po
tuit nec radice. Virga ergo potuit contra na
turam nuces educere: sic ⁊ virgo maria potuit
contra naturam eius dei filiuȝ generare. Di
cat mihi iudeꝰ incredulꝰ quẽadmoduȝ arida
virga fronduit floruit ⁊ nuces ꝓtulit et ego
dicam illi quẽadmodum maria dei filiũ con
cepit ⁊ peperit. sed ꝓfecto nec ille virge cõce-
ptum poterit explicare: nec ego virginis par
tum. virge nitorem floris non lesit emissio:
nec virginis pudorem sacri corporis eductio
hec ille. Dyabolus autem intelligens ꝓfun-
ditatem mysterij incarnationis xp̃i concita
uit aaron ⁊ mariam sororeȝ eius ꝯ moysen
dicentes illud Numeri. xij. Num per solum
moysen locutus est dominus. Nonne ⁊ no-
bis similiter est locutus: Quod cũ audisset
dñs iratus est valde ꝯ eos. Erat eñi moy-
ses vir mitissimus sup oñs hoĩes q̃ mora-
bant in terra. Statimqȝ locutus est dñs ad
eũ: ⁊ ad aaron ⁊ ad mariã. Egredimini vos
tm̃ tres ad tabernaclȝ federis. Cũqȝ fuissẽt
egressi descẽdit dñs in colũna nubis ⁊ stetit
ĩ itroitu tabernacli vocãs aarõ ⁊ mariã. Qui
cũ iissent: dixit ad eos. Audite smões meos
Siq̃s fuerit int vos ꝓpha dñi ĩ visiõe appa
bo ei vl ꝑ somniũ loq̃r ad illũ. Et nõ tal suus
meꝰ moyses. Ore eñi ad os loq̃r ei ⁊c. Ira-
tusqȝ dñs abijt et ecce maria appuit cãdẽs
lep̃ q̃si nix: sed ad orõnẽ moysi curata est: h
ibi. Et vt dicit Augustinus libro. xvij. de ci-
uitate dei. c. ij. diximus ab initio ad abrahã
ꝓmissionum dei duas res fuisse promissas.
vnam scȝ ꝙ terram chanaam possessurum
foret semẽ eius quod significat: vbi dictum
est. Vade in terram quam tibi demõstraue-
ro ⁊ faciam te in gentem magnam. Aliam
vero longe prestantiorem non de carnali: sꝫ
de spũali semine: per quod pater ẽ nõ vniꝰ
tm̃ gentis israelitice: sed omniũ gentiuȝ que
fidei eius vestigia sequũtur: quod promitti
cepit his vbis: ⁊ benedicentur in te omnes
tribus terre. Et deinceps alijs multis admo
dum testimonijs. hec duo promissa esse mõ
strantur. Erat ergo iam in terra ꝓmissionis
semen abrahe. i. populus israel sm carnem
atqȝ ibi non solum tenendo ac possidendo
ciuitates aduersariorum. verũetiam reges
habendo regnare iam ceperant. impletis de
ip̃o populo ꝓmissionibus dei: magna iam ex
parte non solum que tribus illis patribus
Abraham Ysaac et Jacob. et alie q̃buscũqȝ
dictis vel signis aut figuris temporibꝰ eorũ
facte sunt. verũetiam que per ip̃m moysen
per quem populus idem de seruitute egyptia
ca liberatus: ⁊ per quem cuncta preterita re-
uelata sunt temporibus eius cum populum
per heremũ duceret: facta fuerant. Neqȝ aũt
per insignem ducem iesum naue: per quem
populus ille in ꝓmissionis reductus est ter-
ram: qui expugnatis gentibus eam duode-
cim tribubus quibus deus iusserat diuisit.
impleta fuerat ꝓmissio dei de terra chanaã:
nec tamen adhuc ꝓphetabatur futuruȝ: sed

expectabatur implendum: hec ille. Huic maximo duci reuelatum est mysterium incarnationis filij dei. Unde dicitur Josue. x. Dixitqꝫ Josue. Sol contra gabaon ne mouearis et luna contra vallem haylon. Steterũt qꝫ sol et luna donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Stetit itaqꝫ sol in medio celi ⁊ non festinauit occumbere super terram spatio vnius diei: hec ibi. Hoc erat signum ꝙ filius dei debebat stare hodie in medio celi. i. in medio vteri virginalis et in gremio ⁊ presepio et quiescere ab omni contagio. iuxͣ illud ꝑme Petri. ij. Qui peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius. ideo dicitur Ecclesiastici. xlvi. Nam hostes ipẽ domin⁹ percussit: aut nõ iracũdia eius impeditus ẽ sol: et vnus dies factus est quasi duo. Jnuocauit altissimum potentem in oppugnando inimicos vndiqꝫ: et audiuit illuz magnus ⁊ sanctus deus: hec ibi. Ut autem cognouit dyabolus ꝙ filij israel intrauerãt terram ꝓmissionis cogitauit cõtra eos prouocare irã dei sicut dicitur Judic. secũdo. Surrexerunt qui non nouerant dominũ et opera que fecerat cum israel. Feceruntqꝫ filij isrl̃ malum in conspectu domini et seruierunt Baalim ac dimiserunt dominum deum patrum suorum qui eduxit eos de terra egypti ⁊ secuti sunt deos alienos: deosqꝫ populorum qui habitabant in circuitu eorum: ⁊ adorauerunt eos ⁊ ad iracundiaz concitauerunt dominũ dimittentes eum. ⁊ seruientes baal ⁊ astaroth. Jratusqꝫ est dominus contra israel et tradidit eos in manus diripientiuz qui ceperunt eos et vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersarijs suis: sed quocunqꝫ ꝓgere voluissẽt manus domini erat super eos sicut locutus est et iurauit eis ⁊ vehementer afflicti sunt: hec ibi. Suscitauit autem dominus iudices qui liberarent eos de manibus vastantium qui suscitauit eis saluatorem ⁊ liberauit eos ibidem tertio. Et apparuit angelus domini Gedeoni et ait. Dominus tecum fortissime virorum. Dixitqꝫ ei Gedeon. Obsecro mi domine: si dominus nobiscum est cur ergo apprehenderunt nos hec omnia? Ubi sunt mirabilia eius que narrauerunt patres nostri atqꝫ dixerunt. de egypto eduxit nos dominus. Nunc aũt dereliquit nos et tradidit in manibus Madian. Respexitqꝫ ad eum dominus ⁊ ait. Uade in hac fortitudine tua et liberabis israel de manu Madian. Scito ꝙ miserim te. Et cum requisiuisset signum dixit ad dominum et ait. Si saluum facies per manum meam israel sicut locutus es ponam hic vellus lane in area. Si ros in solo vellere fuerit: ⁊ in omni terra siccitas: sciam ꝙ per manum meam liberabis israel. ¶ Factumqꝫ est ita. Et de nocte consurgens ⁊ expresso vellere concham rore compleuit. Dixitqꝫ rursum ad dominum ¶ Oro vt solum vellus siccuz sit: et omnis terra rore madẽs. Fecitqꝫ dominus nocte illa vt postulauerat et fuit siccitas in solo vellere et ros in omni terra: vt habet̃ Judicum sexto. Super quo dicit Petrus rauennas. Uellus inquit cum sit de corpore nescit corporis passiones. Sic ꝟginitas cũ sit in carne. vitia tñ carnis ignorat. Celestis ergo ymber dei scilicet filius in virgineum vellus: placido descendit illapsu et tota deitatis vnda bibulose nostre carnis descendebat in vellere: donec eximio partu emissus in terris omnibus pluuiam salutis effunderet: hec ille. ideo cantat ecclesia. Quando natus es ineffabiliter de virgine tunc implete sunt scripture sicut pluuia in vellus descendisti vt saluum faceres genus humanum: te laudamus deus noster. Cognoscens autem dyabolus sacramentum incarnationis filij dei ex victoria quaz habuit Gedeon contra Madianitas temptauit populum israel vt faceret malum coram domino. Unde vt habetur Judicum octauo. Dixit Gedeon ad eos. Unam petitionem postulo a vobis. Date mihi inaures ex preda vestra. Jnaures enim aureas tũc Jsmaelite habere consueuerant. Qui respõderunt libentissime dabimus. Expandentesqꝫ super terram pallium proiecerunt in eo inaures de preda. Fecitqꝫ ex eis Gedeon ephot et posuit illud in ciuitate sua effra. Fornicatusqꝫ est omnis israel in eo: ⁊ factũ est Gedeoni ⁊ omni domui eius in ruinam hec ibi. ¶ Tandem apparuit angelus domini Manue et vxori eius et dixit ad eã. Sterilis es et absqꝫ liberis. sed concipies et paries filium et erit nazareus dei ab infantia sua. ipse incipiet liberare israel de manu philistinorum. vt habetur Judicum. xiij. Et istõ erat figura sacramenti incarnationis filij dei prout Augustinus tractans illud Matthei quoniam Nazareus vocabitur: dixit sic. Dictus est nazareus et Sanson vir potens

sm spũ et vtute roboris. Sed in typo. cuiꝰ ge
sta si cõsideremus in eo quoqꝫ exempla do-
mini prefigurata cognoscimus. Ille septem
crines habuit: huic septiformis spũs ⁊ septẽ
ecclesie sunt. Illi omnis virtus fuit. huic oĩs
virtus in deo est: quia caput xp̃i deus est vt
apostolus manifestat. In illo vtus obscu-
ra. in hoc celata diuinitas. Sanson iter faci-
ens leonez manibus enecauit: dominus ac
saluator noster per suscepti corpis sacramẽ-
tum leonem. scꝫ dyabolum extensis in cruce
manibus interemit. sanson de ore leonis fa-
uum mellis abstraxit: dominus de faucibus
dyaboli. plebem suam que sibi facta est fide
dulcis per fidez eripuit. Sanson populũ isrł
debellatis hostibus saluauit: dominus extin
ctis demonibus populum suum de morte per
petua liberauit Sãson obseratꝭ portꝭ claudit
in ciuitate: dominus obserato ⁊ obsignato
claudit mo numento. Sanson fractis seris
subtractisqꝫ portis securus euadit: dominus
ruptis iferni obicibus apertoqꝫ sepulcro re
cepto corpore a morte liber egredit. Postre
mo sanson moriens inimicos suos cõcussis
edificijs ruina comprimit. dominus tũc cũ
mori dignatus est non vna domo sed omni
mũdo concusso dyabolum cuz suis angelis
vniuersis extinxit: hec ille. Ideo lactantius
vbi supra dicit sic. Veruz iudicibus regimẽ
eorum tenentibus prauas religiones sepe
susceperãt atqꝫ offensus ab his deus totiẽs
alienigenis subiugabat: donec rursus peni-
tẽtia populi mitigatꝰ liberaret eos a suitute
hec ille. Sicut autem dicit beatus augustinꝰ
xvij. de ciuitate dei. c. iiij. Hely sacerdote re-
probato substitutus in dei ministerium Sa
muel simul officio functus sacerdotis ⁊ iudi
cis magnam mutationem rerum futuraruz
prenũciat. ⁊. v. c. dicit sic. Sed hec euidẽtius
ad ip̃m hely sacerdotẽ missus loquit homo
dei. Sic eñi scriptum est. Et venit homo dei
ad hely: ⁊ dixit. Hec dicit dominus. Reue
lans reuelatus sum ad domuz patris tui cũ
essent in terra egypti serui in domo pharao
nis ⁊ elegi domum patris tui ex omnibꝰ sce
ptris domus israel mihi sacerdotio fungi vt
ascenderent ad altare meum: vt incenderẽt
incensuz: vt portarẽt ephot ⁊ dedi domui pa-
tris tui omnia que sunt ignis filiorum israel
in escam. Et vt q̃d respexisti in incensum me
um ⁊ in sacrificium meum impudẽti oculo:
et glorificasti filios tuos super me bñdicere

primitias nominis sacrificij in israel in con
spectu meo. Propter hoc dicit dominꝰ isrł
dixi. Domus tua ⁊ domus patris tui transi
bunt coram me in eternum ⁊ nũc dicit dñs.
Nequaqꝫ. sed glorificantes me glorificabo:
et qui spernit me spernet. Ecce dies veniunt
et exterminabo nomen tuũ ⁊ semen domus
patris tui: et nõ erit tibi senior in domo mea
omnibus diebus: et viruz exterminabo tibi
ab altari meo vt deficiant oculi eius: ⁊ deflu
at anima eius: ⁊ omnis qui supfuerit domꝰ
tue decidet in gladio virorum. Et hoc tibi si
gnũ qd̃ veniet super duos filios tuos ophni
et phinees: vna die morient ambo ⁊ suscita
bo mihi sacerdotem fidelem qui omnia q̃ in
corde meo ⁊ que in anima mea sunt faciat
⁊ edificabo ei domum fidelez: ⁊ transibit co-
ram xp̃o meo omnibus diebus: ⁊ erit q̃ sup
auerit in domo tua veniet adorare ei obolo
argenti: dicens. Iacta me in vnam partem
sacerdotij tui manducare panem tuũ: h̃ ille.
Ista pphetia non intelligit de Samuele qꝛ
non erat de tribu aaron. cuius pgenies fuit
deputata vt ex ea fierẽt sacerdotes. sed intel
ligitur de xp̃o cuius tempore nullum taber-
naculum: nullum templum: nullum altare:
nullum sacrificium: nullus sacerdos reman
sit iudeis. vnde vidimus esse impletuz vt de
stirpe aaron non sint vlterius sacerdotes: s
cum vident sacrificium xp̃ianorũ toto orbe
pollere: ⁊ illum magnum honorem esse sub-
tractum ab eis. deficiunt oculi eorum et de-
fluit anima eorum tabe meroris. Et mors
filiorum hely significauit defectionem sacer-
dotij a filijs aaron. Per sacerdotem fidelez
intelligo xp̃m de quo dicit. Tu es sacerdos
in eternum s̃m ordinem melchisedech. Cui
deus pater edificauit domũ fidelẽ. i. populũ
in xp̃o credentem. Cum autem dicit ⁊ trãsi-
bit coram christo meo de illa domo aaron in
telligit non de illo sacerdote qui est christus
iesus mediator atqꝫ saluator. Et quod seq̃t
Et erit qui supauerit in domo tua veniet ad
orare ei obolo argenti. intelligitur de iudeis
credentibus in christo sicut temporibus apo
stolorum multi crediderũt. De quibus apo-
stolus ait. Et in hoc tempore reliquie per ele
ctionem gratie salue facte sunt. Obolus ar-
genti est breuitas vbi fidei. de quo dicit apo
stolus. Roma. ix. Verbum breuiatum ⁊ cõ
summatum faciet dominus super terram. et
ps. Eloquia domini eloquia casta: argentũ

igne examinatum. Per illum panem intelli
gitur illud sacrificium xp̄ianoꝝ de quo di
cit xp̄us Joh. vi. Panis quem ego dedero
caro mea est ꝓ mundi vita. Omnes enim
xp̄iani sunt sacerdotes xp̄i Petrꝰ p̄me scd̄i
Uos estis genus electū regale sacerdotiū
Et Apoc. v. c. Fecisti nos deo nostro regnū
⁊ sacerdotes. Ecce quomodo mutatio sacer
dotij hely ⁊ mors filioꝝ eiꝰ: figurabat sacer-
dotium iudeorum esse terminandum: ꝑ ad-
uentum iesu christi sacerdotis magni. Erat
autem samuel iudex super israel post mortē
hely sacerdotis. Tunc dyabolꝰ subuertit cor
da filiorum samuelis qui iudicauerūt ppl'm
iudaicum post mortem patris eorū: nec am
bulauerunt in vijs samuelis. sed ambulaue
runt post auaritiam: acceperuntq̄ munera ⁊
peruerterunt iudicium: vt habet̄ p̄mi Reg.
viij. Sed malicia demonis non preualuit im
mutare voluntatē dei patris circa incarna
tionem filij sui. Unde Booz suscepit Ruth
in vxorē ⁊ dixit ei. Dormi vsq̄ mane. Ruth
iij. Booz interpretat̄ robur vel in quo est vir
tus. per quem intelligit̄ filius dei. Paulus. i.
Corinth. i. Christum dei virtutem ⁊ dei sa-
pientiam. Ruth interpretatur deficiens per
quam intelligitur natura humana que erat
deficiens ante aduentum filij dei in carnem
Booz itaq̄ suscepit Ruth: cū filiꝰ dei susce-
pit naturam humanam. Nam ad l'ram xp̄s
est natus ex ruth. quia vt d̄r Ruth vltimo.
Booz ex Ruth genuit obeth q̄ genuit ysai
patrem dauid a quo descēdit xp̄us. Et sicut
Booz suscepit Ruth in vxorem: sic filius dei
suscepit naturam humanam in vxorem per
quādā similitudinē. De viro eīm et vxore d̄r
Geñ. ij. Et erūt duo ī carne vna. Sic in ista
sacratissima incarnatione natura diuina et
natura humana fuerunt in carne vna christi
Unde Augustinus in sermone de nuptijs
dicit. Uerbum est sponsus: ⁊ sponsa caro hu
mana: ⁊ vtrunq̄ vnus filius dei. ideōq̄ filius
hominis. habet eīm sponsam quam redemit
sanguine suo ⁊ cui pignus dedit spm̄ sanctū:
quam sibi coniūxerat in vtero virginis. p̄s.
Tanq̄ sponsus ꝓcedens de thalamo suo. ß
dicit̄. Dormi vsq̄ mane: quia homo añ ad-
uentum xp̄i dormiebat in statu cecitatis et
ignorantie. sed per istam benedictam incar-
nationem deuenit ad statum claritatis ⁊ in-
telligētie. de quo mane, dicit p̄s. Mane asta
bo tibi et videbo q̄m, non deus volens iniq̄-
tatem tu es. Immisit autē dyabolus cogita
tionem superbie in mentibus iudeorum qui
dixerunt Samueli. Constitue nobis regem
vt iudicet nos: sicut ⁊ vniuerse habent natio
nes. Displicuitq̄ sermo in oculis samuelis
et cum orasset ad dñm dixit dominus ad sa
muelem. Non te abiecerūt sed me: ne regnē
super eos. Sed audi vocem populi in oībus
que loquunt̄ tibi. i. Reg. viij. Et creauit sau-
lem in regem super israel. put d̄r. i. Regū. x.
Et dicit samuel ad saulem: me misit dñs vt
vngerem te in regem super populum eiꝰ isrl'.
Et vt dicit̄ ibidē. xij. ca. Locutus est samuel
ad populum dicens. State nunc et videte rē
istam grandem quam facturus est dominꝰ
in conspectu vestro. Nunquid nō messis tri-
tici est hodie. inuocabo dñm ⁊ dabit voces
et pluuias ⁊ scietis: quia hodie dominus
fecit salutē ī israel. ibidē. xij. c. D Per mes-
sem tritici signatur natiuitas saluatoris ꝓ-
pter plenitudinem gaudij que in messe con-
sueuit esse. Licet eīm multi sint actus quibus
homines gaudent: vt sunt nuptie vindemie
⁊c. nullus tamen est tanti gaudij nec tā ge
neralis letitie sicut messis. p̄s. Uenient. l. tē
pore messis cum exultatione portantes ma
nipulos suos. Sic natiuitas saluatoris īter
omnes festiuitates quas solennizat eccl'ia
est gaudij cōioris: quia in ea omnes creatu
re ostendunt singularem letitiā. Celum q̄dē
in v̄gine oñsa cū puero in lucido circulo so
lis. Aer quoq̄ quia tunc summā claritatem
habuit. A qua v̄o cuius fons rome in oleū
fuit cōuersus. Terra p̄ter ordinem nature ī
vnieis engaddi floruit. Animalia v̄o bruta
locuta sunt ī boue ⁊ asino. Esa. i. Cognouit
bos possessorem suū ⁊ asinus p̄sepe dñi sui
Homines etiam gauisi sunt. Luce. ij. Annū
tio vobis gaudiū magnum quia natus ē vo
bis hodie saluator. Angeli v̄o cantauerunt.
Gloria in altissimis deo ⁊c: ideo cātat eccl'ia
dicens. Letabūdus exultet fidelis chorꝰ ⁊c.
Gaudeamus ergo ⁊ nos in hac plenitudīe
messis. in qua horrea. i. sancti q̄ horreis me-
rito comparant̄ vtpote facti a deo ad hoc vt
repleant̄ fructu diuine cognitionis ⁊ gratie.
hodie letitia ⁊ gaudio impleta sunt. put d̄r
Prouerb. iij. Implebunt̄ horrea tua saturi-
tate. ideo dicit Greg. in s̄mone. Thesaurus
grāṛū ⁊ mīe aptꝰ est. fontes exuberāt pietatꝭ
Hodie ad nos missus est filiꝰ dei cū plenitu
dine gratiarū; currite currite: implete sinus

et Esa.ix. Letabunt coram te sicut qui letā-
tur in messe.et assignat causam dicēs. Par-
uulus datus est nobis ⁊ filius natus est no
bis. Dyabolus autem hoc cognoscens im-
misit in cor saul' vt nō obediret voci domini
vnde Augustinus libro.xvij.de ciuitate dei
ca. vij. dicit sic. Rursus peccauit Saul per
inobedientiam.⁊ rursus samuel ait illi in ỽ-
bo domini. Quia spreuisti verbum domini
spreuit te dominus vt non sis rex super isrl'.
Et rursus ꝓ eodem peccato. Cum id confite
retur saul et veniaʒ precaretur. Rogaretqʒ
samuelem vt reuerteret cum illo ad placan
dum deum. Non reuertar inquit tecum quia
spreuisti verbum domini:spreuit te domin⁹
vt non sis rex super israel: ⁊ conuertit facieʒ
suam samuel vt abiret: ⁊ tenuit saul' penulā
diploidis eius:⁊ dirupit eam:⁊ dixit ad euʒ
samuel. Dirupit dominus regnum ab israel
de manu tua hodie:⁊ dabit ꝓximo tuo bono
super te:⁊ diuidet israel in duo ⁊ non cōuer-
tetur neqʒ penitebit eum quoniā non ē sicut
homo vt peniteat eum:hec ille. Nullus eniʒ
de stirpe saulis erat regnaturus sed solũ illi
de stirpe dauid vnde exortus est ꝫm carnem
mediator dei et hominũ homo xp̄us iesus.
Ergo saul gerebat personam populi israel in
figura qui erat amissurus regnum: xp̄o iesu
domino nostro per nouum testamentũ non
carnaliter sed spũaliter regnaturo. De quo
cuʒ dr. Et dabit illud ꝓxīo tuo refert ad car
nis cognationem. Nam xp̄us ex israel ꝫm
carnem fuit sicut ⁊ saul. Cum vero dicit. Et
israel diuidet in duo. intelligit scilʒ in israel
inimicũ christo ⁊ israel adherentem christo
Et vt dicit beatus Augustinus libro.xvi. de
ciuitate dei.c.vltimo. Reprobato saul ⁊ bel
lica clade prostrato eiusqʒ stirpe reiecta ne
inde reges orirētur:dauid successit in regnũ
Cuius maxime christus dictus est filius: ħ
ille: De quo dixit de⁹ pater filio.p̄s.lxxxviij.
Iuraui dauid seruo meo vsqʒ in eternum
preparabo semen tuum ⁊ edificabo in gene
ratione et generationem sedem tuaʒ. Ideo
dicit lactantius libro.iiij diuinarum institu-
tionum.xiij.c. Item in basileon libro secũdo
Propheta nathan missus est ad dauid vo-
lentem deo templum edificare: ⁊ fuit ver-
bum domini ad nathan dicens. Uade ⁊ dic
seruo meo dauid: hec dicit dominus omni-
potens: non tu edificabis mihi domum ad
inhabitandum:sed cum completi fuerint di

es tui ⁊ dormieris cum patribus tuis susci-
tabo semen tuum post te ⁊ parabo regnum
eius:hic edificabit mihi domum in nomine
meo: ⁊ erigam thronum eius vsqʒ in secu-
lum ⁊ ego ero ei in patrem ⁊ ip̄e mihi in fili
um ⁊ fidem consequet domus eius vsqʒ in
seculum. Sed hec vt iudei non intelligerent
illa fuit causa ꝙ Salomon filius dauid tē-
plũ deo edificauit:⁊ ciuitatem quam de suo
nomine hierosolymā nũcupauit. Itaqʒ ad
ip̄ʒ q̄ a ꝓpheta dicta sunt rettulerunt. Salo
mon auteʒ ab ip̄o patre suo imperij regimē
accepit. Prophete vero de eo loquebantur
qui tunc nasceret postꝙ̄ dauid cum patrib⁹
suis requieuisset. Preterea salomonis impe
rium perpetuuʒ non fuit. Annis em̄ quadra
ginta regnauit.deinde ꝙ nunꝙ̄ filius dei di-
ctus sit sed filius dauid:⁊ domus quā edifi-
cauit non est fidem consecuta sicut ecclesia:
que est verum templum dei:quod non in pa
rietibus sed in corde ac fide hominũ qui cre
dunt in eum ac vocant fideles:constitutũ ē
Illud vero salomoniũ templuʒ. quia manu
factuʒ est manu cecidit. Deniqʒ pater eius
in p̄s. cxxvij. de operibus filij sui ꝓphetauit
dicens. Si dominus nō edificauerit domũ
sine causa laborāt hij qui edificant eam. Si
domin⁹ n̄ custodierit ciuitatem sine causa vi
gilant qui custodiunt illam:hec ille. Et augu
stinus libro.xvij.de ciuitate dei.c.viij.dic̄ sic.
Cum regi dauid multa ꝓspera prouenissēt
cogitauit deo facere domum templum scilicʒ
illud excellentissime diffamatum qd̄ a rege
Salomone filio eius postea fabricatum est.
Hoc eo cogitante factum est ỽbuʒ domini
ad Nathan ꝓphetaʒ quod perferret ad regē
vbi cum dixisset deus ꝙ non ab ipso dauid
sibi edificaret domus: neqʒ per tm̄ tempus
se mādasse cuiꝙ̄ in populo suo vti sibi fieret
domus cedrina. Et nunc inquit. hec dices
seruo meo dauid hec dicit dñs omnipotens
Accepi te de ouili ouium vt esses in ducem
super populum meum israel: ⁊ eram tecum
in omnibus quibus ĩgrediebaris:⁊ extermi
naui omnes ĩimicos tuos a facie tua ⁊ feci
te nominatum ꝫm nomen magnorum qui
sunt super terram: ⁊ ponaʒ locũ populo meo
israel:⁊ plantabo illum ⁊ habitabit seorsum
et non sollicitus erit vltra: ⁊ non apponet fi
lius iniquitatis humiliare eum. sicut ab ini-
tio a diebus quibus constitui iudices super
populum meum israel; ⁊ requiem dabo tibi

ab īimicis tuis. ⁊ nūciauit tibi dn̄s quoniā
edificabis domum ipsi. Et erit cum impleti
fuerint dies tui: dormies cuꝫ patribus tuis
et suscitabo semen tuum post te: qui erit de
ventre tuo et p̄parabo regnum eius: hic edi
ficabit mihi domum nomini meo: ⁊ dirigaꝫ
thronuꝫ eius vsqꝫ in eternū. et ego ero illi in
patrem ⁊ ille erit mihi in filiuꝫ. Et si venerit
iniquitas illius redarguam eum in virga vi
rorum ⁊ in tactibus filiorum hominum: mi
sericordiam autem meaꝫ non amouebo ab
eo sicut amoui a quibus amoui faciem meā
et fidelis erit domus eius ⁊ regnū ei⁹ vsqꝫ
in eternum corā me: ⁊ thronus eius erit ere
ctus vsqꝫ in eternum. Hanc tam grandem
p̄missionem qui putat in Salomone fuisse
impletam multuꝫ errat. Attendit em̄ quod
dictum est hic hereditabit mihi domum. qm̄
Salomon templuꝫ illud nobile struxit ⁊ nō
attendit: fidelis domus eius erit ⁊ regnum
eius erit vsqꝫ in eternum coram me. Atten-
dat ergo et aspiciat Salomonis domū ple-
nam mulieribus alienigenis colētibus deos
falsos et ipsum ab eis regem alioquin sapiē
tem in eandem ydolatriam seductum atqꝫ
deiectum. ⁊ non audeat existimare deum vl'
hoc promisisse mēdaciter: vel talem salomo
nem domumqꝫ eius futuram non potuisse
prescire. Non hinc autem deberemus ambi
gere: nec si nō in christo domino nostro qui
factus est ex semine dauid s̄m carnem iam
videremus ista compleri ne vane atqꝫ ina-
niter alium aliquem requiramus: sicut car-
nales iudei. Nec ob aliud viuente adhuc pa
tre suo dauid regnare Salomon cepit: quod
nulli illorum regum contigit: nisi vt hinc q̊ꝫ
satis eluceat non esse ipsum quem p̄phetia
ista signat que ad eius patrem loquitur
dicens. Et erit cum impleti fuerint dies tui
et dormies cum patribus tuis suscitabo se-
men tuum post te qui erit de ventre tuo: et
preparabo regnum illius. Quomodo ergo
propter id quod sequitur. hic edificabit mihi
domum iste Salomon putabitur propha-
nus. et non potius propter id quod p̄cedit
cum impleti fuerint dies tui et dormies cuꝫ
patribus tuis suscitabo semen tuum post te
Alius pacificus intelligitur esse p̄missus: q̄
non ante: sicut iste: sed post mortē dauid pre
nunciatus est suscitandus? Qualibet enim
longo interposito tempore iesus christ⁹ ve
nerit proculdubio post mortem regis dauid
cui sic est promissus eum venire oportebat
qui edificaret domū domino: non de lignis
et lapidibus: sed de hominibus qualē illum
edificare gaudemus. Huic eniꝫ domui dicit
apostolus hec est de fidelibus christi. tem-
plum enim sanctum est quod estis vos: hec
ille. Et libro eodem. c. xx. dicit. Post hunc re
gnauit eidem populo vniuerso. Salomō ei⁹
filius qui vt supra dictum est patre suo viuē-
te cepit regnare: qui in ecclesiastico fidē gen
tium futuram predixit isto modo. Miserere
nostri dominator deus omniū ⁊ immitte ti
morem tuum super omnes gentes. Extolle
manum tuam super gentes alienas ⁊ videāt
potentiam tuam: sicut coram illis sanctifica
tus es in nobis. ita coraꝫ illis magnificeris
in illis: ⁊ cognoscant te s̄m ꝙ nos cagnoui-
mus te: quia non est deus preter te domine
Hanc sub optandi ⁊ precandi specie p̄phe-
tiam per iesum christum videmus impletā.
hec ille. Et super p̄s. vij. dicit sic. Salomon
quippe interpretatur pacificus: aperte hoc
vocabulum illi verissime atqꝫ optime con-
gruit per quem mediatorem ex inimicis cō-
cepta remissione peccatorum reconciliamur
deo: hec ille De quo mediatore dicit sponsa
Canticoꝝ. ij. Ecce ip̄e venit saliens in mon
tibus: transiliēs colles: similis est dilect⁹ me
us capree: hinnuloqꝫ ceruorum. En ip̄e stat
post parietem inspiciens per fenestras: p̄spi
ciens p̄ cancellos. Superioribus angelis p̄
mo natiuitas christi manifestata est. q̄niaꝫ
montes in circuitu eius. Minutus paulomi
nus ab angelis. propter quod pinguescunt
speciosa deserti: ⁊ exultatiōe velut colles ac
cinguntur. Et sicut caprea et hinnulus mū-
dicia et innocentia a canibus vsqꝫ ad inter
nectionem insecutus est quē circundederūt
canes multi conciliumqꝫ malignantium ob
sedit. ¶ Hucusqꝫ signatio supplicatōis
extendit. Post multum vero temporis con
uocauit deus pater cancellarios suos scilicꝫ
prophetas suos quibus tradidit supplicati-
onem signatam vt registraret eam autētice
in curia ecclesie militantis. Primo itaqꝫ vo
cauit Esayam prophetam qui ad instan-
tiam regis Achaꝫ petentis hanc supplica-
tionem registrari: sic scripsit. Ecce virgo con
cipiet et pariet filium et vocabitur nomen
eius emanuel. Super quo dicit Lactantius
libro quarto diuinarum institutionum. xij.
caplo. Legebant ista iudei qui eum necaue-

runt. Si quis nos hec fingere arbitratur ab hijs requirat: ab hijs potissimum sumat: satis firmum testimoniū est ad probandū veritatem qd̓ ab ipsis ꝓhibetur inimicis. Emanuel autem nunq̄ vocatus est. Sed iesus q̄ latine salutaris siue saluator dicit̄: q2 cunctis gentibus salutifer venit: sed propheta declarauit hoc noīe ꝙ deus ad homīes in carne venturus esset. Emanuel autē significat nobiscum deus: scʒ ꝙ illo per virginem nato confiteri homines oportebat deum secū esse: id est in terra ⁊ in carne mortali. Unde dauid in psal. lxxxiiij. Ueritas inquit de terra orta est: quia deus in quo veritas est terrenum corpus accepit vt terrenis salutis viam aperiret. hec ille. Et Augustin⁹ lib. xviij. de ciuitate dei. ca. xxx. dicit. Jam vero de ecclesia quod sequit̄ audiam⁹. Letare inquit sterilis que non paris: erumpe ⁊ clama que non parturis, quoniā multi filij deserte magis q̄ eius que habet virum. dilata locuʒ tentorij tui: ⁊ palos caularum tuarum fige. Noli parcere: ꝓlonga funiculos tuos: ⁊ palos tuos conforta. Adhuc in dexterā ⁊ sinistrā partem extende ⁊ semen tuum hereditabit gentes ⁊ ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas quoniā confusa es: neq̄ verearis q2 exprobrata es: quoniā confusionem eternam obliuisceris: ⁊ opprobrij viduitatis tue nō eris memor: quoniā dn̄s faciens te: dn̄s sabaoth nomen eius: ⁊ qui eruit te ipse deus israel vniuerse terre vocatur ⁊c. hec ille. Secundo vocauit deus pater hieremiam q̄ temporibus Sedechie regis iuda scripsit. xxxi. ca. sic. Nouum faciet dn̄s super terram mulier circundabit virum. Et fuerunt hic duo. primum ex parte mulieris: cum dicit. Mulier circundabit virum. Naʒ alie mulieres nō circūdāt filios suos. q2 corp⁹ diuisuʒ ab alio ⁊ discontinuatū non potest illud corpus circūdare sicut circulus fractus vel diuisus violenter: sed corpus indiuisum ⁊ īmaculatum solum potest illud circundare. Nunc autem sic est ꝙ omnis alia mulier naturaliter concipiens in ipsa conceptione continuitatem perdit fractis claustris pudoris: ideo proleʒ non circundat. Sed sola beata virgo quia inuiolata concepit: ideo filiuʒ suū in vtero circundasse dicit̄: cum dicit. Hiere. Nouum faciet dominus ⁊c. Mulier circundabit viruʒ id est eadem erit mater ⁊ virgo. Aliud nouū est ex parte prolis: cum dicit virum. Nam filius dei existens in vtero solus inter omnes homines fuit vir: id est omī virtute ⁊ sapientia plenus. Tertio vocauit deus pater. Baruch qui prophetauit tempore Hieremie. iij. ca. dicens. Hic est deus noster: ⁊ non estimabitur alius aduersus euʒ. Hic adinuenit omnem viam discipline ⁊ tradidit iacob puero suo: ⁊ israel electo suo. Post hec in terris visus est ⁊ cum homībus conuersatus est. hec ille. Quarto vocauit deus pater Ezechielem prophetam. de quo Augustinus libro xviij. de ciuitate dei. cap. xxxiiij. dicit sic. Ezechiel quoq̄ more ꝓphetico per dauid xp̄m significans: quia carneʒ de dauid semine assumpsit ꝓpter quam formam serui qua factus est homo etiam seruus dei dicit̄: id est filius dei. Sic eum prophetando ꝓnunciat ex persona dei patris. Et suscitabo inquit super pecora mea pastorem vnum qui pascat ea: seruum meū dauid: et ipse pascet ea: ⁊ ipse erit his in pastorem. Ego autem dn̄s ero eis: ⁊ in deum ⁊ seruus meus dauid princeps in medio eoꝝ. Ego dominus locutus sum. Et alio loco. Et rex inquit vnus erit omībus imperans: ⁊ non erunt vltra due gentes nec diuident̄ in duo regna: neq̄ polluentur vltra in ydolis suis: ⁊ aboīationibus suis: ⁊ in cūctis iniquitatibus suis: ⁊ saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt: ⁊ mundabo eos: ⁊ erunt mihi populus ⁊ ego ero eis deus. ⁊ seru⁹ meus dauid rex super eos ⁊ pastor vnus erit omniū. hec ille.

Quinto vocauit deus pater Danielem ꝓphetam. de quo Lactātius vbi supra xij. ca. dicit sic Daniel quoq̄ similia prelocut⁹ est. Uidebam inquit in visu noctis: ⁊ ecce in nubibus celi vt filius hominis veniens ⁊ vsq̄ ad vetustum dierum peruenit. ⁊ qui assistebant obtulerunt eum ⁊ datum est ei regnuʒ ⁊ honor ⁊ imperiū. ⁊ omīs populus tribus ⁊ lingue seruient ei: ⁊ potestas eius eterna que nunq̄ transibit: ⁊ regnū eius quod non corrumpetur. Quomodo ergo iudei ⁊ confitentur ⁊ sperant xp̄m: qui hunc idcirco reprobauerunt q2 ex homīe natus est. Nam cum ita sit a deo constitutum vt idem xp̄s bis veniat in terram: semel vt vnū deum gentibus nunciet: deinde rursus vt regnet. Quomodo in secundū eius aduentū credunt q̄ in p̄muʒ non crediderūt. At qui ꝓpheta vtrosq̄ aduentus eius paucis verbis cōprehendit dicēs: Ecce inquit in nubibus celi: vt filius ho

minis veniens. non dixit vt filius dei: sed vt
filius hoīs vt ostenderet ꝙ carne indui ha-
beret in terra vt suscepta hoīs figura ⁊ con-
ditione mortali doceret homines iusticiam
⁊ cum mandatis dei functus: veritatez gen-
tibus reuelasset: mulctaret̄ in morte vt infe-
ros etiā vinceret ac resignaret: atqꝫ ita demū
resurgens ad patrem proficisceret̄ in nube
sublatus: adiecit enim propheta ⁊ ait: ⁊ vsqꝫ
ad antiquum dierum peruenit: ⁊ oblatus est
ei. Antiquū dierum appellauit summū deuz
cuius etas ⁊ origo non potest cōprehendi
quia solus a seculis fuit ⁊ erit semper in se-
cula. xp̄us autem post passionem ⁊ resurre-
ctionem ascensurus in celum ad deum pa-
trem a Dauid in Psal. cviij. contestatus est
hijs versibus. Dixit dn̄s domino meo sede
ad dexteram meam: quo adusqꝫ ponam ini
micos tuos subpedaneum pedum tuorum
Qui propheta cum rex esset quem appella-
re dn̄m suum posset qui sederet ad dexteraz
dei: nisi christum filium dei qui est rex reguz
⁊ dominus dn̄antium. Deniqꝫ ob virtutem
⁊ fidem quam deo exhibuit in terra: datum
est ei regnum ⁊ honor ⁊ imperium: ⁊ omēs
populi tribus terre ⁊ lingue seruient ei: ⁊ po
testas eius eterna que nunꝗ transibit: ⁊ re
gnum eius non corrumpetur. Quod quidē
duobus modis intelligitur: quia ⁊ nunc ha-
bet perpetuam potestatem cum omnes gē-
tes ⁊ omnes lingue nomen eius venerant̄:
maiestatem confitentur: doctrinam sequun
tur: virtutem imitantur: habet imperium: ha
bet honorem: cum omēs tribus ⁊ lingue ter
re preceptis eius obtēperant. hec ille. Sex
to vocauit Osee prophetam. de quo Augu
stinus libro. xviij. de ciuitate dei. capi. xxviij.
dicit sic. Osee ergo propheta quanto ꝓfun-
dius loquitur: tanto operiosius penetratur:
sed aliquid inde sumendum ⁊ hic ex nostra
promissione ponendum. Et erit inquit in lo
co quo dictum est eis. Non populus meus
vos: vocabuntur ⁊ ipsi filij dei viui. Hoc te-
stimoniū propheticum de vocatione popu-
li gentium qui prius non pertinebat ad deū:
etiam apostoli intellexerunt. Et q2 ipse, quo
qꝫ populus gentium spiritualiter est in filijs
abrahe ac ꝑ hoc recte dicit̄ israel: ꝓpterea se
quitur ⁊ dicit. Et congregabuntur filij iuda
⁊ filij israel in idipsum: ⁊ ponent sibi princi-
patum vnum: ⁊ ascendent a terra. Hoc si ad
huc velimus exponere eloquij ꝓphetici ob-
tundetur sapor. Recolatur tamen lapis ille
angularis: ⁊ duo illi parietes vnus ex iudeis
alter ex gentibus. Ille nomine filiorū israel
eidem vni principatui suo in idipsum innitē
tes ⁊ ascendentes cognoscantur in terra.
Istos autem carnaliter israelitas qui nunc
nolunt credere in christum postea creditu-
ros: id est filios eorum. Nam vtiqꝫ isti in suū
locum moriendo transibunt. Idem prophe-
ta testatur dicēs. Quoniā diebus multis se-
debunt filij israel sine principe: sine sacrificio
sine altari: sine sacerdotio: sine manifestatio
nibus. Quis non videat nūc sic esse iudeos
sed quid adiungat audiamus. Et postea in-
quit filij israel reuertentur ⁊ inquirent domi
num deum suū ⁊ dauid regem suum: ⁊ stu-
pescent in domino ⁊ in bonis ipsius in no-
uissimis diebus. Nihil est ista ꝓphetia manifestius: qua dauid regis nomine significa
tus intelligitur xp̄us: quia factus est sicut di
cit apostolus ex semine dauid ſm carnem.
hec ille. Septimo vocauit deus pater Iohe
lem prophetam qui scripsit secūdo caplo li-
bri sui sic. Noli timere terra: exulta ⁊ letare:
quoniā magnificauit dn̄s vt faceret. Nolite
timere aīalia regionis quia germinabūt spe
ciosa deserti quia lignum attulit fructuz suū
filij syon exultate ⁊ letamini in domino deo
vestro: quia dedit vobis doctorem iusticie ⁊
descendere faciet ad vos ymbrem matuti-
num ⁊ serotinuz sicut in principio. Et in die
illa stillabunt montes dulcedinem: ⁊ colles
fluent lacte ⁊ melle. hec ille. Octauo voca-
uit deus pater Amos ꝓphetā. de quo Au-
gustinus libro. xviij. de ciuitate dei ca. xxviij.
dicit sic. Amos quoqꝫ de rebus talibus sic ꝓ
phetat. Prepara inquit te vt inuoces dn̄m
deū tuuz israel: q2 ecce ego firmans tonitruū
⁊ creans spm̄: ⁊ annuncians in hominibus
xp̄m suum. hec ille. Nono vocauit deus pa
ter Abdiam ꝓphetam. de quo dicit Augu-
stinus eodem libro. ca. xxxij. sic. Abdias ꝙ-
tum ad scripturam eius attinet oīum breuis
simus ꝓphetarum aduersus ydumeam lo-
quit̄ gentez: scꝫ esau ex duobus geminis ysa
ac filijs nepotibus abrahe maioris illius re
probati. Porro si ydumeam: modo locutio-
nis quo intelligitur a parte totuz: accipiam⁹
positam esse pro gentibus: possumus de xp̄o
agnoscere quod ait inter cetera. In monte
autem syon erit salus: ⁊ erit sanctū. ⁊ paulo
post in fine ipsius ꝓphetie. Et ascendēt inq̄t

resaluati ex monte syon vt defendant mõ-
tem esau. Et erit dño regnum. Apparet q̃p-
pe id esse completum cum resaluati ex mon-
te syon: id est ex iudea credẽtes in xp̃m qui
precipue agnoscuntur apostoli ascenderũt
vt defenderent montem esau. Quomodo de
fenderunt nisi per euangelij predicationem
saluos faciendo eos qui crediderũt: vt erue-
rentur de potestate tenebrarũ ⁊ transferrent
in regnum dei q̃d consequẽter expressit ad-
dendo. Et erit dño regnũ. Mons em̃ syon
iudeam signat: vbi futura predicta est salus
⁊ sanctum quod est xp̃s iesus. Mons vero
esau ydumea est per quam significata est ec
lesia gentium quã defenderunt sicut exposui
resaluati de monte syon vt esset dño regnũ.
Hoc obscurum erat anteq̃ꝫ fieret: sed factuz
quis fidelis non agnoscat. hec ille. Decimo
vocauit Jonam ꝓphetam qui p̃mo caplo
libri sui dicit sic. Tollite me ⁊ mittite in mare
⁊ cessabit mare a vobis. Scio em̃ q̃ ꝓpter
me tempestas grandis hec est super vos.
Per mare intelligitur mundus. Juxta illud
Psal. Hoc mare magnuz est spaciosum ma
nibus. In amaritudines hui⁹ seculi missus
est filius dei qui est sapientia patris. qꝛ ho-
mo ex appetitu scientie peccauit. Jdeo tem
pestas vniuersalis dãnationis humane na
ture propter filium dei acciderat. Undeci-
mo vocauit deus pater Micheam prophe-
tam de quo Augustinus eodem libro. capi.
xxx. dicit sic. Micheas ꝓpheta xp̃m in figu
ra ponens magni cuiusdam montis hec lo-
quitur. Erit in nouissimis dieb⁹ manifestus
mons domus domini in vertice montium
preparatus ⁊ exaltabitur super colles: ⁊ fe-
stinabunt ad eũ plebes: ⁊ ibunt gentes mul
te: ⁊ dicent. Uenite ascendamus in montez
domini: ⁊ in domuz dei iacob: ⁊ ostendet no
bis viam suam: ⁊ ibimus in semitis eius.
Quia ex syon procedit lex ⁊ verbum domi
ni de hierusalẽ: ⁊ iudicabit inter plebes mul
tas ⁊ redarguet gẽtes potentes vsq̃ꝫ in lon
ginquũ. Predicens etiam iste ꝓpheta locũ
in quo natus est xp̃us. Et tu inquit bethleẽ
domus effrata nequaq̃ minima es vt sis in
milibus iuda. Ex te mihi ꝓdiet dux vt sit in
principem israel ⁊ egressus eius ab initio: ⁊
ex diebus antiquis. Propterea dabit eos
vsq̃ꝫ ad tempus quo parturiens pariet: ⁊ re-
sidui fratres eius cõuertent ad filios israel:
⁊ stabit ⁊ videbit ⁊ pascet gregem suũ in vir

tute dñi: ⁊ in honore nominis dei sui erunt:
quoniã nunc magnificabitur vsq̃ꝫ ad sum-
mũ terre. hec ille. Duodecimo vocauit deus
pater Naum prophetam. de quo Augusti-
nus eodem libro. xxxi. ca. dicit sic. Naum ve
ro propheta: imo per illum deus. Extermina
bo inquit sculptilia ⁊ cõflatilia ponam sepul
turã tuã: qꝛ ecce veloces sup montes pedes
euãgelizãtis ⁊ ãnũciantis pacẽ. Celebra iuda
dies festos tuos. redde vota tua: qꝛ iam nõ
adijcient vltra vt transeant in vetustatem.
Consummatum est: consumptum est: abla-
tum est: ascendit qui insufflat in faciem tuaz
eripiens te ex tribulatione. Quis ascenderit
ab inferis ⁊ insufflauerit in faciẽ iude: hoc ẽ
iudeoꝝ discipuloꝝ: spm̃ sanctuz recolit: q̃ me
minit euangelium ad nouũ em̃ testamentuz
pertinent quorum dies festi ita spũaliter in
nouant: vt in vetustatem transire non pos-
sint. Porro per euangeliũ exterminata scul-
ptilia ⁊ conflatilia: id est ydola deoruz falso
rum: ⁊ obliuioni tanq̃ sepulture tradita iaz
videmus: ac etiam in hac re prophetiam im
pletam esse cognoscimus. hec ille. Decimo
tertio vocauit deus pater Abacuch prophe
tam. de quo dicit Hieronim⁹ in prologo A-
bacuch sic. Hic in fine prenunciat aduentuz
domini saluatoris. Nam de quo alio q̃ de
xp̃i aduentu qui futurus fuerat intelligit
dicere. Et respondit dominus ad me ⁊ dixit
mihi. Scribe visum in buxo aperte vt asse-
quatur qui legit eum: qꝛ adhuc visus est ad
tempus: ⁊ orietur in fine ⁊ non in vacuum.
Si tardauerit sustine eum. qꝛ veniens veni
et ⁊ non morabitur. hec ille. Et Augustinus
libro xviij. de ciuitate dei. capi. xxxij. dicit sic.
Abacuch de quo alio q̃ de xp̃i aduentu qui
futurus fuerat intelligit dicere. Et respondit
dñs: ⁊ dixit ad me. Scribe visum aperte in
buxo: vt assequat qui legit eum. quia adhuc
visio ad tempus: ⁊ orietur in fine ⁊ nõ in va
cuum. Si tardauerit sustine euz: qꝛ veniens
veniet ⁊ non morabitur. Jsta verba ponunt
Abacuch. ij. in principio. Quartodecimo
vocauit Sophoniam ꝓphetaz q̃ primo ca.
sui libri dicit sic. Silete a facie dñi dei: qꝛ est
iuxta dies dñi. Quia preparauit dñs hosti-
am: sanctificauit vocatos suos. Et capi. iij.
Dñs iustus in medio eius nõ faciet iniq̃tatẽ
Mane mane iudiciũ suũ dabit in luce ⁊c. h
ille. Et Augustinus, libro. xviij. de ciuitate
dei. ca. xxxiij. dicit sic. Sophonie aũt ꝓphete

q̄ cū Heremia prophetabat etiam hec predi
cta de xp̄o interim ponaz. Horribilis inquit
dñs super eos: τ exterminabit super omēs
deos terre: τ adorabit eū vir de loco suo oēs
insule gentium. Et paulopost. Tunc inquit
transuertam in populos linguam τ proge-
nies eius vt innocent oēs nomen dñi: τ ser-
uiant ei sub iugo vno: a finib⁹ fluminū ethio
pie afferent hostias mihi. In illo die non cō
funderis ex omnibus adinuentionibus tuis:
quas impie egisti in me. quia tunc auferam
abs te prauitates iniurie tue: τ iam nō adij
cies vt magnificeris super montem sanctuz
meum. Et subdit. Relinquā in te populum
mansuetum τ humilem τ verebuntur a no-
mine dñi q̄ reliqui fuerint in israel. He sunt
reliquie de quibus alibi ꝓphetatur: quod a-
postolus etiam cōmemorat. Si fuerit nume
rus filiorū israel sicut arena maris reliquie
salue fient. He quippe in xp̄m illius gentis
reliquie crediderunt. hec ille. Quintodeci
mo vocauit Aggeum prophetam. de quo di
cit Augustinus eodem libro. capi. xxxv. Ag
geus xp̄m τ ecclesiam hac apertius breuita
te prophetat. Hec dicit domin⁹ exercituum
adhuc vnum modicum est: τ ego cōmouebo
celum τ terram mare τ aridam τ omnes gē
tes mouebo τ veniet desideratus cunctis gē
tibus. Hec prophetia partim completa iam
cernitur: partim speratur in fine complenda
mouit enim celum angelorum τ syderum te
stimonio quando incarnatus est xp̄us. mo-
uit terram ingenti miraculo de ipso virginis
partu. Mouit mare τ aridam: cum τ insulis
τ in toto orbe xp̄us annunciatur. ita moue-
ri omnes gentes videmus ad fidem. iam ve
ro quod sequit̄. Et veniet desideratus cun-
ctis gentibus. de nouissimo eius expectatur
aduentu. Ut enī esset desideratus expectan
tibus: prius oportuit eum dilectū esse credē-
tibus. hec ille. Sextodecimo vocauit deus
Zachariam ꝓphetam. de quo Lactātius lib.
iiij. diuinarū institutionū. xiiij. capi. dicit sic.
Quis autem futurus esset cui deus eternum
sacerdotium pollicebat̄ zacharias etiam no
mine posito apertissime docuit. Sic enī dixit
Et ostendit mihi dñs deus iesum sacerdo-
tem magnum stantem ante faciem angeli
dñi: τ dyabolus stabat ad dexterā ipsius vt
aduersaret̄ ei. Et dixit dñs ad dyabolū. Im
peret tibi dñs in te q̄ elegit hierl'm τ ecce ty
tio eiectus ab igne τ iesus erat indut⁹ vesti-
mentis sordidis: τ stabat ante faciē angeli.
Et respondit τ dixit ad circūstantes ante fa
ciē ipsius dicēs. Auferte vestimēta sordida
ab eo: τ induite eū tunica thalari τ imponite
cydarim mundā sup caput eius. Et angel⁹
dñi stabat τ testificabat̄ ad iesum dicēs. hec
dicit dñs omnipotēs. Si in vijs meis ambu-
laueris τ p̄cepta mea seruaueris tu iudicab̄
domū meā τ dabo tibi q̄ ꝯuersant̄ in medio
horꝫ circūstantiuz. Audi itaq̄ꝫ iesu sacerdos
magne. Quis nō ergo captos mētibus tum
fuisse iudeos arbitretur q̄ cuz hec legerent τ
audirēt nephādas manus deo suo intulerūt
Atq̄ ab eo tp̄e q̄ zacharias fuit vsq̄ꝫ ad ānū
q̄ntūdecimū Tiberij cesaris q̄ iesus crucifix⁹
est ꝓpe q̄ngēti āni numerāt̄. Siq̄dē darij τ a
lexādri adoleuit etate: q̄ fuerūt nō m̄lto post
q̄ꝫ tarq̄ni⁹ sup̄b⁹ exact⁹ est. Sꝫ illi rursus eo
dē mō falsi deceptiq̄ꝫ sunt putātes h̄ de iesu fi
lio naue eē dcā q̄ successor moysi fuit: aut de
sacerdote iesu filio iosedech ī q̄s nihil ꝯgruit
eorꝫ q̄ ꝓpha narrauit. Nō enī sordidati illi vn
q̄ꝫ fuerūt. Cuz alter eorꝫ p̄nceps potētissim⁹
fuerit alt̄ sacerdos. aut ꝑpessi sūt aliq̄d adūsi
vt tāq̄ꝫ titio eiect⁹ ex igne putaret̄: aut aliq̄n
in ꝯspectu dei τ āgelorꝫ steterūt: aut ꝓpha de
p̄teritꝭ loq̄bat̄ poti⁹ q̄ꝫ de futuris. Locut⁹ ē ꝫ
de iesu filio dei vt oñderet eū. p̄mo in hūilita
te τ carne vēturū. hec ē enī vestis sordida vt
pararet tēplū dñi. Et sicut titio igni cōburit̄
ita ab hoībus cruciamenta perferret τ ad
vltimū extingueret̄. Titionē enī vulgus ap-
pellat extractum foco torrem semiustū extin
ctum. Quomodo aūt τ cuz quibus manda-
tis a deo mitteretur in terraz. declarauit spi
ritus dei p̄ ꝓphetam dicens futurū: vt cū volū
tatem summi patris fideliter τ cōstāter im-
plesset: accipet iudiciū atq̄ꝫ impiū sempiter
num. Si in vijs meis: inq̄t: ambulaueris τc̄.
Propterea q꞉ taz fidelis extitit q꞉ sibi nihil
ꝓsus assumpsit vt mādata mittentis iple-
ret τ sacerdotis ꝑpetui dignitatē: τ regꝭ sūmi
honorē: τ iudicis ꝑtātem τ dei nomē accepit
hec ille. Et Augꝭ. lib. xviij. de ciui. dei. ca. xxxv.
dicit sic. Zacharias de xp̄o τ eccl'ia. Exulta
inquit valde filia syon: iubila filia hierusalē.
ecce rex tuus venit tibi iustus τ saluator. Ip
se pauper τ ascendens super asinum τ super
pullū filiū asine. τ ptās eius a mari vsq̄ꝫ ad
mare: τ a fluminib⁹ vsq̄ꝫ ad fines terre. Hoc
q̄n factum sit vt dñs xp̄us in itinere iumēto
huius gn̄is vteret̄. in euangelio legit̄ vbi h̄

ꝓphetia commemorat̄ ex parte: quantum illi loco sufficit. ¶ Decimoseptimo deus pater vocauit malachiam. de quo augustinus vbi supra dicit sic. Malachias prophetans eccl'iaꝫ quā per xp̄m iā cernimus ꝓpagataꝫ iudeis apertissime dicit ex persona dei. Non est mihi volūtas in vobis ⁊ munus nō suscipiam de manu vestra. Ab ortu em̄ solis vſqꝫ ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: ⁊ in omni loco sacrificabit̄ ⁊ offeretur nomini meo oblatio munda: quia magnum nomen meum in gentibus dicit dñs. Hoc sacrificium per sacerdotium christi ſm ordinem melchisedech cum in omni loco a solis ortu vſqꝫ ad occasum deo iam videamus offerri. Sacrificium autem iudeorum quibus dictum est non est mihi voluntas in vobis: nec accipiam munus de manibꝰ vr̄is. cessasse negare non possint. Quid adhuc expectant alium xp̄m: cum hoc quod ꝓphetatum legunt ⁊ impletum vident: impleri non potuit: nisi per ip̄m: hec ille. ¶ Decimooctauo vocauit esdram qui in eo xp̄m ꝓphetasse intelligendus est vt Augustinus eodē libro xxviij. c. dicit sic. ꝙ inter quosdā iuuenes orta questione quid amplius valeret in rebus cum regem vnus dixisset: alter vinum: alter mulieres que plerūqꝫ regibus imperarent. idem tamen tertius veritatem super omnia demonstrauit esse victricem. Consulto autē euangelio xp̄m esse cognoscimus veritateꝫ hec ille. ¶ Decimonono vocauit mardocheum qui in hoc ꝓphetauit xp̄m venturum in carne: vt dicit̄ Hester. viij. Mardocheus de palatio in conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regijs hiacinthinis videlicet. et aerinis coronam auream portans in capite amictus pallio serico ac purpureo omnisqꝫ ciuitas exultauit atqꝫ letata est. Judeis aūt noua lux oriri visa est. Ecce ꝙ expresse mardocheꝰ ꝓphetat de xp̄o hodie nato quo ad omnia que hic cōtinentur. ¶ Vigesimo vocauit Job qui ꝓphetans de christo. xxxi. ca. dicit sic. Vidi solem cum fulgeret et lunam incedentem clare ⁊ letatum est cor meuꝫ in abscondito. Per soleꝫ intelligitur diuinitas christi. per lunam intelligit̄ humanitas eius que fuit clara sine contagione alicuius peccati. ideo letatuꝫ est cor eius quia hodie vniuersus mundus exultat. sed in abscōdito q̄a est letitia sp̄ualis ⁊ mentalis. Dyabolꝰ autē cognoscens quomodo cancellarij dei patris qui sunt viginti numero iam registrauerāt supplicationem sanctorum patruꝫ cepit amplius inseuire in humanum genus: sicut augustinus lib. cur quando ⁊ quomodo deus homo: vij. c. dicit. Dyabolus nāqꝫ qui nūmū deceptionis accōmodauerat hominibus: cū maximis ⁊ intolerabilibus vsuris illum instanter exigebat et tamdiu hoc facere cōsueuerat ꝙ iam iure hereditario se omnem carnem possidere putabat. Unde beatus Job dicit. Absorbet fluuium et non mirabitur et habet fiduciam ꝙ influat iordanis in os eiꝰ hinc aperte insinuans ꝙ hostis antiquus omnes ante saluatoris aduentum. ita suos esse arbitrabatur ꝙ ei paruꝫ de illis erat. sed etiam confidebat se obtinere posse omnes ī christum credituros. i. baptizandos quos ꝑ iordanem intelligimus. in quo fuerūt sacrate baptizati primitie. Scimus equidem ꝙ dominus sex diebus operatus est ⁊ in septimo requieuit. Similiter quoqꝫ mundū istū per sex etates distinxit quem non amplius fluctuare presciuit vt in etate septima om̄ia cessarent et a suis actibus quiescerent. Hoc vtiqꝫ dyabolus sciens cum iam per quinqꝫ etates valde effrenate super homines dominium suum exercuisset: tunc tanto effrenatius se ad debellandum homines preparabat quanto intelligebat non nisi sextam etatem sibi superesse: hec ille. Ideo lactantius libro quarto diuinarum institutionum. xli. c. dicit sic. Cum sepe iudei preceptis salutaribꝰ repugnarent atqꝫ a diuina lege desisterēt aberrantes ad impios cultus deorum cum deus iustos et electos viros sancto spiritu implebat. prophetas in media plebe constituens: per quos peccata ingrati populi verbis minacibus increparet ⁊ nihilominus hortarentur ad penitentiam sceleris agendam quam nisi egissent atqꝫ abiectis vanitatibꝰ ad deum suum redijssent fore vt testamentum suum mutaret. id est hereditatem vite immortalis ad exteras conuerteret nationes. Aliumqꝫ sibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. Illi autem a prophetis increpati non modo verba eorum respuerunt. sed ꝙ sibi peccata exprobrarētur offensi eos ip̄os exquisitꝭ cruciatibus necauerunt que omnia diuine littere signata conseruant. Dicit enim propheta Hieremias. Misi ad vos seruos meos prophetas ante lucem mittebam: et non audiebatis

me: neqꝫ intendebatis me auribus vestris cum dicerem vobis. Conuertatur vnusquisqꝫ a via sua mala ⁊ a nequissimis affectionibus vestris ⁊ habitabitis in terra ista quam dedi vobi ⁊ patribus vestris a seculo ⁊ vsqꝫ in seculũ Esdras etiam ꝓpheta qui fuit cyri tẽporibus a quo iudei sunt restituti: sic loquitur Desciuerunt a te ⁊ abiecerũt legem tuã post corpus suum ⁊ prophetas tuos interfecerũt qui obtestabantur eos vt reuerterentur ad te. propter has illorum impietates abdicauit eos in perpetuum. itaqꝫ desijt ꝓphetas mittere ad eos. hec ille. ¶ Et licet multi supplicarent deo patri vt apponeret sigillũ curie celestis supplicationi iam registrate tamen istud fuit dilatum per multa tempora impediente demone sicut beatus Augusti. lib. xviij. de ciuitate dei. ca. xlv. dicit sic. Postea ꝙ gens iudea cepit non habere prophetas ꝓculdubio deterior facta est: scꝫ eo tẽpore quo se sperabat instaurato tẽplo post captiuitatem que fuit in babylonia futurã esse meliorem Sic quippe intelligebat populus ille carnalis quod ꝓnunciatũ est ꝑ Aggeũ ꝓphetã dicẽtem. Magna erit gl'ia dom⁹ isti⁹ nouissime plusꝙ prime. qđ de nouo testamẽto dictum esse paulo superius demonstrauit vbi ait aperte xp̄m ꝓmittens: ⁊ veniet desideratus cunctis gentibus. hec ille. Cum aũt venit plenitudo temporis significata ꝓphetico spũ ꝑ os patriarche Jacob. Geñ. xlviij. vbi ait. Non deficiet princeps ex iuda: neqꝫ dux de femoribus eius donec veniat cui repositum est ⁊ ipse erit expectatio gentium. Missus est gabriel angelus ad mariam virginem que supplicabat deo patri ꝓ sigillo imponendo supplicationi dicens. Quomodo fiet istud qm̃ virũ non cognosco? Ministrauit cerã virgineã scꝫ carnem mundissimam: tunc spũssanctus dei patris thesaurarius ⁊ sigillator sacrarius sigillũ dei patris cere virginee impressit: q2 dei filium qui est verbum ⁊ ymago dei patris carni inseruit: q2 xp̄us fuit conceptus de spũ sancto ex maria virgine ꝑut angelus dicit. Luce. ij. Spũssanctus superueniet in te ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi ⁊c̃. In sigillo est scriptura siue verbũ ⁊ ymago ⁊ xp̄s est dei patris verbũ ⁊ ymago adunata carni humane. Et istud fuit factum iam sunt nouem menses ⁊ per totum istud tempus nouem mensium supplicatio sigillata stetit arrestata in virginis sacratissimo vtero. iõ Lactãtius. iiij. lib. xij. ca. diuinarũ institutionum dicit sic. Descendens itaqꝫ de celo sanctus ille spũs dei sanctam virginem cuius vtero se insinuaret elegit. At illa dum spũ hausto repleta concepit ⁊ sine vllo attactu viri repente vterus virginalis intumuit Quod si animalia quedam vento ⁊ aura concipere solere omnibus notum est: cur quisꝙ mirum putet: cum spũ dei. cui facile est quicquid velit grauatam esse virginem dicimus? Quod sane incredibile posset videri nisi hoc futurum ante multa secula ꝓphete cecinissent. Salomon ita dicit. Infirmatus est vterus virginis ⁊ accepit fetum ⁊ grauata est ⁊ facta est in multa miseratione mater virgo. hec Lactantius. Et vt Augustiuus lib. xviij. de ciuitate dei. ca. xlvi. dicit. Regnante herode in iudea apud romanos autem iam mutato reipublice statu imperante Cesare augusto ⁊ per eum orbe pacato: natus est christus in bethleem iude: homo manifestus ex homine virgine: deus occultus ex deo patre. hec ille. Et libro de symbolo tractatu q̃rto dicit. Quis non expauescat cum audiat deum natum. Audis nascentem vide in ipso suo ortu mirabilia facientem: aluus tumescit virginis: claustra permanẽt pudoris: impletur vterus matris sine vllo complexu patris: sentit prolem que se ignorauerat coniugem: angelus ad virginem loquitur: a virgine cor preparatur: christus fide concipitur: miraris hec? Adhuc mirare. Parit mater: ẽ virgo sancta ⁊ intacta nascitur filius sine homine patre: qui fecit ⁊ ipsam matrem. factor omniũ fit inter omnia: portatur manibus matris rector totius orbis. Lambit vbera gerens sidera. Tacet ⁊ verbum est: necdum per linguam se demonstrat quis esset: ⁊ vniuersa creatura suum natum indicat creatorẽ Angeli pastoribus annunciant: stella magos inuitat: rusticitas pastorum admonitionem exigit angelorum: curiositas magorũ instructa est lingua celorũ. hec ille. Ista enĩ fuerunt indicia q̄bus beata virgo supplicationem signatã registratam sigillatam omnib⁹ hodierna die patenter demõstrauit: q̄a puerum iesum verum deum ⁊ verum hominem toti mundo presentauit. Congregatis itaqꝫ vniuersis creaturis scꝫ angelis hominibus pastoribus magis: iustis coram eis iohannes euangelista Cancellarius noui testamẽti cui reuelata sunt secreta celestia pu-

blice alte magna voce reuerenter sic legit. Verbum caro factum est ⁊ habitauit in nobis. vt dicunt verba proposita in principio sermonis. Et suspiciens in celum. Cum omnes intenderent in eum vt audirent quidnã vidisset dixit. Illud quod ponitur. Apocal. xix.ca. Et vidi celum apertum ⁊ ecce equus albus ⁊ qui sedebat super eum vocabatur fidelis ⁊ verax: ⁊ cum iusticia iudicat ⁊ pugnat oculi autem eius sicut flamma ignis: ⁊ in capite eius dyademata multa: habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse Et vestitus erat veste aspersa sanguine: ⁊ vocabatur nomen eius verbum dei. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in eq̃s albis vestiti bissino albo ⁊ mundo: ⁊ de ore ipsius procedit gladius ex vtraq̃ parte acutus vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea: ⁊ ipse calcat torcular vini furoris ire dei omnipotẽtis: ⁊ habet in vestimento ⁊ in femore suo scriptum rex regũ ⁊ dominus dominantiũ. hec ibi. Celum eñ fuerat clausum ab Adam vsq̃ ad passionẽ christi: nunc autem est apertum prout patet ex supplicatione iam lecta. Et ecce equus albus. id est humanitas christi alba ⁊ munda sine macula. Et qui sedebat super eum erat deus ⁊ vocabatur fidelis in preteritis promissis per prophetas: ⁊ verax in futuris que euenient. Oculi autem christi quibus respicit ecclesiam sunt dona spiritussancti inflammantia corda hominum. ⁊ habet multa dyademata. id est victorias quibus superauit dyabolum: ⁊ vocatur deus ⁊ homo. id est iesus qui interpretatur saluator: quia saluum faciet populum suũ a peccatis eorum. Mathei. i. ca. Vestitus carne humana que tempore passionis fuit tota aspersa sanguine. Esa. lxiij. ca. Quare rubrum est indumentũ tuum? Et vocatur verbum dei: quia in principio erat verbum. ⁊ ordines sanctorum sequuntur eum in vestibus albis. id est cũ stola innocentie ⁊ eos qui nolunt credere in eũ feriet sententia diffinitiua que est gladius feriens animam ⁊ corpus: quando dicet. Ite maledicti in ignem eternum. hoc autem iudicium conuenit ei: quia superauit torcular mortis ⁊ habet in vestimento suo. id est in patriarchis ⁊ in femore suo. id est in humanitate propria vt sit rex regum ⁊ dominus dominantium. Tunc surrexit Lucas euangelista ⁊ animauit omnes creaturas dicens ¶ Respicite ⁊ leuate capita vestra quoniam appropinquauit redẽptio vestra. Luce. xxi. Multi autẽ attendentes ad supplicationẽ sigillatam ⁊ non intelligentes sciscitabãtur a matheo euangelista quid hoc esset. At ille respondens dixit. Liber generationis iesu christi filij dauid: filij abraham ⁊c. Math. i. Illi autem intuebantur faciem christi: sicut faciẽ angeli stantis inter illos. ⁊ videns eos admirantes. Marcus euãgelista dixit. Initium euangelij iesu christi filij dei scriptũ est in Esaia propheta. Ecce ego mitto angelũ meum ante faciem meam. de quo angelo dicit Malachias propheta. vltimo ca. Statiꝫ veniet ad templum suum dominator quem vos q̃ritis: ⁊ angelus testamẽti quẽ vos vultis. Et subito angelus apparuit pastoribus dicens. Hoc est vobis signum natiuitatis iesu christi. Cumq̃ illi interrogassent quod signum. ¶ Respondit angelus. In sole luna ⁊ stellis: ⁊ in terris sicut predixit Lucas euangelista. Primo in dei filio nascente tanquã in sole: quia vobis timentibus nomen meũ orietur sol iusticie. Malach. iiij. Secundo in eius matre pariente tanq̃ in luna: quia est quasi aurora consurgens pulchra vt luna. Canticorũ. vi. ca. Tertio in angelis eum ãnũciantibus tanq̃ in stellis quia stelle manentes in ordine suo. Iudic. v. capi. Quarto in hoĩb⁹ eũ recipientib⁹ tanq̃ in terris. q2 terra es ⁊ in terrã ibis. Genes. iij. ¶ Primum signum apparuit hodie in sole. Quid per solem intelligitur nisi dei filius qui singulariter in celis: id est in angelis lucet. In terris radios emittit quia in iustis ⁊ peccatoribus fulget: licet autem sol sit splendore lucidissimus ⁊ vix attingibilis: quantitate maximus ⁊ intractabilis: tamen in speculo videt̃ clarissime ⁊ portatur facillime. Sic licet dei filius ẽm se sit candor lucis eterne. vt habet̃ Sapien. vij. Et lucẽ habitet inaccessibilem. vt dicit̃. i. Thymo. vi. Et licet sit ita magn⁹ vt magnitudinis eius non sit finis. vt dicit̃ in Psal. Tamen in speculo nostre carnis assumpte hodie clarissime videtur ⁊ attingit̃. Joh. i. cap. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre. ⁊ a puella facillime portatur. quia quem celi capere non poterãt tuo gremio contulisti. ¶ Recte ergo assimilatur soli. In sole autem sunt duo. Primũ est quia nunq̃ retrocedit. Secundum est q2 nõ recipit lumen ab aliquo sidere; sed eis influit

lucem. Et si oppositum istorum inueniretur esset nimis mirabile. Sed hodie fuerunt opposita istorum in nostro sole. Primo sol hodie retrocessit: quia filius dei qui erat angelis ⁊ hominibus superior: hodie est paulominus ab angelis minoratꝰ. Exinaniuit em̄ semetipsuꝫ formā serui accipiens: habitu inuentus vt homo. Phil. ij. Ecce quantum retrocessit vt dominus sit factus seruus: vt magnus sit paruus factus: vt antiquus sit factꝰ nouus: quia paruulus datus est nobis. in cuius figuraꝫ dicit̄. Esa. xxxviij. Q2 sol retrocessit in horologio achaz per decem lineas: in signum curationis Ezechie regis. Nam per horologium designatur totū vniuersum creaturarum contentiuū. Sol retrocessit ad decimam lineaꝫ: quia ad humanam naturam peruenit dei filius assumendam: que est decima in ordine creaturarum intelligibilium computatis nouem ordinibus angelorum. Hec retrocessio: id est filij dei in humanitate apparitio facta est vt homo qui est rex ⁊ dominus suoꝝ actuum sanaretur ab infirmitatibus originalis ⁊ actualis culpe. Secundo sol hodie radium retraxit: imo a stella lumē recepit: quia dei filius hodie natus non diffudit: sed a stella lumen recepit: q2 a beata virgine. de qua dicitur. Nume. xxiiij. Orie(t) stella ex iacob. A beata inꝙ virgine velut a stella cibatur lactat̄ nutrit̄. Iuxta illud quod cantat ecclesia dicens. Concepisti virgo deū paris lactas: nutris euꝫ: pio prebens studio Et infra. homo deum: stella solem: nata patrem: virgo prolem: antiquuꝫ iuuencula. Ergo iste sol noster videtur retraxisse radios suos: ita vt videatur eclipsatus contra naturā in cuius figurā dicitur Apocal. vi. ca. Q2 sol factus est sicut saccus cilicinus. Saccus em̄ cilicinus est vile corpus nostruꝫ quo iste sol hodie est amictus ex humanitate nostra assumpta. Secundum signum apparuit hodie in luna. Quid enim per lunam intelligimus nisi virginem gloriosam. Nam sicut luna est terre proxima inter planetas per influentiam. Sic beata virgo est terrenis ⁊ peccatoribus proxima per clementiam. Sicut em̄ in luna coniunguntur due partes multum distantes: sic in virgine gloriosa cōiunguntur due perfectiones opposite: scꝫ virginitas ⁊ fecunditas. ergo beata virgo comparatur lune. In luna autem sunt duo ꝫm naturam. Primo ꝙ est a sole multum elongata ꝫm situm quia est in alia sphera. Secundo ꝙ licet habeat claritatem semper tamen habꝫ aliquam obscuritatem quia modo est diminuta modo ꝑfecta modo clara modo obscura semꝑ tamen habet aliquid obscuritatis. Sꝫ hodie fuerūt opposita istoꝝ in nr̄a luna ¶ Primo hodie luna est facta ꝓpinq̄ soli ⁊ in eodē celo ⁊ sphera ꝯiuncta: q2 dei filius q̄ est sol existit in virginis gremio. ⁊ ambo manēt in eodē habitaculo. Iux̄ illud. Abacuch. iij. Sol ⁊ luna steterūt in habitaculo suo. Secūdo hodie luna apparuit sine diminutione ꝑfecta q2 sine violatione integra. ꝓpter qđ ioseph spōsus eiꝰ voluit occulte dimittere eā Math. i. ⁊ ps. lxxxviij. Thronus eius sicut sol in ꝯspectu meo ⁊ sicut luna ꝑfecta in eternum. Iste thronus est vterus beate ꝟginis. ¶ Tertium signum apparuit hodie in stellis. Quid per stellas que habent claritatem ⁊ multiplicitatem intelligimus nisi angelos: quia fulgent cognitione ⁊ sunt complures specie. In stellis autem sunt tria. Primo situs ꝓprietas. Naꝫ q̄libet stella hꝫ suaꝫ situationem. Scđo gradus nobilitas q2 vna est nobilior altera. Tertio effectꝰ singl'aritas q2 a sole singularit̄ illuminat̄. Sꝫ hodie fuerūt opposita istoꝝ in angelis. Primo hodie mutauerunt naturalē situm: q2 angeli qui in celo habent ꝓprium situm ⁊ officiū sicut stelle hodie fuerunt congregati. vnde đr. Luce. ij. Facta est cum angelo multitudo celestis exercitus. qñ autē stelle congregant̄ sicut fit in constellationibus: signū est alicuius magni euentus ⁊ mirabilis. ideo dicit Iob. xxxviij. Nunqd cōiungere valebis micantes stellas pliades ⁊c̄. Ita hodie q2 āgeloꝝ multitudo facta est quod alias est inauditum. ideo est signum mirabile: q2 magni euentus: scilꝫ filij dei. ideo dixit vnus illorum angelorum. Annuncio vobis gaudium magnum: quia natus est hodie saluator mundi. ¶ Secundo stelle perdiderunt hodie suum gradum nobilem: quia angeli qui natura ⁊ gloria homines excedebant: ita vt ab homine se permitterent adorari. vt patet. Iudic. sexto capitulo. Hodie quia dei filius paulominus est ab angelis minoratus homo est super angelos sublimatus qui non permittunt se ab homine adorari. vt patet. Apocalips. vigesimo secundo capitulo. ¶ Tertio stelle hodie amiserūt suū proprium actum: q2 angeli qui sunt stelle illuminant solem ideo influūt in eum

Cum antea ab eo illuminarentur. Nam an-
geli seruiunt isti puero benedicto nō necessi
tate sed humilitate. vt ptz Math. iiij. Et ec-
ce angeli accesserunt ⁊ mīstrabant ei. Et Lu
ce. xxij. Angelus dn̄i descendit cōfortans eū
⁊c. Quartum signū apparuit hodie in ter-
ris. i. in hoīb9 de terra factis. Ante filij dei
incarnationez erant tria in hoīb9. Primo
erant ydolatre ⁊ ydolatrie dediti. Secundo
erant inter se praua pace confederati. Ter-
tio erant a deo per peccatū diuisi. Sed hodie
apparuerunt opposita istorum. Primo ho-
die in terris est ablatus ydolatrie cultus b̄m
vaticinium. Esa. pphete: quia omnia ydola
corruerunt. Exemplum habemus de octaui
ano qui noluit adorari tanq̄ deus a roma-
nis. Sz huic puero obtulit thura. vt ptz in le
gēdis. Secūdo hodie in terris reformata ē
pax praua q2 est hodie ablata. Exemplū de
templo pacis perpetuo quod hodie corruit.
cum virgo peperit. quia ille venerat qui est
pax vera: vt tolleret pacem iniquaz. reforma
uit enim pacem inter deuz ⁊ homines: inter
angelos ⁊ hoīes: inter hoīem ⁊ hominez.
Juxta illud pauli ad Epheb. ij. Ipse est pax
nostra qui fecit vtraqz vnū: ideo cantauerūt
angeli hodie. Gloria in excelsis deo ⁊ in ter
ra pax hoībus bone volūtatis. Et fons olei
erupit rome ⁊ vsqz in tyberim fluxit. vt dicit
in legendis. Per oleum signat mīa ⁊ pax.
¶ Tertio hodie in terris cōdēnatus est act9
illicitus sodomie: q2 sodomite oīs extincti
hodie fuerunt. vt habet in legendis. Ita vt
vere possit dici de eo illud psal. Tu es deus q̄
facis mirabilia. Notam fecisti in pp'lis virtu
tem tuam ⁊c. Et sicut dixit btūs Aug. in ser
mone super illo verbo. Math. iiij. Duct9 est
iesus in desertū ⁊c. ¶ Cum dyabolus
videret dei filium per tanta miracula pcrea
tū voluebat secū vt arbitror: atqz admirās di
cebat. Quis est iste qui nesciente me hūc in
gressus est mundū. Noui quidem q2 de femi
na natus est: sed nescio vnde cōceptus. Ad
est ecce mater: sed patrē inuestigare nō pos-
sum. Partuz video: sed non cognosco nascē
tem. ⁊ quod stupori meo accrescit incōsueta
lege pariendi. ⁊ edito filio mater exultat vt
virgo. En iacet in cunabulis paruulus: infū
dit lachrymis vultum: similemqz esse mor-
talium vagitus prodit. Et cum nihil ei de in
fantia desit: nulla tamen est illi velut infan-
ti corruptio. Pannis obsitus sordet: ⁊ celū

illi radio stelle letioris arridet: atqz in hono-
rem ipsius ministrantes etiam angeli inter
sydera terrasqz concurrūt exultantes annū-
ciant quam non intelligo nouitatem. Quid
hoc miraculi? Video qd̄ aduertere nequeo
Audio: quod sustinere non possum: vt ho-
mo natus honoretur vt deus. A seculis nū-
q̄ id mihi contigit vt quisq̄ nasceretur ho-
mo qui humani vicij nihil haberet. Que hec
tam noua potensqz generatio est? Inter pec
catores ⁊ impios natus: mortali etiam de
matre progressus: purgatior est cunctis na-
scentibus: ipse mihi celo purior apparet. A-
uaricie in eo radix nulla consurgit. nulla cor
eius pulsat inuidia: nescit eius lingua loqui
mendaciū: oculi eius concupiscentiam non
admittunt. nulla aurium voluptate mollit:
luxuries certe per quam mihi humanuz sub
ieci genus: pectus eius non potest penetra-
re: nulla illi iactantia inest: nulla malicia. Et
quid plura? Nihil in eo reperio quod me de-
lectet: oēs meos conatus euacuat. quid agā
quo me conuertam? En fortiorem me illum
esse sentio. Arbitror illum meo in regno vel
le regnare nisi forte deus est iste quem nul-
lum potest maculare delictum. Sed si deus
esset quomodo indignitatez partus feminei
sustineret: quomodo esset cuna pannisqz cō
tentus? Quis hec credat: infantie vagitus vi
deo: cui non audienti ridiculum est deum fe
mineo lacte nutriri? Post omnia ecce esurit
cum esurire deum ratio nulla persuadeat.
Ignorabat nimirum dyabolus q2 xp̄us
indumenta preferebat infantie: qz esu-
riebat vt homo: non erat fragilitatis corpo-
ree: sed celestis gratie sacramētum. Dei enī
filius cui cū sempiterno patre intēporalis
constat eternitas: q cum suo genitore natu-
raliter impassibilis incorrupto regnat impe-
rio: egit in carne nostra salutare mysterium
Et ob hoc cōionem subijt passionū: vt inimi
cum generis humani hoīs certamine trium
pharet. hec ille. ¶ Tunc dyabolus cona
tus est seminare multos errores circa diui-
nitatem christi. Unde adinuenit quosdam
homines qui videbantur opinione vulga-
ri magne sanctitatis ⁊ per eos seminauit er
rores illos vt sic retraheret hoīes ceteros
a fide iesu christi dubitans ne tam presto a-
mitteret dn̄ium super humano genere. Pri-
mus fuit Paulus hereticus qui dicit xp̄um
non fuisse ante gloriosam virginem mariaz

Vide istos errores [illegible]
in opusculis doctoris [illegible]
[illegible] compendium theologice [illegible]
tractatu 2o [illegible]

matrē eius: sed q̄n ꝯcept⁹ est tūc incepit esse. Ideo negabat xp̄z eē verū deū. Ponebat em̄ xp̄m esse purā creaturā. Vn̄d. xxiiij. q. iij. ca. Quidā autē heretici. §. Pauliani dr̄. Pauliani a paulo samotano exorti sunt q̄ dixit nō semꝑ fuisse xp̄z: ſ; a maria sumpsisse initiū. h̄ ibi. Secund⁹ fuit noet⁹ heretic⁹ q̄ dixit ꝙ ꝑsona filij nō est alia a ꝑsona patris: sed eadē ꝑsona noīat̄ diuersis noīb⁹ ſm̄ diuersos respect⁹. Nam de⁹ ꝓut fecit creaturas ⁊ eas gubernat vocat̄ pat̄: ꝓut ꝯo assumpsit carnē de virgine vocat̄ filius: ſ; vt sanctificauit creaturas vocat̄ sp̄ūsſct̄ūs. vt habet̄ ibidē. §. Noetiani. vbi dr̄. Noetiani quoq; a q̊dam noeto vocati q̄ dicebāt xp̄m eūdē esse ⁊ patrē ⁊ sp̄m̄sctm̄ ip̄amq; trinitatē in officioꝝ noīb⁹ nō in ꝑsonis accipiūt. Vn̄ ⁊ pr̄ipassiani vocant̄ q̄ꝛ patrē passum dicunt. hec ibi. Idē habet̄. §. Sabelliani. Terti⁹ fuit aetius heretic⁹ q̄ dixit. ꝙ sicut ꝑsona filij est distincta a ꝑsona pr̄is. ita etiā essentia filij est distincta ab essentia pr̄is: ita ꝙ sicut distingunt̄ ꝑsonalit̄ ita distingant̄ essentialit̄. vt habet̄ ibidē. §. Aetiani ⁊c̄. Quart⁹ fuit error quorūdā gentiliū ⁊ paganoꝝ. vt recitat Crisostom⁹ q̄ fabulant̄ ꝙ fili⁹ est verus sed insurrexit ꝯtra patrē ⁊ fact⁹ est ei aduersari⁹ ⁊ ita separat⁹ ē ab eo neq; simul ꝑmanet ⁊c̄.
¶ Quint⁹ fuit manicheus heretic⁹ q̄ dixit ꝙ vn⁹ de⁹. s. bon⁹ fecit sp̄ūalia. ali⁹ vero. s. dyabolus fecit corporalia quē secut⁹ Auicē. dixit. xij. methaphi. Q2 de⁹ fecit ꝑmā intelligētiā ⁊ ꝑma creauit secūdā ⁊ sic deinceps vsq; ad q̄rtā: q̄ quarta intelligētia creauit aīaz celi: ⁊ ista aīa creauit ista inferiora. vt habetur xxiiij. q. iij. ca. Quidā aūt heretici. §. Manichei. ⁊. §. menādriani. Sext⁹ fuit auerroys cōmērator q̄ dixit ꝙ de⁹ nō intelligit distinctiui ista singularia: q̄ꝛ cū sint vilia tūc intellect⁹ diuin⁹ vilesceret: sed intelligit ea ī rationibus cōmunib⁹. vt dicit̄. xi. methaphi. Septimus fuit eliphac themanites ⁊ rabi moyses q̄ dixerūt ꝙ de⁹ nō habet ꝓuidentiā singulariū corruptibiliū: dicētes illud Iob. xxij. Nubes latibulū eius circa cardines celi ambulat nec nostra considerat. Ideo democritus ⁊ leusipp⁹ dixerunt mundū casu factum vt recitat philoso. ij. phisicoꝝ. ¶ Octauus fuit error iudeorum ⁊ phariseoꝝ qui dixerunt xp̄m peccasse Unde dicebant Ioh. ix. Nos scim⁹ quia hic homo peccator est. Videbat̄ em̄ eis ꝙ xp̄us esset trangressor legis: cū dicebant. sabbatū nō custodit. Nonus fuit error eorūdē qui credebāt iohānē baptistam esse xp̄m ⁊ messiaz in lege ꝓmissum. Unde miserūt ad eū sacerdotes ⁊ leuitas vt interrogarent eū. Tu q̄s es: ⁊ cōfessus est q̄ꝛ nō sum ego xp̄s. Ioh. i. ¶ Decim⁹ fuit pelagius ⁊ error quorūdā hereticoꝝ q̄ dixerūt ꝙ hō nō potest eleuari ꝑ xp̄m ad hoc vt sit fili⁹ dei per adoptionē: ⁊ ꝑ cōseq̄ns ꝑticeps felicitatis eterne gl̄ie vt deū per essentiā videat ⁊c̄. Unde. xxiiij q. iij. c. Quidā aūt. §. Pelagiani a pelagio monacho exorti. Hij liberū arbitriū diuine gratie anteponūt dicētes sufficere voluntatē ad implēda diuina iussa. hec ibi. ¶ Undecim⁹ fuit appelles hereticus qui dixit xp̄m assumpsisse corpus fantasticū. vt habet̄. xxiiij. q. iij. c. Quidā aūt. §. Appellite vbi dicit̄ sic. Appellite quoꝝ auctor appelles fuit qui dixit xp̄m nō deū in veritate sed hoīez in fantasia apparuisse. Et sanct⁹ Thomas. iiij. lib. cōtra gentiles. xxix. ca. dicit sic. Fuerunt aūt ⁊ alij qui veritate incarnatōis negata quandā fictitiā incarnatōis similitudinē introduxerūt. dixerunt em̄ manichei dei filiū nō verū corp⁹ sed fantasticū assumpsisse. vnde nec verus hō esse potuit sed apparens: adducētes illud q̄d dicit ap̄ls ad Roma. viij. Deus misit filiū suū in similitudinē carnis peccati. Et ad Philip. ij. In similitudinē hoīm factus ⁊ habitu inuent⁹ vt hō ⁊c̄.
¶ Duodecim⁹ fuit valentin⁹ heretic⁹ qui dixit xp̄m assumpsisse corp⁹ celeste. Vn̄. xxiiij. q. iij. ca. Quidā aūt. §. Valentiniani dicitur sic. Valētiniani a valentino q̊dā platonico sectatore vocati xp̄m de virgine nihil corporis assumpsisse sed per eam q̄si per fistulam trāsisse asserunt. hec ibi. Sicut. s. flat⁹ trāsit per fistulā. Et sanct⁹ Thomas. iiij. lib. contra gētiles. xxx. c. dicit sic. Valētinus em̄ dixit ꝙ xp̄s nō terrenū corp⁹ habuit: sed de celo portauit ⁊ ꝙ nihil de virgine matre accepit sed per eā quasi per aqueductū trāsiuit. Occasionē aūt sui erroris accepit ex hoc q̄ꝛ dicit̄ Ioh. iij. Nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo Et iterū. Qui de celo venit suꝑ om̄es est. Et infra. vi. c. dicit xp̄s descendi de celo non vt faciā voluntatē meam sed voluntatē eius qui misit me. Et. i. Coꝛ. xv. Primus homo de terra terren⁹: secūdus homo de celo celestis. ¶ Tertiusdecim⁹ fuit appollinaris hereticus qui vt dicit sanctus Thomas eodē li. xxxi. c. dixit aliq̄d verbi dei in carnē fuisse cōuersum. q̄ꝛ illud Ioh. i. Verbum caro factuz est: sic intelligendū putauit

quasi ipsum verbū sit conuersum in carnem
sicut intelligit̄ illud quod legitur Joh.ij. Ut
autē gustauit architriclin⁹ aquā vinū factū
qđ ea rōne dicit̄ quia cōuersa est aqua in vi
num:alias fuisset fictio ⁊ non vera cōuersio
quod est falsum. Quartusdecim⁹ fuit arri⁹
hereticus qui dixit xp̄m non habuisse aīam
rōnalē:sed ꝙ loco anime fuit diuinitas. De
q̄.xxiiij.q.iij.c.Quidā aūt.§. Arriani ab ar-
rio alexandrino presbytero exorti sunt qui
coeternū patri filiū nō agnoscēs diuersas ī
trinitate substātias asseruit: cōtra illud qđ
dñs ait.Ego ⁊ pater vnū sum⁹. Et sanctus
Thomas.iiij.lib.contra gentiles.xxxij.ca.di
cit sic. Posuit eñ arrius ꝙ in xp̄o non fuit
aīa:sed loco eius diuinitas fuit ⁊ solam car
nem assumpsit.⁊ ad hoc ponendū necessita
te quadā videtur fuisse inductus. Cum eñ
vellet asserere ꝙ filius dei sit creatura ⁊ mi-
nor patre ad hoc ꝓbandū illa scripturarum
assumpsit testimonia:que infirmitatē huma
nam ostendunt in xp̄o. Et ne ab eius ꝓba-
tione deficeret non ſm diuinā naturā huma
nam ꝯuenire:nequiter aīam remouit a xp̄o:
vt cū quedā corpori humano cōuenire non
possint sicut ꝙ miratus est:ꝙ timuit:ꝙ ora
uit:necessariū fuit in ip̄z filiū dei minoratio
nem inferre. Assumpsit autē ad sue positio-
nis assertionē illud Joh.i. Uerbum caro fa
ctum est.ex quo inferebat ꝙ solam carnem
verbū assumpserit: non autē aīam. ⁊ in hac
positione etiā appollinaris secutus est eum
Quintusdecim⁹ fuit nestorius.de quo dicit̄
xxiiij.q.iij.c.Quidā autē.§. Nestoriani a ne-
storio constantinopolitano ep̄o nuncupati
qui beatā virginē mariā nō dei ſ; hoīs tātū
modo matrē asseruit:vt aliā personā carnis
aliā faceret deitatis nec vnū xp̄m in ꝟbo dei
⁊ carne credidit sed separatim atq; seiuncti
alterū filiū dei:alterū filiū homis predicauit
hec ibi.Et sanct⁹ Tho.iiij.lib.cōtra gentiles
xxxiiij.c.dicit. Nestori⁹ dicit ꝙ aīa humana
⁊ corp⁹ humanū naturali vnione cōuenerūt
in xp̄o ad cōstitutionē vni⁹ hoīs eiusdē spe-
ciei ⁊ nature cū alijs hoīb⁹ ⁊ ꝙ in hoc hoīe
de⁹ habitauit sicut in tēplo suo.s.p grām sicͦ
in alijs hoīb⁹ sanctis. Unde dr̄ Joh.xx. Q
ip̄e dixit iudeis. Soluite templū hoc ⁊ in tri
bus dieb⁹ reedificabo illō. Ipse aūt dicebat
de templo corporis sui. Et ex hoc secuta est
quedā affectualis vnio int̄ hoīem illū ⁊ deū
dū ⁊ hō ille bona sua volūtate deo inhesit ⁊
de⁹ sua volūtate illum acceptauit. Joh.viij.
Qui me misit mecū ē ⁊ nō relinquit me so-

lum q: q̄ placita sunt ei facio semp. Sz q: in
illo hoīe maior plenitudo grē fuit q̄ in alijs
homib⁹ sanctis fuit pre ceteris templū dei ⁊
arcti⁹ deo ſm affectū vnit⁹ ⁊ singulari quo-
dam ꝑuilegio diuina noīa participauit:⁊ p-
pter hanc excellentiā grē cōstitut⁹ est in par
ticipationē diuine dignitatꝭ ⁊ honoris.s. vt
coadoretur deo. vnde ⁊ beatā virginē non
matrē dei vel verbi dei:ſ; matrē xp̄i nominā
dam esse dicūt.hic ē error eoꝝ vt pz. Sext⁹
decim⁹ fuit eutbices heretic⁹ de quo dicitur
xxiiij.q.iij.c.Quidā autē.§.Euthiciani dicti
ab euthice ꝯstātinopolitano abbate q̄ xp̄m
post humanā assumptionē negauit existere
de duab⁹ naturis ſ; solā in eo diuinā asseruit
esse naturā.hec ibi.Et sctūs Tho..iiij.li.con
tra gētiles.xxxv.c.dic̄ sic.Euthices eñ vt cō
tra nestoriū vnitatē ꝑsone ſuaret:dic̄ in xp̄o
esse etiā vnā naturā:ita ꝙ q̄uis ante vnio-
nem essent due nature distincte.s. diuina ⁊
hūana:in vnione tñ coierūt in vnā naturā:⁊
sic dicebat xp̄i ꝑsonā ex duab⁹ naturis subsi
stere:⁊ sic decidit in syllam cupiēs vitare ca
ribdim. Decimusseptim⁹ fuit error quorū-
dam hereticoꝝ q̄ vocant̄ sethiani. de q̄bus
dicit̄.xxiiij.q.iij.ca.Quidā aūt.§. Sethiani
nomē acceperūt a filio ade q̄ vocat⁹ est seth
dicentes eundē esse xp̄m. Decimusoctau⁹
fuit bonos⁹ heretic⁹.de quo dr̄ ibidē.§.Bo-
nosiani a bonoso quondā ep̄o exorti ꝓdun-
tur:q̄ xp̄m filiū dei adoptiuū nō ꝓpriū assert̄
hec ibi. Idē habet̄ de ꝯse.dist.iiij.c.Hij vero.
Decimusnon⁹ fuit carpocrates de quo dr̄
xxiiij.q.iij.c.Quidā aūt.§. Carpocratiani a
carpocrate quodā vocant̄ qui dixit xp̄m ho
minē fuisse tantū ⁊ de vtroq; sexu ꝓgenitū:
quē imitati sunt alogij.de quib⁹ dr̄ ibidē.§.
Alogij vocant̄ tanq̄ sine verbo. logos eñ
grece verbū dicit̄ deū eñ verbū nō credūt.
respuentes iohānis euāgeliste apocalipsim
hec ibi.vt pz:q̄ ⁊c. Uigesim⁹ fuit ebion here
tic⁹ de q̄ dr̄ ibidē.§.Ebionite ab ebione dicti
siue a paupertate.xp̄m eñ nō ex quo nat⁹ est
ſ; p ꝓfectū solū iustū putāt effectū:quē imi-
tati sunt gnoite.de q̄b⁹ dr̄ ibidē.§. Gnoite
⁊ trioite a theodosianis exorti sunt:ex q̄b⁹
⁊ vxor eius preparauit se. Ubi sciendum ꝙ
in sacratissima ista natiuitate angeli fuerūt
letificati propter quattuor magna benefi-
cia que tunc perceperunt. Primum gaudi-
um eorum fuit de ierarchie celestis repara-
tione. Nam sicut boni ciues gaudent de re-
stauratione ciuitatis sue destructe: sic angeli
gaudent de natiuitate huius pueri qui ve-
nit restaurare ruinam eorū in ciuitate cele-
sti. Aggei. ij. Magna erit gloria dom⁹ isti⁹
nouissime magis ꝙ̄ prime. Secundum gau
dium eorum fuit de hostium superatione: li
cet eñ michael ⁊ angeli eius vicerint in celo
tamen dracho cum angelis suis vincebat in
terra ⁊ nolente michaele trahebat humanū
genus ad infernum donec iste puer sanctis-
simus natus est qui drachonem fugaret de
mūdo. Joh. xiij. Jam princeps huius mū-
di eijcietur foras. Tertium gaudium eorum
fuit de custodie roboratione. Quid eñ pro-
derat nobis ante huius pueri natiuitatem
angelorum custodia cum omnes perdere-
mur? Quid proderat angelis ad gaudium
accidentale in illa beatitudine cū nemo sal
uaretur? ideo tunc flebant. Juxta illud Esa.
xxxiij. Angeli pacis amare flebant. sed nūc
per natiuitatē huius pueri summe gaudent
Juxta illud Luc. xv. Gaudiū est angelis dei
sup vno peccatore penitētiā agēte. Quartū
gaudiū eoꝝ fuit de ierarchie illustratiōe. Si-
cut eñ sol illumiat oīa q̄ sūt in hoc mūdo: sic
xp̄s ꝙtū ad hūanitatē illumiat oīa q̄ sūt in
celo: qm̄ xp̄s ab instanti sue cōceptōis btūs
vltimate existēs ꝫm aīam statim oēs ange-
los illumiauit. Un̄ sic gaudēt hoīes de ortu
solis: sic angeli gaudent de natiuitate christi

dicẽtes illud Ezechiel.iij. Benedicta gloria
dñi de loco sancto suo. Et beatus Augu. in
sermone de natiui. dñi dicit sic. Hodie xp̃us
in leticia est ⁊ dyabol⁹ in luctu. hodie angeli
in exultatõne: ⁊ demones in confusione. ho
die angeli in abundantia: ⁊ demones in egẽ
tia. hec ille. Non solũ aũt angeli letanť in na
tiuitate xp̃i: sed vniuersus orbis: qm̃ homo
translatus est de morte ad vitã: de culpa ad
gratiã: de miseria ad gloriã. ideo Leo papa
in sermone hui⁹ solẽnitatis dicit sic. Salua-
tor noster dilectissimi natus est: gaudeam⁹.
Neq̃ em̃ fas est locũ esse tristicie: vbi nata-
lis est vite que cõsumpto mortalitatis timo
re ingerit nobis de ꝓmissa eternitate leticiã
Nemo ab hui⁹ alacritatis participatiõe secer
nitur vna cunctis leticie cõmunis est ratio.
quia dñs noster peccati mortis q̃z destructor
sicut nullũ a reatu liberũ repperit: ita ꝓ libe
randis om̃ibus venit. Exultet sanctus quia
appropinquat ad palmã. Gaudeat pecca-
tor q꞉ inuitať ad veniã. Animeť gentilis q꞉
vocatur ad vitã. hec ille. Et Augu. in s̃mone
natiuitatis dñi dicit sic. Exultate virgines san
cta virgo nobis peperit cui sine corruptione
nubatis. Exultate om̃es xp̃iani natalis est
xp̃i. Exultate serui natalis est dominantis.
Exultate liberi natalis ẽ liberantis. Exulta
te debiles ⁊ egroti: natalis est redemptoris
hec ille. ¶ Duodecima littera designans
duodecimũ lapidẽ preciosum in corona hu
manitatis xp̃i est m. Nam hec sacratissima
natiuitas est manifestata. vnde Isidor⁹. in
sermone huius diei dicit sic. Postq̃ inuidia
dyaboli parens ille p̃mus spe seduct⁹ inani
cecidit confestim exulans ⁊ perdit⁹ in omni
genere suo radicẽ malicie ⁊ peccati traduxit
Crescebatq̃z in malũ vehementi⁹ om̃e gen⁹
mortaliũ diffusis vbiq̃z sceleribus. ⁊ qđ est
nequius om̃ib⁹ cultib⁹ idoloꝝ. Volẽs ergo
deus terminare peccatũ consuluit verbo: le-
ge: ꝓphetijs: signis: plagis: ꝓdigijs sed cũ
nec sic quidẽ terrores suos amonit⁹ agno-
sceret mũdus: misit de⁹ filiũ suũ in mundũ
vt carnẽ indueret ⁊ homĩb⁹ appareret ⁊ pec
catores sanaret. Qui ĩdo in hoĩe venit: q꞉
per seip̃m ab hoĩb⁹ cognosci non potuit. Ut
aũt videreť verbũ caro factũ est assumendo
carnem nõ mutatũ in carnẽ. Assumpsit em̃
humanitatẽ nõ amisit diuinitatẽ. Ita idem
deus ⁊ idẽ homo: in natura dei equalis pa-
tri in natura hoĩs factus ꝓ nobis mortalis
Pro nobis em̃ manens qđ erat; de nobis
suscipiens qđ non erat vt liberaret qđ fece-
rat. Hec est ergo dñice natiuitatis magna so-
lennitas. hec est diei huius noua ⁊ gloriosa
festiuitas manifestatio dei venientis ad ho
mines. hec ille. Ista sacratissima natiuitas
fuit manifestata in tempore prefinito a pa-
tre. Juxta illud Gal.iiij. At vbi venit pleni
tudo temporis misit deus filiũ suum in mũ-
dum. vbi ap̃lus designat quadruplicẽ pleni
tudinem. scz anni mensis diei ⁊ hore. Circa
plenitudinẽ temporis xp̃i natiuitas fuit ma
nifestata. Primo ex plenitudine mũdi inue
terascẽtis: q꞉ peractis q̃nq̃z milib⁹ annoꝝ ab
origine mundi, in sexto millenario xp̃s na-
tus est. Sicut em̃ p̃mus adam sexta die for-
mat⁹ est: vt diciť Genes.i. sic xp̃s sexto secu
lo nat⁹ est. Secũdo ex plenitudine solis oc-
currentis: quia sicut sol in solstitio hyemali
est in infimo signo de supremo deduct⁹: ita
vt sit maxime inclinat⁹: sic xp̃s in sua incar-
natione s̃m infimũ gradũ rationaliũ: vt est
homo fuit vltimate inclinatus. Phil.ij. Hu
miliauit semetip̃z ⁊c̃. Tertio ex plenitudine
ꝓphetie preuidẽtis. Nam istud tempus fu-
it reuelatũ Danieli.ix c. vbi diciť. Septuagi
ta hebdomadas enumerabis sup̱ pp̃lm tu-
um: ⁊ sup̱ ciuitatẽ sanctã tuã: vt cõsummeť
preuacatio ⁊ finẽ accipiat peccatũ: ⁊ deleať
iniquitas ⁊ adducatur iusticia sempiterna:
⁊ impleatur visio ⁊ ꝓphetia: ⁊ vngatur san
ctus sanctoꝝ ⁊c̃. Sed istud tempus est iam
impletũ. vt patz. Quarto ex plenitudine vir
ginis pariẽtis. Nam decimotertio anno vir
ginis matris sue fuit natus: cũ duodẽnis cõ
ceperit vt cõmuniť teneť: sed filius dei non
distulit incarnationẽ suã quã eternaliť pre-
destinauerat ex quo virgo naturaliter potu
it esse vera mater: ergo ⁊c̃. Circa plenitudi-
nem mensis xp̃i natiuitas fuit manifestata
Primo decimo mense s̃m computationem
hebraicã. Nam p̃mus mensis est martius.
vt habeť Exod.xij. Mensis iste principium
mensiũ vobis erit: in quo notať q̃ xp̃s fuit
in vtero virginis decẽ mensib⁹ incipiendo
a martio vsq̃z ad decẽbrẽ. Sapie.vij. Sum
quidẽ ⁊ ego mortalis homo similis homini-
bus ⁊ ex genere terreno illius qui prior fact⁹
est ⁊ in ventre matris figurat⁹ sum caro: de-
cem mẽsium tempore coagulat⁹ sum in san
guinem. Secũdo duodecimo mense s̃m cõ
putationem latinã. Nam p̃mus mensis est
ianuarius ⁊ sic december est duodecimus
in quo notatur q̃ xp̃s natus est cum dupli-

Duodecima [illegible] nativitas xpi manifestata

tata perfectione glorie .s. diuinitatis ꝛ anime xp̄i ab instanti sue ꝯceptionis: sicut duodenarius cōtinet duplicatum numerū perfectum .s. bis senariū: qui est numerꝰ perfectꝰ. Tertio quarto tēpore .s. hyemali. Nam quatuor sunt tēpora anni .s. ver: estas: autūnus: hyems: in qua natus est xp̄s. In quo notatꝰ ꝙ numerꝰ quaternariꝰ cōpetit xp̄o ſm hūanitatem. Sicut eñ numerus quaternariꝰ immediate sequitur ternariū. Ita post trinitatē personarū diuinaruꝫ seqꝫtur tanq̄ꝫ creaturarum dignissima humanitas xp̄i. Heb. i. Tanto melior angelis effectꝰ quāto pre illis differētiꝰ nomē hereditauit. Istō āt xp̄s fuit cōuenientissimum huic natiuitati: qꝛ istud tēpus est sūme sterile ꝛ frigidum. sic tantū mysterium peragenduꝫ in virgine ex natura sterili fit manifestum: vt patet Luce. i. Et virgo frigida .i. ab omni ardore aliēa debebat elegi vt nihil de carnis ꝯcupiscētia fetus traheret vt dicit Leo papa in sermone huiꝰ diei. Circa plenitudinem diei xp̄i natiuitas fuit manifestata: qꝛ die dñica natꝰ est. Ista eñ dies fuit cōuenientissima huic natiuitati. primo ex mysterio creationis. Nam ista die fuerūt angeli creati sub nomine lucis Gene. i. Dixit deus fiat lux .i. natura āgelica: vt exponit Augꝰ. sic ista die debebant reparari ꝑ xp̄i natiuitatē. Secūdo ex mysterio israelitice exaltationis. Nam ista die viderūt iudei egiptios mortuos sup littus maris: ꝛ sicut tūc canticum cecinerūt. Exod. xiiij. ꝛ xv. Sic angeli ꝛ pastores xp̄m natum glorificauerunt Luce. ij. Tertio ex mysterio celestis refectionis. Nam sicut ista die hebrei in deserto acceperunt celitus māna. p̄s. Panem celi dedit eis. Sic ista die cibus celestis xp̄s .s. ad nos descendit Jo. vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Quarto ex mysterio spiritualis informationis. Nā sicut iudei acceperunt ista die legem a deo sic nos legē gratie a xp̄o ideo dicit p̄s. Hec dies quā fecit dñs exultemus ꝛ letemur in ea. Super quo Cassiodorus dicit sic. Licet deus cunctos dies creauerit: singularit̄ tñ hunc diem fecisse dr̄ qui xp̄i dñi natiuitate sacratꝰ ē. In quo merito exultari cōuenit ꝛ letari: qm̄ in eo ꝛ dyabolus ius ꝑdidit: ꝛ salutē mundus accepit. hec ille. Circa plenitudinē hore xp̄i natiuitas fuit māifestata: qꝛ media nocte .s. cōpleta hora sexta noctis. Nā ista hora fuit cōuenientissima huic natiuitati. primo ex primogenitorū occisione. Nā sicut ista hora oīa primogenita egiptioꝝ occisa sunt. Exodi. xi. Sic ista hora natiuitatꝭ xp̄i oēs sodomite fuerunt extincti: vt dicit Hiero. Scd̄o ex patrū cōfessione. Nā sicut ista hora patres laudabāt deū p̄s. Media nocte surgebā ad cōfitendū tibi. Sic eadem hora xp̄s nasci debuit: vt et nos ipsum laudaremꝰ. Ideo ecclesia instituit vt hac hora matutine dicantur ista die. Tertio ex angelica salutatione. Nam sicut ista hora verbū diuinū carnem ex virgine assumpsit. Sapie. xviij. Cum eñ quietū silentiū cōtinerent oīa ꝛ nox in suo cursu mediū iter haberet omp̄s sermo tuus dñe exiliens de celo a regalibus sedibus venit. Sic eadē hora fuit cōueniēs natiuitati xp̄i: qꝛ ex vtero virginis ꝓcessit. Quarto ex vigilie obseruatione. Sicut eñ ista hora pastores vigilabant super gregem suū: vt dr̄ Luce. ij. Sic xp̄s per suaꝫ natiuitatē debebat vigilare super nos tanq̄ bonus pastor. Joh. x. Ego sum pastor bonꝰ.

Tredecima littera designans .xiij. lapidem preciosum in corona humanitatis xp̄i nobis hodie nati ē n. Qm̄ hec sacratissima natiuitas fuit nobilitata. Vñ Crisoꝰ. sup illud Math. xiij. Nōne hic est filiꝰ fabri ꝛc̄. dicit sic. Non illius fabri est filius quē putatis sed fabri omniū fabricatōnis qui fabricatꝰ ē auroram ꝛ soleꝫ. Nōne Dauid filiꝰ fuit agricole: ꝛ tñ radix fuit stirpis regie: Cur ḡ christum ꝓpt̄ ꝑentum ignobilitatem cōtēnunt: hec ille. Et augꝰ. sup Jo. dicit sic. Nobilitas xp̄i nascētis fuit in virginitate pariētis. Nobilitas pariētis fuit in diuinitate nascentis. hec ille. Nam ista sacratissima natiuitas fuit nobilitata ex loco: in quo xp̄s natꝰ est. Primus locus est regnū iuda vbi natus est. Nā Joseph descendit de galilea in iudeaꝫ vt ibi xp̄s nasceretur: ne forte alienigena putaret̄ vt dr̄ Luce. ij. Jure eñ hereditario istud regnum sibi debebatur. Juxta illud angelicū. Et dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius ꝛ regnabit in domo iacob in eternum. Luc. i. Scd̄s locus est ciuitas Bethleē vbi natus est. Nam in hac ciuitate natꝰ est Dauid: vt dr̄ .i. R. xvi. Sic xp̄us velut ex progenie Dauid ibi natus est Luce. ij. Tertius locus est ciuitas syon: qꝛ ibi progenitus est. Hec eñ fuit ciuitas Dauid: vt dicit̄ .ij. R. v. In qua fuit regū gñatio de quoꝝ stirpe xp̄s descēdit: vt dicit̄ Mat. i. Jō dicit. p̄s. Ex syō spēs decoris eius: deus noster manifeste veniet. Quartus locus est ihrl̄m vbi fuit ꝯuersatus. Mich. iiij. De syon exibit lex: ꝛ verbū

pax

dñi de ihrl'm. Hanc nobilitatē loci exprimit
idē pphā. v. ca. di. sic. Et tu bethleez effrata
paruula es in milib⁹ iuda. Ex te mihi egre-
dietur qui sit dñator in israel: ⁊ egressus ei⁹
ab initio a diebus eternitatis. Decimaqr-
ta littera designās decimūquartū lapidem
preciosum in corona humanitatis iesu xp̄i
nobis hodie nati est O. Nam hec sacratissi
ma natiuitas fuit ornata. Unde Cassiodo-
rus sup illud. p̄s. Speciosus forma in filijs
hoīm dicit sic. Nō qr forma ei⁹ decore lactei
coloris eluxit aut flauo crine lampauit: sed
veraciter in humano genere pulcrior fuit: qr
peccatū nō habuit. hec ille. Ubi sciendum ꝙ
ornatur ista natiuitas ex modo quo verbuz
dei venit in virginē. Pōt em̄ aliquis venire
in matrē suā quattuor modis. primo aliqui
veniūt in matrem suā ex morte: qr in terra q̄
est mater oīm reponūtur. Eccle. xl. Graue
iugum sup filios adā vsq₃ in diē sepulture
in matrem oīm. Secūdo aliqui veniūt ī ma
trem suā ex inferno: qr de inferno veniūt ad
sepulchrū in quo erant tāq₃ in vtero ipsius
reconditi. Sicut lazar⁹ iam q̄triduanus re-
uersus fuit ab inferno ad sepulchrū: vt dicit
Jo. xi. Lazare veni foras. Tertio aliqui ve-
niūt in matrē suā ex nihilo sicut qui nascunt
formatis corporib⁹ a parētibus: quorū aīas
deus de nihilo creat. Juxta illud Esa. xli. Ec
ce em̄ de nihilo estis oēs. Quarto aliqui ve-
niunt in matrē suaz ex celo: ⁊ iste fuit solus
xp̄s Joh. iij. Qui de terra est de terra loq̄-
tur: qui de celo venit sup oēs est. Unde om
nes qui sumus de terra habem⁹ inclinatio-
nē ad terram ipsam et ad petm̄ qd̄ est nihil.
Sed qui de celo venit sup oēs est: ⁊ nō ha-
bet iclinationē ad terrā nec ad petm̄. quoni
am oīa terrena cōtempsit. Jux illud. i. corin.
xv. Primus homo de terra terren⁹. Scd̄us
homo de celo celestis. Etiam ista natiuitas
fuit ornata bm carnē: qm̄ xp̄s nat⁹ est ex re
gibus: vt dicit Math. i. Oēs em̄ reges de-
scenderūt a Dauid: sed xp̄s bz carnē pcessit
a Dauid. Luce. i. Dabit illi dñs deus sedez
dd̄ patris ei⁹. Etiā natus ex pōtificib⁹ eo ꝙ
tribus regia ⁊ sacerdotalis erant cōiuncte.
Nam helisabet q̄ erat de filiab⁹ Aaron erat
cognata beate virginis: vt dicit Luce. i. Et
sic christus fuit de vtraq₃ tribu. Etiam nat⁹
est ex patriarch. s. ex Abrahaz: Ysaac: Jacob
vt dicit Math. i. Etiam natus est ex pphet̄
quia ex Dauid qui fuit eximi⁹ pphetarū: vt
patet. Quindecima lr̄a designans q̄n

decimū lapidem preciosuz in corona huma
nitatis xp̄i: hodie nobis nati est P. Nā hec
sacratissima natiuitas est pacificata. Unde
apl's Eph. ij. dicit sic. Ip̄e em̄ est pax nostra
qui fecit vtraq₃ vnū: ⁊ mediū parietem ma
cerie soluēs inimicitias in carne sua. Legez
mandatorum decretis euacuās: vt duos cō
dat in semetipso. et veniens euāgelizauit pa
cem hijs qui longe fuerūt ⁊ pacem hijs qui
ppe: qm̄ per ip̄m habemus accessū ambo ī
vno spiritu ad patrem. hec ille. Ubi sciendū
ꝙ veniente filio dei in carnē tanta pace mū
dus gaudebat vt toti orbi vnicus romano-
rū imperator pacifice presideret. Nam sicut
nasci voluit vt nobis pacē pectoris et pacē
eternitatis tribueret: sic voluit vt ortum su-
um pax tēporis illustraret. propterea canta-
bāt angeli. Glia in altissimis deo. Et in ter
ra pax hoībus bone volūtatis: vt dicit Lu-
ce. ij. Ante xp̄i natiuitatem hoīes passi fue-
rant diuersas pugnas: sed in eius ortu qua-
druplex pax fuit hoībus acquisita. Prima ē
pax monastica que est eiusdem ad seipsum
Nam cōtinua pugna erat inter aīam ⁊ cor-
pus. Ro. vij. Video in membris meis aliā
legem repugnantē legi mentis mee. Etiā in
ter intellectū ⁊ voluntatem erat cōtinua pu
gna qm̄ intellectus in regno aīe est tanq₃
magister dirigēs: ⁊ voluntas est tanq₃ dña
imperans per sui libertatē vt dicit Anselm⁹
libro de similitudinibus. Intellectus autez
cognoscens legem dei dirigebat volūtatem
vt huic legi obediret et deo seruiret. Volun
tas vero videns se liberam ⁊ reginam nole
bat legi dei obedire nec deo seruire. Ex quo
sequebat pugna inter has potentias. Sed
xp̄s nascens in mundū subiecit hanc volūta
tem legi dei. p̄s. In lege dñi fuit volūtas ei⁹
et in lege ei⁹ meditabitur die ac nocte. Et sic
facta est pax īter intellectū ⁊ volūtatez. Jux
illud Gala. v. Fructus aūt spūs est pax. s. in
tellectus ⁊ volūtatis. Scd̄a est pax yconoī
ca q̄ est eorū qui habitāt in vna domo sicut
sunt vires sensitiue ⁊ intellectiue: īter quas
erat cōtinua pugna qm̄ in veteri testamēto
dū hoīes viuebant carnaliter totuz regnū
aīe dabatur viribus sensitiuis: ⁊ hoc iniuste
Sicut si quis constitueret seruos principa-
ri: ⁊ principes seruire. Et qr naturale est in-
tellectiuas pīcipari sensitiuis: ideo nō erat
pax inter eas. Sed xp̄us nascens in mūduz
dedit legem spiritualem per quā vires sensi
tiue redigūtur sub iugū rōnis et intellectus

Jdo ãmonet nos apl's Eph iiij. dicẽs. Solli
citi seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.
Quando em̃ cõueniunt iste vires ad obser-
uantiã legis xpi: tunc sunt vnus spiritus. sup
quo Cassiodor' dicit sic. Habeatis vnitatem
spiritus in vinculo pacis: nec inueniri potest
forma expressior cõuersationis angelice: q̃z
pax τ vnitas socialis amicitie. hec ille. De
hac pace Leo in sermone dicit sic. Hec ẽ ve
ra pax a dei volũtate nõ diuidi: τ in hijs que
solius dei sunt assidue delectari. Quãdo em̃
sensualitas nulla parte ɔtradicit volũtati: et
voluntas nulla parte ɔtradicit rõi: est sereni
tas mentis τ pax animi: τ tunc est regnũ dei
hec ille. Erat aũt quadruplex pugna. Pria
ĩter viros τ mulieres. Dicebat em̃ vir q̃ mu
lier fuerat causa sue pditiõis. Ecõtra mulier
respondebat q̃ vir nõ debebat sibi consenti-
re: sed eã corrigere. Sed xp̃s nascens in mũ
dum sciens vtrosq̃z fuisse cãm pditionis eo
rum: pacificauit eos sue redemptionis am-
bos faciens pticipes. Suscepit em̃ carnem
de femina nõ de viro ne feia exclusã se crede
ret: sed suscepit in forma viri non femine ne
vir ab ipsa redemptione se alienum putaret
Scḋa pugna erat inter mulieres. s. iter vir-
gines nuptas τ viduas. virgines enim dice
bant se tñ esse in statu salutis allegantes il
lud Sapie. iij. Felix sterilis τ incoinq̃nata q̃
nesciuit thorũ in delicto habebit fructum in
respectione aĩarum sanctarum. Nupte dice-
bant se solas saluari allegantes illud prece-
ptum Geñ i. Crescite τ multiplicamini. Sz
ipse sole hoc obseruant. Vidue dicebant ad
eas precise pertinere regnuz dei. allegantes
illud Actuũ. xiiij. Per multas tribulationes
opz nos intrare in regnum dei: sed ipse mul
tas tribulatiões patiũtur in via qua itur ad
celum: ergo τc. Sed xp̃s nascens in mundũ
pacificauit eas adinuicem: volens q̃ mater
sua esset virgo τ desponsata τ tãdem vidua
ta. Qr ioseph suus sponsus ante xp̃i passio-
nem creditur fuisse defunct'. Tertia contro-
uersia erat inter diuites τ paupes. Nã diui
tes despiciebant paupes. Juxta illud Eccl'.
xiij. Execratio diuitis paup: ecõtra vero pau
pes despiciebãt diuites dicentes q̃ ipsi soli
erant salui. Math. v. Beati paupes spiritu:
qm̃ ipsoꝝ est regnũ celoꝝ. Sed xp̃s nascẽs
in mundum vtrosq̃z pacificauit. qm̃ diues et
paup esse voluit. ps. Simul in vnũ diues et
pauper. Fuit em̃ diues ɓm diuinitatez. Ro
ma. x. Jdem dominꝰ oĩum: diues in oẽs qui
inuocant eum. Fuit pauper ɓm humanitatẽ
ps. Persecutus est hoĩem inopem τ mendi
cum. Jdeo voluit esse diues τ paup vt ostẽ-
deret q̃ vterq̃z poterat peruenire ad celum.
Quarta pugna erat inter iustos τ peccato-
res. Nam iusti despiciebant peccatores. ps.
Facientes p̃uaricationẽ odiui. Ecõtra pctõ
res psequebãtur iustos. ps. Jniqui psecuti
sunt me. Sed xp̃s nascens in mundũ vtros
q̃z pacificauit: qm̃ fuit innocens τ iustꝰ Esa.
xlv. Rorate celi desuper: τ nubes pluant iu-
stum. Et accepit carnẽ peccatrici silẽz. Ro.
viij. Deus misit filium suũ in similitudinem
carnis peccati. Jõ voluit in sua genealogia
habere iustos τ peccatores: vt sic iustos idu
ceret ad compassionẽ: τ peccatores ad spez
Luce. v. Nõ veni vocare iustos: sed peccato
res ad penitentiã. Tertia est pax politica: q̃
est eoꝝ qui sunt in eodem regno. Jstam pa
cem debent obseruare subditi ad dñm suum
Erat aũt cõtinua pugna inter dyabolũ τ ho
minẽ. Dyabolꝰ em̃ allegabat cõtra hoĩnem
quattuor. Primo instrũi autenticationẽ Ge-
ne. ij. Quacunq̃z die comederis ex eo morte
morieris. Sz xp̃s nascens reppulit demonẽ
ab homine dicẽs q̃ ipse falsificauit instrumẽ-
tũ cum dixit. Nequaq̃ moriemi. Scḋo alle-
gabat p̃scriptionẽ: qm̃ per multa milia ãno
rũ ip̃m possederat Sed xp̃s nascẽs reppulit
demonẽ dicens q̃ nõ erat bone fidei posses-
sor. Tertio allegabat emptionẽ: qm̃ p com-
estiõne pomi ipsum emerat. Sed xp̃us na-
scens reppulit demonẽ: qr hoĩem deceperat
supra medietatẽ iusti precij Esa. lij. Gratis
venundati estis τ sine argento redimemini
Quarto allegabat peccati punitionem et
grauitatem. ps. Jniquitates mee supergres
se sunt caput meũ τc̃. Sed christus nascens
reppulit demonem: qm̃ pena ipsius xp̃i plꝰ
ponderabat q̃ omnia peccata hoĩz. Job. vi.
Quasi arena maris hec grauior appet. Et ĩ
signũ huiꝰ pacis: xp̃s nasci voluit cũ descri-
beret vniuersus orbis. Unde Luce. ij. capi.
Exijt edictum a cesare Augusto: vt descri-
beret vniuersus orbis: super quo. G. in ho-
mel'. dicit sic. Quid est q̃ nascituro dño mũ
dus describitur nisi hoc aperte monstratur
quia ille apparebat in carne qui electos su-
os ascriberet in eternitate. Quo contra de
reprobis per prophetaz dicit psalmo. lxviij.
Deleantur de libro viuentium et cum iustis
non scribantur. Hec ille. Quarta pax est
pax thearchica: que est dei ad hominem

Erat eñ inimicitia dura ⁊ implacabilis iter deũ ⁊ hoiem post primã hois offensionem in tantũ ꝙ deus tactus dolore cordis intrinsecꝰ dixit. Penitet me fecisse hoiem: delebo inquit hominẽ quez creaui a facie terre. Gene. vi. Sed xp̄s nascens vtrosq̧ pacificauit cũ se mediatorem fecit. Col'. i. Pacificauit ꝑ sanguinẽ suum siue que in celis siue q̄ in terris sũt. Et sic pꝫ quõ illa natiuitas fuit pacificata. ¶ Decimasexta lr̄a designans decimũsextum lapidem preciosum in corona humanitatis xp̄i: hodie nobis nati est q. Nã h̄ sacratissima natitas est quesita. Vñ̊ scd̄o paralipo. xv. dicitur sic. Transibũt multi dies in israel absq̧ deo vero ⁊ absq̧ sacerdote doctore ⁊ absq̧ lege. Cũq̧ reuersi fuerint in angustia sua ⁊ clamauerint ad dñm deuz israel ⁊ quesierĩt eum reperient eũ. Et paulopost. Iurauerũtq̧ domĩo voce magna in iubilo: ⁊ in clangore tube: et in sonitu buccinarũ: ⁊ in tota voluntate sua quesierũt eum et inuenerũt: prestititq̧ eis dñs requiẽ per circuitum, hec ibi. Sciendũ ꝙ quattuor genera personarũ quesierũt iesum xp̄m. Primo p̄res veteris testamẽti. s. dauid p̄s. xxvi. dicens. Tibi dixit cor meuz exq̄siuit te facies mea: faciẽ tuã dñe requiram: ne auertas faciã tuã a me. Ne declines ĩ ira a h̄uo tuo. Adiutor meꝰ esto dñe ne derelinquas me: neq̧ despicias me deus salutaris meꝰ. Qm̃ pater meus et mater mea dereliquerunt me: dñs aũt assumpsit me. Salo. can. iij. Surgam et circuibo ciuitatẽ queram quẽ diligit anima mea. Quesiui illum ⁊ nõ inueni. Inuenerũt me vigiles qui custodiunt ciuitatẽ: nũ quẽ diligit aĩa mea vidistis: Paululum cum pertransissem eos inueni quem diligit aĩa mea Tenui eũ nec dimittam donec introducã illum in domũ matris mee ⁊ in cubiculum genitricis mee. Esai. lv. ca. Querite dñm dum inueniri potest: ĩuocate eum dũ prope est. Et quõ descẽdit ymber ⁊ nix de celo ⁊ illuc vltra nõ reuertitur: sed inebriat terram ⁊ infundit eam: ⁊ germinare eam facit: sic erit verbum meũ qđ egredietur de ore meo, hec ille. Sophonias. ij. ca. Querite dñm oẽs mansueti terre: qui iudiciũ eius estis operati. Querite iustum: querite mãsuetũ: q̄ʒ vi sitabit nos dominꝰ deus noster: ⁊ auertet captiuitatẽ nr̄az hec ille. Secũdo beata virgo de qua dicit Luce. xv. Que mulier habens dragmas. x. si ꝑdiderit vnam: nõne accendit lucernã ⁊ euertit domum: ⁊ querit diligenter donec inueniat. Hec mulier euangelica est beata virgo de qua Bern̄. libro de cõsideratione dicit sic. Mulier euangelica que cõmiscuit tria sata farine fuit beata virgo q̄ in incarnatõne fermento fidei sue cõmiscuit tria sata. Nouum antiquũ ⁊ eternũ. s. aĩam xp̄i de nouo creatam: ⁊ corpus de natura adam: eternũ. i. naturã diuinitatis inuicem vniuit, hec ille. B̄tã virgo habuit. x. dragmas. i. x. ordines sanctorũ. s. nouẽ angeloꝝ ⁊ decimũ hoĩm saluandorũ: super quos fuit exaltata eterna predestinatione. Tũc perdidit vnã qñ ꝑ peccatũ ade natura humana fuit ꝑdita ⁊ de libro vite deleta. Exodi. xxxij. Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo. Accẽdit vero lucernã: qñ ĩ suo vtero ministrauit humanitatẽ igne diuinitatis inflammatam. p̄s. Paraui lucernã xp̄o meo. Et euertit domũ. i. ordinẽ vniuersi. Naz in eius partu primo illud qđ erat superius posuit inferius: q̄ verbũ diuinum cum esset supremũ: factũ est infimũ. Phil'. ij. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Scd̄o illud qđ erat inferius posuit superius: q̄ creatura rationalis infima in gñe intellectualiũ creaturarũ fuit eleuata supra celsitudinẽ earum qñ fuit a verbo assumpta Heb. i. Nusq̄ angelos apprehẽdit: s̄ semen abrahe. Tertio illud qđ erat añ posuit pꝰ: q̄ angelus qui erat prior hoĩe duratione perfectione ⁊ dignitate: factꝰ est eo posterior. Apoca. ix. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eũ. Quarto illud qđ erat posteriꝰ fecit esse prius: q̄ homo factus est deus. Apo. i. Ego sum alpha et ω. Quinto illud quod erat ad dexteram posuit mõ ad sinistram: q̄ iudei antiquitus erant ad dexteram per electionẽ. Nunc autẽ sunt ad sinistram ꝑ reprobatõem. Dañ. ix. Non erit eiꝰ populꝰ qui eum negaturꝰ est. Sexto illud quod erat ad sinistrã posuit ad dexteram: quia gẽtiles antiquitus erant ad sinistram ꝑ reprobatõem Nũc aũt sunt ad dexterã ꝑ electõez. p̄s. Populꝰ quẽ nõ cognoui seruiuit mihi. Septĩo illud qđ erat ꝓpinquũ posuit remotũ: q̄ cũ maxima ꝓpinquitas sit nature ad ꝓpriam ꝑsonalitatẽ: in xp̄o fuit natura hũana sine ꝓpria ꝑsonalitate p̄s. Q̄ dñi est assũptio nostra. Octauo illud qđ erat remotũ: posuit ꝓpinquũ: q̄ natura diuĩa q̄ maxĩe remota cõiũcta ẽ nature hũane ĩ eođ supposito. Eph̄. ij. Ipse est pax nr̄a q̄ fecit vtraq̧ vnũ. Etiã beata virgo dragmam perditam diligenter quesiuit: quia per actus suos meritorios

satagebat venire ad celuȝ empireū a quo de
us hominē expulerat Eccľ xxiiij. In omni-
bus requiē quesiui. Et post diligentē inquisi
tionē eam repperit per incarnatiōeȝ filij dei
in vtero ei⁹. Eccle. li. Inueni mihi multā re
q̄em ꝛc. Tertio pastores quesiuerūt xp̄ȝ. iux
illud Luc. ij. Pastores loquebantur adinui
cem: transeam⁹ vsq̄ȝ bethleem ꝛ videam⁹ h
verbum qđ factum est: qđ dñs fecit ꝛ osten
dit nobis. Et venerūt festinantes: ꝛ inuene
rūt mariā ꝛ ioseph ꝛ infantem positū in pre-
sepio. Sup quo Beda in homeľ. dic̄ sic. Pa
stores quidē illi felici gaudio festinauerunt
videre qđ audierunt. Et q2 ardēti amore q̄-
sierunt inuenire meruerūt cōtinuo saluato-
rem quē quesierunt. hec ille. ¶ Quarto magi.
Unde Aug. in sermone de Epipha. dicit sic
Tribus magis in oriente positis stella noue
claritatis appuit: que illustrior ceteris: pul-
criorq̄ȝ syderib⁹: facile in se intuentium ocu
los animosq̄ȝ cōuerteret. vt cōfestim aduerte
retur nō esse ociosum qđ tam īsolitū videba
tur. Dedit ergo aspiciētib⁹ intellectū que pre
stitit signū. Et qđ fecit intelligi: fecit inquiri
et se inueniendū obtulit requisitus. hec ille.
Et inuēto ip̄m adorauerunt ꝛ munera eiđ
obtulerūt: vt pȝ mat. ij. V ¶ Decimaseptima lr̄a
designās. xvij. lapidem preciosuȝ in corona
humanitatis xp̄i: hodie nobis nati est. R
Nā hec sacratissima natiuitas est recōcilia-
tiua. Ber. lib. de noua militia dic̄ sic. Nunq̄
plus potuit adam in malo q̄ xp̄s in bono. si
ex deo nati ꝛ in xp̄o electi sumus: que nā iu
sticia est vt plus noceat generatio humana
atq̄ȝ terrena q̄ȝ prosit generatio celestis ꝛ di
uina. hec ille. Sciendū q̄ quattuor questio-
nes fuerūt pposite ꝛ diffinite in consistorio
trinitatis circa recōciliationem humani ge-
neris. Prima questio fuit. Quid debebat fi
eri de homine an deberet redimi an nō. Sur
rexit iusticia aduocans ꝯtra hoīeȝ dic̄ sic. Iu
stus iudex vt tu deus nō debet esse acceptor
psonarū. C. de pena iudicum qui male iudi
cant. l. vltima. ꝛ. xi. q. iij. c. Quattuor. ca. Qui
cūq̄ȝ. Ideo sapie. vi. dicit. Eq̄liter ei cura est
de oībus. Cuȝ ergo tu deus a principio mū
di creaueris duas naturas: scȝ angelicam ꝛ
humanam. Sed de natura āgelica multi ce
ciderunt. ꝛ similiter de natura humana: er-
go non magis debet redimi vna q̄ altera.
Itaq̄ȝ cum disposueris non redimere natu-
ram angelicam: ergo nec debes redimere na
turam humanam. Surrexit domina miseri-
cordia aduocans pro homine ꝛ dicens sic.
Uerum est quod dicit domina iusticia. s. q̄
non debes magis saluare ꝛ beatificare vnā
naturam q̄ aliam. Sed de natura angelica
multos saluasti ꝛ beatificasti: ergo de natu
ra humana multos debes saluare ꝛ beatifi-
care. Confirmo istud: quia natura angelica
partim est saluata ꝛ ptim dānata. Sed to-
ta natura humana perijt cuius peccatuȝ est
remediabile: quia alio suggerente peccauit.
Et de venia cogitauit: vt dicit. ij. sen. ergo ꝛc.
Auditis rationibus vtriusq̄ȝ partis diffini-
uit sancta trinitas q̄ homo reconciliaretur
dicēs illđ p̄s. Qm̄ in me spauit liberabo eū
protegam eū quoniā cognouit nomen meū
qđ non fecit demon manens in sua obstina
tione. Secūda questio fuit. Quis debebat
mitti ad hominem redimendū. Surrexit do
mina iusticia dicens q̄ omnes tres persone
diuine debebāt mitti. Primo persona patris
cum ista redemptio sit op⁹ magne potētie
et potentia attribuitur patri. Secūdo secun-
da persona: videlicet persona filij cum ista
redēptio sit op⁹ magne sapiētie: ꝛ sapiētia at
tribuitur filio. Tertio tertia psona. s. spirit⁹
sancti cū ista redēptio sit opus magne mise
ricordie ꝛ mīa attribuitur spiritui sc̄tō. Sur-
rexit domina mīa dic̄ q̄ nō erat equū aliā p
sonam mitti nisi psonam filij. Q2 ad filium
spectat iniuriam remittere quaȝ ab homine
passus est in eo q̄ appetijt equalitatē diuine
sapiētie: vt patet. ij. sen. Auditis rationibus
vtriusq̄ȝ ptis diffiniuit sc̄ā trinitas q̄ filius
mitteret. dic̄ illud. i. R. x. Tu liberabis ppl̄ȝ
meum de manib⁹ inimicoꝝ. Tertia questio
fuit. Quis erit modus istius liberationis.
Surrexit domīa iusticia dicēs q̄ null⁹ erat
modus huiusmodi redemptionis: q2 nō re-
mittitur culpa nisi per satisfactionē ꝯdignā
Sed nullus potest satisfacere pro culpa hoīs
cum sit infinita. Nam homo nō potest satis
facere cum sit finite virtutis. deus autē non
debet cum nō cōmiserit culpā ergo ꝛc. Sur
rexit domina mīa dic. Ueruȝ est ꝛđ dixit iu
sticia. s. q̄ homo satisfacere non potest: et de-
us nō dȝ. Si isti duo adinuicem cōiungan-
tur sic q̄ deus fiat homo tunc ille poterit: q2
deus: ꝛ debebit q2 homo. Auditis rationi-
bus vtriusq̄ȝ partis diffiniuit sancta trinitas
quia inueniretur vna mulier de qua fili⁹ dei
carne assumpta ī carne nasceretur. Quarta
questio fuit. Quis potest inuenire talē muli
erem, iuxta illud prouerbioꝝ. xxxi. Mulierē

fortem quis inueniet: que deum τ dñm mū
di in vtero suo portare valeat. Tunc sancta
trinitas cōmisit gabrieli archangelo qui in
terpretatur fortitudo dei vt hanc mulierem
inueniret. Gabriel vero accessit ad filium
dei querens quas conditiones volebat in
matre sua. Filius respondit primo φ sit de-
spōsata: qr venio cōtra dyabolum: τ ne hūa
nam salutem impediat volo φ sit illi icogni-
ta. Scdo volo φ sit virgo: qr venio ɔ imun-
ditiam peccatoꝝ. Tertio volo φ sit humilli
ma: qr venio conculcare mundi superbiam.
Tūc gabriel habito mādato missus est in ci
uitatē galilee cui nomē nazareth ad virginē
desponsatam que habebat in se hec tria: τ re
diens ad filiū dei exposuit ei successum ꝓspe-
rū officij sui. Filiꝰ enī dixit illud ps. Hec re
quies mea. hic habitabo qm̄ elegi eam. Et ī
carnatus ex ea: hodie natus est vt hominē
deo reconciliaret. Paulus. ij. Cor. v. Deꝰ erat
in xp̄o mundū reconcilians sibi. ¶ Deci-
maoctaua littera designans. xviij. lapidem
preciosum in corona humanitatis iesu chri-
sti: hodie nobis nati est S ¶ Nam hec sacra
tissima natiuitas est sublimata. Unde maxi
mus in sermōe de natiuitate xp̄i dicit sic. Ita
verbum caro factū est: nō vt deus mutaret̄
in hominem: sed vt homo glorificaretur in
deum. Itaq3 nobis natus est deꝰ sed ex dua-
bus natiuitatibus. i. dei τ hominis: seipsum
vnigenitus patris atq3 insese hominē vnuz
esse deum voluit. hec ille. Sciendū φ in hac
natiuitate natura humana fuit verbo despō
sata. Unde remigius sup illo verbo. Mat.
xxij. Simile est regnū celoꝝ hoī regi qui fe-
cit nuptias filio suo: dicit sic. Tunc deus pa-
ter filio suo nuptias fecit quādo eum in vte
ro virginis humane nature cōiunxit. i. quā-
do deum quē ante omnia secula genuit: in fi
ne seculoꝝ hoīem fieri voluit. hec ille. Quan
do autē cōtrahitur aliquod matrimonium:
tunc circa sponsam contingūt quattuor mu
tationes. Prima est sequestratōnis: qr tunc
sponsa sequestratur a parentibus pro eo φ
desinit esse sub potestate patris: et incipit eē
sub potestate viri: in cuiꝰ signū nūeri. xxx di-
cit φ q̄diu puella est in domo paterna vo-
tum eius est in potestate patris. si autē nu-
pta fuerit: tunc votum eius non erit in pote-
state pr̄is sed viri. Scd̄a est copulatōnis: qr
tunc sponsa alienis parentibus copulatur ꝓ
eo φ ex tali desponsatione contrahit affini-
tatem cum parentibus viri: ita vt cum eis cō

trahere nō valeat sm̄ aliquot gradus: vt ha
betur leuitici. xviij. Tertia est priuatiōis: qr
tunc sponsa propria nobilitate priuatur pro
eo φ a ꝓprijs parentibus sequestrat̄. Unō
si filia regis nubat plebeio priuatur nobilita
te regia: in cuius signum Leuiti. xxij. Habet̄
φ filia sacerdotis nupta cuicunq3 de populo
nō debeat vesci de scrificatis. Quarta ē no-
bilitationis: qr tunc sponsa ad alienā digni-
tatem assumitur ꝓ eo φ viri parentibus co
pulatur. Unde si filia nobilis nubat regi vel
filio regis: assumitur ad regiam maiestatem.
Exemplū de hester quam rex assuerꝰ voluit
esse reginam cum esset de humilibꝰ parenti-
bus nata. Unde dicebat ei Mardocheus.
Memēto dierū humilitatis tue: in quibꝰ nu
trita es. Hester. ij. Ideo ponit̄ ista lex φ qn̄-
cūq3 aliquod matrimoniū cōtrahitur sponsa
a viri cognomine nuncupatur. Unde Esa.
iiij. Mulieres prenūciant viro dicētes. Pa-
nē nostruz comedemꝰ τ vestimētis nostris
operiemur tm̄mō inuocetur nomen tuū sup
nos. Ad has aūt mutationes designandas
dixit adam de sponsa. Gene. ij. Relinqt ho-
mo patrem τ matrem τ adherebit vxori sue
τ erūt duo in carne vna. In hoc sacramēto
natiuitat̄ xp̄i natura hūana assūpta est ad di
gnitatē diuinitatis vt ꝓpter hoc homo sit deꝰ
ecce sublimitas eiꝰ ¶ Decianona littera desi
gnans. xix. lapidem preciosum in corona hu
manitatis iesu xp̄i hodie nobis nati est T
Nam hec sacratissima natiuitas est trāsmu-
tata: qm̄ excedit omnē transmutationem tā
naturalem φ miraculosam. Sciendum φ
trāsmutatio miraculosa ē quadruplex. Pri
ma est creationis. s. quando ex nihilo fit ali-
qd: vt dicit magister sentē. libro. ij. in princi.
Hec autem incarnatio nō est creatio cū non
fit ex nihilo aliquid factum: sed potius ex ali
quo: qr de filio dei factꝰ est filiꝰ marie. Scd̄a
est trasubationis. s. quando panis trāsubā-
tur in corpus christi. Sed ista incarnatio nō
est transubatio: quia in transubatōne substā
tia panis nō remanet: sed fit substantia cor-
poris christi. in incarnatione aūt remāsit na
tura humana cui esse diuinum fuit cōmuni-
catum ¶ Tertia est multiplicationis: qualis
fuit in costa ade de qua formata est eua: vt
patet genes. ij. Et multiplicatio. v. panū in
deserto: vt habetur Johānis. vi. Hec autem
incarnatio nō est multiplicatio. Qr in multi
plicatione non oritur naturarum pluralitas
Nam multiplicatus panis a se nō multipli-

De decimooctauo
Natiuitas ista sacratissima est sublimata

De decimonono
Natiuitas ista est transmutata

cato nō est alterius nature. Et costa multi-
plicata:a se nō multiplicata ñ differt in na-
tura. Sed in incarnatione est naturaruʒ plu
ralitas in vnitate ꝑsone:verbi diuini. Quar
ta est conuersionis.s.qua dominus conuer-
tit aquam in vinum:vt patet Johannis.ij.
Hec autem incarnatio nō est cōuersio: quo
niam nec verbum mutatum est in carnem :
nec caro in verbum. Unde leo papa in ser-
mone de natiuitate domini dicit sic. Salua
vtriusqʒ proprietate substantie et in vnam
coeunte personaʒ suscipitur a maiestate hu-
militas: a virtute infirmitas : ab eternitate
mortalitas. Ecce quomodo incarnatio exce
dit transmutationem miraculosam. Trans-
mutatio vero naturalis est duplex.s. simpli-
citer:scʒ quādo vna substantia generatur ex
alia/vt aer ex igne ꝫm phm.i. de generatiōe
Sed incarnatio nō est generatio simplicit.
Quia in generatione simpliciter illud quod
est terminus generationis non preexistebat:
ideo qꝛ illud quod generatur nō est vt pa-
tet.v.phicoꝝ. Illud autē ad quod termina-
tur incarnatio est verbum eternum per as-
sumptionem humane nature cui cōmunica-
tum est esse diuinū. Secunda generatio na-
turalis est ꝫm quid: scʒ quando generatur a
liquod accidens vt puta quando homo fit al
bus aut grāmatic⁹. Sed ista incarnatio non
est generatio ꝫʒ quid. Quia in generatione
ꝫm quid illud quod de nouo acquiritur edu
cit̃ de potētia subiecti. Exemplū cum hō ac-
quirit albedinē illa albedo educit̃ de potētia
subiecti.s.hoīs albi. In īcarnatione aūt hūa
nitas nō educit̃ de potētia verbi subiectiua
cū nihil materiale in ipso existat. Tamen in-
carnatio habet similitudinē cū trāsmutatōe
ꝫm quid q̃ʒtum ad duo. primo in transmu-
tatione ꝫm quid ex eo qđ prefuit ⁊ ex eo qđ
aduenit non resultat vna tertia natura vt di
cit̃.iiij.metha. Sic in incarnatione ex diuini
tate ⁊ humanitate nō resultat vna tertia na
tura.iuxͣ illđ damasceni li.ij. in dño iesu nō ē
cōem speciem accipere. Secūdo: qꝛ cū aliq̃d
transmutat̃ ꝫm quid nō acq̃rit nouū esse: qꝛ
accidēs aduenit subiecto post ei⁹ esse cōpletū
Sic in incarnatōe verbū nō acquisiuit nouū
esse:sed natura assumpta aduenit sibi post il
lud eē eternū quod accepit a patre ꝑ eternā
generationē Phil.ij In similitudineʒ homi
nū factus:⁊ habitu inuētus vt homo. Quia
natura humana aduenit verbo per modum
habitus. Uigesima littera designās.xx.
lapidē preciosum in corona hūanitatis xp̄i:
hodie nobis nati ē U. Nā hec sacratissima
natiuitas est verificata.s.miraculis. Uñ q̃t-
tuor gn̄a miraculoꝝ verificauerūt xp̄i nati-
tatē. Primū gen⁹ fuit ī corpib⁹ celestib⁹. vñ
crisostom⁹ dic̃ ꝙ tunc circa solē appuit cir-
culus aure⁹. Itē appuerūt tres soles q̃ post
modū in vnū redacti sunt. Itē appuit stella
magis in oriēte positis. Itē apparuit circul⁹
aure⁹ in cui⁹ medio erat puella puerū tenēs
in brachijs. Scd̄m fuit in corpibus terrestri
bus.s.in quattuor elemētis. Ignis em̄ vidit
nouā claritatē:qꝛ illuminabat ⁊ nō cōbure-
bat. Sicut rubus ardebat ⁊ nō cōburebatur
Exo.iij. Sic beata virgo igne sp̄us sancti in-
flāmata nulla cōbustione ꝯcupiscētie adure
batur. Item fons aque rome in oleū est con
uersus. Itē aer vidit nouā claritatē. Qꝛ cla-
ritas dei circūfulsit illos Luc.ij. Terra inue-
nit nouā fecūditatem:qꝛ de vineis engaddi
balsamū ꝓrupit miraculose. Can.ij. Uinea
nostra floruit. Tertiū gen⁹ fuit in creaturis ī
sensibilibus.s.in tēpli fractione. Prenūcia-
tū eniʒ fuerat ꝑ deos ꝙ templū a romanis
edificatū tā diu duraret q̃ʒ diu virgo pare-
ret. Quod illi putātes īpossibile dixerūt. Tē
plū eternū.sed fundit⁹ corruit in xp̄i natiui-
tate. Itē oīa ydola egipti hac die parit̃ cor-
ruerūt. Itē statua romuli dei romanorū cō-
fracta est ⁊ cōminuta. Quartū gen⁹ fuit in
creaturis cognoscentib⁹. Nam bos ⁊ asinus
miraculose dñm cognoscentes:flexis genu-
bus ip̄m adorauerūt. Itē oēs sodomite ex-
tincti sunt. Item octauianus imperator re-
nuit vocari dominus mundi. Item sibilla
ostendit ei aram celi ⁊c̃. Uigesimapri-
ma littera designans supremum lapidē pre
ciosum in corona humanitatis christi:hodie
nobis nati est. X. Nam hec sacratissima na-
tiuitas est cruce signata. Unde idō xp̄s na
scit̃ vt tandē in cruce moriat̃. ⁊ sicut crux ei⁹
cōstituet̃ ex quattuor ꝑtib⁹: sic hoc nomē ie
sus constat ex quattuor litteris. Prima est i
et sig̃t virtutem iusticie in xp̄o cum sit litte-
ra recta ad modum regule. Esa.xi. Erit iusti
cia cingulum lumboruʒ eius. Scd̄a est e ⁊ si
gnificat virtutē mīe in xp̄o:qꝛ est clausa a si
nistris et aperta a dextris:quasi obliuiscens
mala et largiens bona. Titum tertio. Non
ex operibus iusticie que fecimus nos : sed
ꝫm misericordiam saluos nos fecit. Tertia
est s. et significat virtutem humilitatis :
quia licet sit littera alta est tamē capite in

clinata phil'.ij. Semetipsum exinaniuit for-
mam ƀui accipiens. Quarta est u ꝛ figt vir
tutem paupertatis: qꝛ est totaliter clausa a
parte iferiori ꝛ apta a pte supiori Mat. vi.
Nolite thesaurisare vobis thesauros in ter-
ra Luc. ij. Inuenies infantem pannis in-
uolutū et positum in presepio. Sic ergo ca-
ro xpi est dyadema: qꝛ ē ex omni parte clau-
sa ꝛ vna tantū linea clauditur: quia soluz ex
purissimis sanguinibus virginis fuit forma
mata. et causa extitit nostre victorie ꝛ coro-
ne cōtra dyabolum: qd̄ nulli alteri concessū
est. ideo dicitur. In propria venit. Hic per
gratiam tandem p gloriam. Amen.

¶ Dominica infra octauas natiuitatis do
mini Sermo. xiiij.

Puer autē crescebat et confortabatur plenus sapien
tia Luce. ij. Et in euāgelio ho-
dierno. Sanctus paulus. i. co-
rin. xv. capi. dicit sic. Factus est primus A-
dam in animā viuentē nouissimus adam in
spm̄ viuificantem. Primus homo de terra
terren⁹. Secūdus hō de celo celestis. Qua-
lis terren⁹ tales ꝛ terreni: qualis celestis ta
les ꝛ celestes. hec ille. In hijs verbis vocat
xp̄m scd̄z adā: cuius ratio est duplex. Pria
quia sicut prim⁹ adam est format⁹ de limo
terre diuina ꝟtute solū. ita xp̄s mystico spi
ramine de purissimis sanguinib⁹ ꝟginis glo
riose. Secūda: qꝛ sicͭ adam dormiente for-
mata est eua: sic de xpi latere soporati in cru
ce formata est ecclesia. ideo vocatͬ scd̄s adā
Sup hoc queritur sic. A Utrum xp̄s ab
instāti sue cōceptionis hūerit oēz plenitudi
nez create pfectionis. Ecce adā format⁹ est
pfectus magnitudine: fortitudine: ꝛ vigore.
ita ꝙ non creuit in istis: sed fuit formatus
iperfect⁹ sapiētia ꝛ cognitione grā ꝛ carita-
te: ita ꝙ creuit cognitione caritate ꝛ sapien
tia. Ideo qritͬ an sic fuerit de xp̄o vel nō. Re
spondet scūs Tho. iij. q. xij. ar. ij. in respōsiōe
principali dicēs. Duplex est pfectus sciētie
Un⁹ quidē ƀm essentiam. s. prout habit⁹ sci
entie augetur. Alius aūt ƀm effectum. Exē
plum si aliquis ƀm eundē ꝛ equalem habi-
tum sciētie. primo minora. alijs demonstret:
et postea maiora ꝛ subtiliora. Hoc autem se
cundo modo manifestū est ꝙ xp̄s in scien
tia ꝛ gratia pfecit sicut ꝛ in etate: qꝛ scz ƀm
augmētum etatis opera maiora faciebat q̄
maiorem sapientiam ꝛ gratiam demonstra

bāt. Sz q̄ztum ad habitum scientie manife-
stum est ꝙ habitus scientie infuse in eo nō
est augmētatus: cum a principio plenarie si
bi fuerit infusa omnis sciētia vt multo min⁹
sciētia beata in eo augeri potuit. De scientia
aūt diuina patet ꝙ nō potest augeri. ß pter
habitum sciētie infuse fuit in christo quidaz
habit⁹ sciētie acquisite. s. extrahere species in
telligibiles a fantasmatib⁹ cuz sit quedā na-
turalis actio hominis ƀm intellectum agen
tem ꝛ iste hitus per hmōi abstractionem
specierum a fantasmatibus potuit augmēta
ri: prout. s. intellectus agens post prias spēs
itelligibl'es abstractas a fātasmatib⁹ potͬat ēt
alias abstrahere. hec ille. Secūdo respōdet
ambrosi⁹ dicens. Jesus proficiebat ƀm sapi
entiā humanam. sapientia aūt humana est
que humano modo acquiritͬ. s. per lumen in-
tellectus agētis. Ad euidentiam clariorem
hui⁹ questionis: pono quattuor flores. B

¶ Prim⁹ flos. Puer iste be
nedict⁹ sic vtrāqꝫ naturā hꝫ vere: sic de⁹ ꝛ hō
dꝛ syncere. Hoc nobis reuelauit de⁹ pater du
plici signo ꝛ presagio: vt patet ex textu sacre
scripture. Primū fuit Gen̄. xxv. Ubi habetͬ
ꝙ in vtero rebecce duo gemelli iuēti sunt. s.
esau ꝛ iacob. Ita ꝙ fuerͭ due gētes in vtero
eius. Per rebeccā significatur beata virgo:
quoniā rebecca interp̄tatur multuz a deo ac
cipiens. Sed beata virgo pre alijs mulieri-
bus multum a deo accepit: scz plus gratie:
plus glorie: vt dicit Bernardus super mis-
sus est. Gemelli sunt filius dei patris. et fili
us hominis matris. Esau est filius homīs
matris hyspidus et pilosus qꝛ superfluitati-
bus ꝛ defectibus naturalibus plen⁹. Jacob
est filius dei patris simplex: ꝛ domi quietus
qꝛ in sinu patris perpetuo quiescēs. Isti duo
sunt simul in eodem vtero quia in xp̄o par
uulo: sunt in eodem supposito in virginis vte
ro ꝛ nunc in eius gremio: vt patz. Secundū
fuit ostēsuz. Ezechieli i. ca. Nā vidit nubem
magnam ꝛ ignem inuoluentem ꝛ splendo-
rem eius quasi speciem electri. Per nubem
significatur beata virgo: qꝛ christum obum
brauit. Luce. i. Uirtus altissimi obumbrabit
tibi: qꝛ vmbraculum faciet tibi: vt dicit Ber-
nardus vt sic dicatur: qꝛ nubes suscepit euz
ab oculis nostris Act. i. Etiam quia ab estu
dūie seueritatis nos refrigerauit sua inter-
positione ꝛ humiliatione. Etiam qꝛ effudit
pluuiā gratiarū sua impetratione. Per ignē

significatur spũssancti ardor: q̄ venit in nubem id est in beatã virginẽ: q2 spũssctũs superueniet in te. Luc. i. Per splendorẽ significatur fidei clara cognitio: quã angelo reuelãte accepit ⁊ nũq̃ perdidit. Luc. ij. Beata q̄ credidisti qm̃ ꝑficient in te q̄ dicta sũt tibi a dño. De medio ergo nubis q2 de vtero beate virginis ꝓcessit q̄si species electri. i. xp̃s deꝰ ⁊ hõ qui electro ꝓprie cõparat vt optime deducit Greg. sup Ezechielẽ exponẽdo istã figurã. Nã in electro est aurũ ⁊ argentũ: ⁊ ex hijs duobꝰ miscet: ita in xp̃o est diuinitas q̄ designat ꝑ aurũ: ⁊ hũanitas q̄ designat ꝑ argentũ: ⁊ ex hijs duabꝰ naturis ꝑsona xp̄i cõplectit. In electro ex tali cõmixtione argẽtũ crescit ĩ claritate: aurũ vero a suo fulgore pallescit. Sic in xp̃o ex vnione istarũ duarũ naturarũ hũanitas nostris oculis crescit ad dignitatẽ q2 nobilitat: sed diuinitas ad minorationẽ q2 minorat. ps. Minuisti eũ paulominꝰ ab angelis glia ⁊ honore coronasti eũ. In electro videmꝰ splendorẽ ⁊ sonoritatem ꝑmũ rõne auri. secũdũ rõne argẽti. ita ĩ xp̃o apparet splẽdor rõne admirande operatõis in sua cõceptõe: ĩmo est ipse splẽdor dei patris q̄ est sol. ad Heb. i. Qui cum sit splẽdor glie ⁊ figura substantie dei ⁊c̃. In xp̃o apparet sonoritas rõne sue ꝑdicatõis in eiꝰ locutione. ergo de medio nubis ꝓcessit species electri q2 de vtero virginis ꝑsona xp̄i filij dei ⁊ hõis cũ sit verus deꝰ ⁊ verus hõ. In cuiꝰ signum si xp̃s nõ fuisset hõ: quomodo fuisset de muliere ꝯceptꝰ: si nõ fuisset deꝰ quomodo fuisset sine virili semĩe de sanguinibꝰ ꝟginis formatꝰ: Si nõ fuisset hõ quomodo fuisset de muliere natꝰ: si nõ fuisset deus: quõ fuisset clauso vtero egressus: Si nõ fuisset hõ quõ lac suxisset: quõ fuisset pastus: Si nõ fuisset deꝰ quõ de celo vbere pleno fuisset alitꝰ: Si nõ fuisset hõ quõ fuissꝫ a pastoribꝰ visitatꝰ: si nõ fuisset deꝰ quõ fuisset ab angelis canẽtibus demõstratꝰ: Si nõ fuisset hõ quõ fuisset circũcisus: si nõ fuisset deꝰ quõ angelo predicãte fuisset iesus vocatꝰ: Si nõ fuisset hõ quõ fuisset a magis ꝑquisitꝰ cũ deꝰ sit vbiq3: si nõ fuisset deꝰ quõ fuisset adoratꝰ cũ adorari sit ꝓpriũ dei: Si nõ fuisset hõ quõ obtulissent ei mirrã ad corpꝰ cõsolidãdũ: si nõ fuisset deꝰ quõ obtulissent ei aurũ ad regiã maiestatẽ ostẽdẽdã: ĩmo quõ thus ad eũ verũ deũ venerandũ: ergo iste puer bñdictꝰ est simul deꝰ ⁊ hõ. vñ Hylariꝰ li. ij. de trini. dic̃ sic. Parit virgo ꝫ partꝰ a deo est. Infans vagit laudantes angeli audiunt. pãni sordent: deꝰ adorat. Itaq3 potestatꝫ dignitas non amittitur: dũ carnis hũilitas predicat. hec ille. Et Hiero sup eplam heb. dicit sic. Respicis cunas xp̄i vide parit ⁊ celũ. Uagientẽ in presepe intueris infantẽ: ꝫ ãgelos simul auscultã laudãtes. Herodes ꝑsequit: sed adorant magi. ignorãt pharisei: sed stella demõstrat. baptizat a seruo: ꝫ vox dei desuper tonãtis audit. Aquis ĩmergit: sed colũba descendit ĩmo spũs in colũba. hec ille. Ecce quomodo in xp̃o puero nõ fuerũt hũilia tantũ hũanitatis ⁊ infirma: sed ⁊ sublimia diuinitatis ⁊ excelsa ⁊c̃. E

Secũdus flos. Puer iste

benedictꝰ q̃tũ ad naturã diuinã sic fuit plenus sapiẽtia ⁊ cognitõne q̃ nunq̃ creuit in vlla huiꝰ ꝑfectiõe. hoc ostẽdit deꝰ duplici signo ⁊ ꝑsagio sacre scripture. Primũ habet Apoc̃. iiij. vbi iohãnes vidit sedẽ ⁊ sup sedẽ sedentẽ q̄ erat similis aspectui iaspidis. Per istã sedẽ intelligit btã virgo in cuiꝰ medio. s. priꝰ in vtero ⁊ nũc in gremio xp̃s dei filiꝰ requiescit q̄ dr̃ similis lapidi iaspidis: q2 sicut iaspis a sui ꝑncipio habuit totã suã virtutẽ ⁊ perfectionẽ ⁊ viriditatẽ nec ampliꝰ in hijs creuit: sic xp̃s dei filiꝰ ab eterno sue gñatiõis habuit totã suã virtutẽ ⁊ ꝑfectionẽ: ideo dr̃ quiescere ⁊ sedere: q2 a minori perfectõe ad maiorẽ nõ mouet: q2 habitibꝰ ꝑsentibꝰ ĩ materia cessat motꝰ. vt dr̃. ij. de gñatõne. Secũdum habet Apoc̃. x. vbi dr̃ q̃ iohãnes vidit angelũ descendẽtẽ de celo amictũ nube ⁊ facies eiꝰ erat sicut sol. Per istũ angelũ intelligit xp̃s dei filiꝰ q̄ dr̃ angelꝰ rõne missionis: q2 missus est in mũdũ ad nos docendũ ⁊ illuminandũ. Esa. ix. Uocabit nomẽ eiꝰ magni consilij angelꝰ. Et eccl'ia cantat. Angelꝰ cõsilij natꝰ est de virgine: sol de stella. Per nubem intelligit hũanitas xp̄i q̄ velat filij dei diuinitatẽ ⁊ obũbrat. Per faciẽ intelligit diuinitas xp̄i: q2 sicut facie hõ cognoscit. sc3 q̃ sit hõ: ita xp̃s diuinitate q̃ sit filiꝰ dei: q̄ q̄dẽ est sicut sol. Nã sol oĩa illumĩat nũc vnã partem nũc aliã: ⁊ tñ nõ crescit nec auget lumine nec ꝟtute nec q̃titate ⁊ hꝫ in se l3 plꝰ de feruore ⁊ lumĩe nobꝫ infundat vno tp̄e q̃ alio. S3 alij planete crescũt ⁊ augmẽtant lumĩe ⁊ ꝟtute. vt p3 in luna. Sic xp̃s in q̃tũ deꝰ oĩa illumĩat plus vnũ q̃ aliũ ⁊ magꝭ vno tp̄e q̃ alio. vt patuit ĩ aplis. tamẽ ipse q̃tũ ẽ de se nũq̃ creuit cognitõne: virtute: aut perfectõe

ab eterno sue gñatõnis: sicut nec sol a ꝑnci-
pio sue creatõnis: ꝙuis alij hoĩes aliquãdo
augmẽtant charitate ⁊ grã: ⁊ aliqñ minuãt
vñ Jacobi.i.dr. Apud quẽ nõ ẽ trãsmutatio
nec vicissitudinis obũbratio. Sic ergo iste puer
bñdict⁹ a ꝑncipio sue gñatõnis tãtũ sciuit ⁊
potuit inꝙtũ de⁹ ꝙtũ in etate ꝓuectiori. ido
Leo papa i ſmo. de nati. dñi dic sic. Cũ ergo mi
sericors oĩpotẽsqz saluator ita susceptõis hu
mane moderaret exordia: vt ꝟtutẽ insupera
bilis a suo hoĩe deitat ꝑ velamẽ nr̃e infirmi-
tatis abscõderet illusa est securi hostis astu-
cia: q natiuitatẽ pueri i salutẽ hũani gñis ꝓ-
creati: nõ alit sibi ꝙ oĩz nascẽtiũ putauit ob-
noxiã. Vidit em̃ vagiẽtẽ atqz lachrymantẽ.
vidit pãnis iuolutũ ⁊ legali sacrificio ꝑfun-
ctũ. Agnouit deinceps solita incremẽta pue
ricie ⁊ vsqz ad viriles ãnos nõ dubitauit de
naturalib⁹ augmentis. hec ille. Et Fulgẽti⁹ i ser
mo. de nati. dñi dic sic. Hodie xps iesus dñs
nr̃ in q est diuinitatis plenitudo carnis nr̃e in
firma suscipiẽs. nou⁹ nat⁹ est hõ. hodie exor
tũ est in tenebris lumẽ. hodie illũ quẽ celi se
hr̃e gaudebãt mũd⁹ dũ nescit accepit. Nou⁹
quidẽ hõ: sed dñs sempitern⁹. Nou⁹ xps: sed rex oĩz
seculorum. hec ille. Et Orige. in homel. sup ꝟbũ
thematis dic sic. Xps iesus i eo ꝙ puer erat. i.
habitũ hũane fragilitatis induerat crescere ⁊
ꝯfortari hẽbat. In eo ꝟo ꝙ ⁊ ꝟbũ dei ⁊ de⁹
etern⁹ erat nec ꝯfortari idigebat nec hẽbat au
geri. Vñ rectissime plen⁹ sapia ⁊ grã ꝓhibet
Sapia quidẽ qr in ipo habitat oĩs plenitudo
diuinitatis corporalit: grã aũt qr eidẽ media-
tori dei ⁊ hoĩz hoĩ iesu xpo magis grã donata
est: vt ex quo hõ fieri cepisset ꝑfect⁹ eẽt etiã de⁹.
Cui silr ẽ ꝙ ꝓhibes eũ plenũ grã ⁊ ꝟitate: eã-
tem nō est electio sed volūtas dei. Nam vbi dr. Iste facit: iste nō facit: merita ꝯsiderant, electio est nō sors: qñ aūt deus nulla merita nostra inuenit sorte volūtatis sue nos saluos fac̄ q̄a vult nō q2 digni sumꝰ. h est sors. Volūtas ergo dei in humano genere sors est. sors veniēs de dei occulta voluntate apud quē nō est iniq̄tas. Non em̄ ꝑsonas accipit sed occulta illius iustitia sors est: h ille. Super quo moueo talē questionē. Utrum btūs mathias cōneniēter aploꝝ collegio debuerit ānumerari ꝑ sortes quas ecclesia statuit oīno reprobari. ¶ Ad istam questionē rñdent duo doctores ecclesie ¶ Primus est Augustinus in sermone hodierne festiuitatis dicēs sic. Deniq3 vt apostolorum actuuz docent scripta. postq3 iudas suis sceleribꝰ penam dignā suspēdendo se suscepit: ne apostoli vndenarij impfectione velut decalogi transgressores remanerēt: barsabam ⁊ mathiam eligētes in medio statuerūt atq3 fusa ad deū p̄ce sortes sup eos dederūt. Legimꝰ em̄ in veteri testamēto Jonam ꝓphetā cuz mallet fugere q̄ niniue subuersionē p̄dicare ob maris tempestat̄ periculū sortis agitatōe dep̄hensum. quod l3 ꝑ dispensationē diuinā credamus cōtigisse: nō tñ trahere debemus in exemplū quod a nr̄is gētibus constat ꝑ actum. Sed tñ lege dñi summꝰ sacerdos sorte querebat̄ sicut de zacharia dictū est q̄ fm ꝯsuetudinē sacerdotij sorte exijt vt incēsum poneret. q̄ra in re mistice monstrabat̄ veruz sacerdotē sorte esse querendū donec ille veniret in carnē qui vt ait apl's nō ꝑ sanguinē hircoꝝ aut vituloꝝ: sed ꝑ ꝓpriū sanguinem introiuit semel in sancta eterna redēptione inuēta. Et q2 saluator nō venit legē soluere: sed adimplere. apl'i nō debuerīt subito a mādato veteris legis discrepare: donec radiente lumine euangelice p̄dicationis paulatim euanesceret vmbra veritat̄ vt sicut magister sua circūcisione ac legalibus hostijs ꝓ se deo p̄ri oblatis terminū imposuit circūcisioni ac veteri legi. Ita ⁊ discipuli hac vice finem iposuīt ātiquarū sortiū inq̄sitioni: hic ē q̄ post modū septem dyaconi nequaq̄ ad opꝰ ministerij sorte venisse legunt̄: sed tm̄ oratiōe apostoloꝝ pariter ⁊ manuū impositiōe venerabil'r ordināt̄: hec ille. Secūdus est sanctꝰ Thomas. ij. ij. q. xcv. arti. viij. in rñ. dicēs sic Sortes ꝓp̄e dicunt̄ cū aliq̄d fieret cuiꝰ euētu ꝯsiderato aliquid occultū innotescat. Et si quidē querat̄ iudicio sortiū q̄d cui sit exhibendum siue illud sit res possessa siue sit honor siue dignitas seu pena aut actio aliqua vocat̄ sors diuisoria. Si autē inquirat̄ quid agere oporteat vocat̄ sors cōsultoria. Si vo querat̄ quid sit futurū vocat̄ sors diuinatoria. Actus aūt hoī3 qui requirunt̄ ad sortes nō subduntur dispositioni stellarū nec etia3 euētus ipoꝝ. Unde si q̄s ea intētione sortibus vtat̄ quasi hm̄oi actus humani qui requirunt̄ ad sortes fm dispositionē stellarum sortiant̄ effectū vana ⁊ falsa est opinio: ⁊ ꝑ ꝯñs nō carens demonū ingestione. Ex quo talis diuinatio erit sup̄stitiosa ⁊ illicita hac aūt causa remota necesse est q̄ sortialium actuū expectet̄ euētus. vel ex fortuna vel ex aliqua spūali causa dirigēte. Et si quide3 ex fortuna qd̄ solū pōt habere locū ī diuisoria sorte nō videt̄ habere forte: nisi vitium vanitatis: sicut si aliq̄ nō valētes aliq̄d cōcordit̄ diuidere velint sortibus ad diuisionem vti quasi fortune exponentes q̄s quam partem accipiat. Si vo ex spūali causa expectet̄ sortium iudiciū qñq3 quidē expectat̄ ex demonibus sicut legit̄ Ezech. xxi. q̄ rex babilonis stetit in biuio in capite duarū viarū diuinationē querēs: cōmiscēs sagittas interrogauit ydola ⁊ ea consuluit. Et tales sortes sunt illicite: ⁊ fm canones ꝓhibent̄. Qñq3 vo expectat̄ a deo fm illud puerb. xvi. Sortes mittunt̄ in sinū: sed a dño tempant̄. Et talis sors fm se nō est malū vt dicit augustinus. Et talibus sortibus vsi sunt apl'i in electiōe mathie: hec thomas. tñ ꝓ declaratione pono quattuor flores. B

¶ Primꝰ flos est iste. Sere

nū spectaculū quod h3 claritatē in offuscabilem p̄monstrauit aploꝝ oratiōnē fore deo acceptabilē. p3 ꝑ btm̄ Dionysiū lib. de eccl'iastica hierarchia. c. v. dicentē sic. De diuina autem sorte que sup mathia3 diuinitꝰ cedidit. Alij quidē alia dixerūt nō religiose sicut arbitror meā aūt ⁊ ipe intentionē dicā. Vident̄ em̄ mihi eloq̄a sancta sortē noīare thearchicu3 quoddā donū demonstrans illi hierarchico choro a diuina electiōe susceptum: hec ille. Ergo ista sors fuit quidā radius lucis descēdens sup mathiā. de q̄ sorte dr. i. Regum. x. Cecidit sors sup tribū bēiamin: q2 sicut ille fuit vltimꝰ p̄riarcharū: sic iste fuit vltimꝰ apostoloꝝ. Quō aūt cecidit sors sup eū sciendū q̄ sors ponebat̄ antiq̄tus ꝓpt̄ septē causas: Primo ad extollendū regale soliū. Exēplu3

de saule de quo dr.i.Regū.iiij.Certe videtꝭ
quē sorte elegit dñs. Scdo ad exercendū sa
cerdotale ministeriū. Exemplū de zacharia
de quo dr Luce p̄mo. Sorte exijt vt incensū
poneret. Tertio ad diuidendū hereditatꝭ fu/
niculū. Exemplū de filijs israel de q̄bus dicit
Josue.xv. Igit sors filioꝝ iuda p cognatio/
nes ista fuit ⁊c. Quarto ad distribuendū io/
cale spoliū. Exemplū de tunica xp̄i.ps.xxi.di
uiserūt sibi vestimēta mea ⁊ sup vestē meaz
miserūt sortē. Quīto ad augendū collegiuz
Exemplū de male agētibus.puerb.i. Sortē
mitte nobiscū:marsupiū sit vnuz oīm nr̄m.
Sexto ad discernendū diuinū iudiciū. Exē/
plū de Jona. Jone.i. Et miserūt sortes ⁊ ce/
cidit sors sup Jonā. Septimo ad discernen
dum diuinū sacrificiū. Leuit.xvi. Sacerdos
duos hyrcos faciat stare corā dño in ostio
tabernaculi testimonij mittēs sup vtrunqȝ
sortē.vnā dño ⁊ alterā capro emissario.cu/
ius sors exierit a dño offeret illum p pctō.
Eodē modo sortes fuerūt misse sup mathi/
am pp̄ter easdē causas. Primo qr mathias
eligebat in regē sicut apl̄i debent esse reges
sedētes sup thronos duodecim ⁊c. Luc.xxij
Scdo qr mathias eligebat in pōtificē sicut
apl̄i fuerūt pōtifices.ps. Ep̄atū eius.s.iude
accipiat alter. Tertio qr mathias eligebatur
in p̄dicatorem sicut apl̄i sorte diuiserūt sibi
mundū ad p̄dicandū. Marci.xvi. Euntes ī
mundū vniuersum p̄dicate euāgeliū omni
creature. Quarto qr mathias eligebat ī apo
stolū.s.ad complendū duodenariū numerū
aploꝝ.vt pz in epl̄a hodierna. Quinto quia
mathias eligebat in testē factoꝝ xp̄i. Act.i.
Oportet ex his viris q̄ nobiscū sunt ꝯgrega
ti in omni tp̄e quo intrauit et exiuit int nos
dñs iesus incipiēs a baptismate Johannis
vsqȝ ad diē qua assumptus est a nobis testē
resurrectiōis eius fieri nobiscū vnū ex istis.
Et statuerūt duos Joseph q̄ cognoīabatur
barsabas:et mathiaz ⁊ dederunt sortes eis.
⁊ cecidit sors sup mathiā:⁊ ānumeratus est
cū vndecim apl̄is. Sexto qr mathias elige/
bat in martyrē. Nam oēs apl̄i sunt marty
rio coronati. Act.v. Ibant apostoli gaudē
tes a cōspectu cōcilij:qm̄ digni habiti sunt p
noīe iesu cōtumeliā pati. Septimo qr ma/
thias eligebat in ministrū xp̄i.vñ apostoli
orātes dixerūt Act.i. Tu dñe q̄ corda hoīm
nosti ōnde quē elegeris ex his duobus vnū
accipe locū misterij hui⁹ ⁊ apl̄at⁹ de q̄ p̄uari
cat⁹ est iudas vt abiret in locū suū:h ibi. Et
sic pz ad q̄d sors cecidit sup mathiā. E

Secundus flos est iste.

Licz sors nihil mali cōtineat tñ vtentem ec
clesia anathematizat. Prima pars patet per
duos testes. Primus est Aug.in lib psal.vt
hr.xxvi.q.ij.c.sors:dicēs sic. Sors nō est ali
quid mali sed res in humana dubietate diui
nā indicās volūtatē. Scd's est scūs thomas
ij.ij.q.xcv.arti.viij.argu.ij. Et idē hr.xxvi.q.
ij.§.quod aūt sortes ⁊c.dicēs sic. Ea que a
sanctis in scripturis obs̄uata legunt nō vi/
dent esse illicita neqȝ mala:sed scti viri tam
in veteri q̄ in nouo testamēto inueniuntur
sortibus vsi esse. Legit em̄ iosue.vij.q̄ iosue
ex p̄cepto dñi iudicio sortiū puniuit Achor
q̄ d anathemate surripuerat. Saul etiā sorte
dep̄hēdit filiū suū ionathā mel comedisse vt
hr.i.reg.xiiij. Jonas etiaz a facie dñi fugiēs
sorte dep̄hēsus est missus in mare.vt legit
Jone.i. Zacharias etiā sorte exijt vt incēsuz
poneret ī templū.vt legit Luce.i. Mathias
etiā sorte est ab apl̄is in apl̄m electus:vt le
git Act.i. Quod g̃ tantoꝝ exemplis pbatur
pz malū nō esse:h tho. Scd'a ps pz p duos
testes. Primus est leo quart⁹:vt hr.xxvi.q.
v.c.sortes:dicēs sic. Sortes q̄bus cūcta vos
vr̄is discriminat.i.discernitis p̄uincijs:q̄s
p̄res damnauerūt nihil aliud q̄ diuinatio/
nes ⁊ maleficia esse decernimus. q̄pobrē vo
lumus illas oīno dānari:⁊ vltra intra xp̄ia/
nos nolumus noīari:⁊ ne exerceant anathe
matis interdicto phibemus:h ibi. Scd's est
cōciliū aurelianeñ.vt hr.xxvi.q.v.c. si quis.
dicēs sic. Si q̄s clericus monachus val secu
laris diuinationē vel auguria crediderit ob
seruāda:vel sortes q̄s mētiunt esse sanctoꝝ
q̄buscūqȝ putauerint intimādas:cū his qui
ei crediderint ab eccl̄ie cōione pellant:h ibi.
Cuius ratō assignat.xxvi.q.ij.§.hijs ita rñ/
det ⁊c.vbi dr sic. Anteq̄ euangeliū clarésce
ret pmittebant que tp̄e pfectionis disciplie
sunt penitus eliminata. Copula nāqȝ sacer/
dotalis vel ꝯsanguineoꝝ nec legali nec euā/
gelica vel apl̄ica auct'e phibet. Eccl̄iastica
tñ lege penitus interdicit fieri sortibus nihil
mali inesse monstrat:phibet tñ fidelib⁹ ne
sub hac specie diuinationis ad antiq̄s ydo/
latrie cultus rediret.h ibi. Licet em̄ sors nō
sit malū.pōt tñ ī ea quadrupl'r malū accide
re vt declarat sanct⁹ tho.ij.ij.q.xcv.arti.viij.
in rñ. Primo q̄dem si absqȝ vlla necessitate
eligit q̄d humano iudicio non comp̄hendit

Secūdo etiā si quis in necessitate absqꝫ re-
uerētia sortibus vtaꝛ. vnde sup actus aploꜝ
dicit beda vt hr̄. xxvi. q. ij. c. nō exemplo. Si
qui necessitate aliqua cōpulsi deum putant
sortibus exemplo aploꜝ esse consulendum.
videant hoc ipos aplos nō nisi collecto fra
trum cetu ⁊ p̄cibus ad deū fusis egisse. Ter-
tio si diuīa oracula ad terrēa negotia cōuer-
tanꝛ. vn̄ Aug. dic̄ ad iq̄sitōes ianuarij vt hr̄
xxvi. q. ij. c. his ⁊c. sic. His q̄ de paginis euan
gelicis sortes legūt etsi optandū est vt id po
tius faciāt q̄ꝫ ad demonia cōsulēda ꝯcurrāt
tn̄ ista mihi displicet cōsuetudo ad negotia
secularia ⁊ ad vite huius vanitatē diuina
oracula velle cōuertere. Quarto si in electio
nibus ecclesiasticis que ex spūs sancti inspi-
ratione fieri debent aliqui sortibus vtantur
vnde sicut beda dicit sup actus apostolorū
Mathias an̄ penthecostē ordinatus sorte q̄
riꝛ. scꝫ quia nōdū erat plenitudo spūs sācti
in ecclia effusa. Septē aūt dyaconi postea n̄
sorte sed electione discipuloꜝ sunt ordinati.
Secus aūt est in tēpalibus dignitatibus q̄
ad terrena disponēda ordinanꝛ in quarum
electione plerūqꝫ hoīes sortibus vtuntur si-
cut ⁊ in tpaliū rerū diuisione. Si vo necītas
immineat licitū est cū debita reuerētia sorti-
bus diuinū iudiciū implorare. vn̄ aug dicit
in epl̄a ad honoratū. Si iter dei ministros
sit disceptatio qui eoꜝ psecutionis tempore
maneāt ne fuga oīum ⁊ qui eoꜝ fugiant ne
morte oīm deseraꝛ ecclia. Si hec disceptatio
aliter nō potuerit terminari q̄ꝫtuꝫ mihi vide
tur qui maneāt ⁊ qui fugiāt sorte legēdi sūt
Et in p̄mo de doctrina xp̄iana dicit sic. Si
tibi abūdaret aliq̄d q̄ oporteat dari ei' q̄ nō
haberet nec duob' dari potuisset. Si tibi oc-
currerēt duo quoꜝ neuter aliū vel indigētia
vel erga te aliq̄ necessitate superet nihil iusti
us faceres q̄ vt sorte legeres cui dandū eēt
qn̄ dari vtriqꝫ n̄ posset: hec thomas vbi sup̄
et sic pꝫ quomodo vti sortibus est p̄hibituꝫ
et quomodo nō ⁊c. D

Terti' flos est iste. Su

premū fastigiū qd̄ hꝫ dignitatē imp̄ciabilē
ꝯfirmat btm̄ mathiā habuisse vtutē associa-
bilē. pꝫ p scm̄ tho. ij. ij. q. clxxxv. arti. iij. i rn̄. di
cētē sic. Circa assumptionē alicuius ad ep̄a
tum aliq̄d est ꝯsiderandū ex parte eius qui
assumiꝛ ⁊ aliq̄d ex pte ei' q̄ assumit. Ex pte
en̄ eius q̄ assumit vel eligēdo vel puidendo
req̄riꝛ q̄ fidelr̄ diuīa misteria dispēset: q̄ q̄dē
dispēsari debēt ad vtilitatē ecclie. s̄m illd̄. i.
Corinth. xiiij. Ad edificationeꝫ ecclie q̄rite
vt abūdetꝭ. Nō aūt misteria diuīa hoīb' cō-
mittunꝛ pp̄ter eoꜝ remunerationē quā expe
ctare debēt in futuro. ⁊ iō q̄ dꝫ aliquē eligere
in ep̄m vel de eo puidere: nō teneꝛ assumere
meliorē simplr̄ qd̄ ē s̄m charitatē s; meliorē
q̄ ad regimē eccl'e. s. q̄ possit eccliaꝫ instruere
⁊ defendere ⁊ pacifice gubnare. vn̄ ꝯ q̄sdam
Hiero. dic̄ q̄ q̄dā nō q̄rūt eos in ecclia colū
nas erigere q̄s plus cognoscāt ecclie pdesse: s;
q̄s vel ipi amāt vel quoꜝ sūt obsequijs dele-
ctati vel dediti: vel p q̄bus maioꜝ q̄spiā roga
uerit vt deteriora taceā q̄ vt clerici fierēt mu-
nerib' impetrarint. Hoc aūt ptinet ad acce-
ptionē psonarū q̄ in talib' est g̃ue pctm̄. vn̄
sup illud Jac. ij. Frēs mei nolite in psonarū
acceptiōe ⁊c. dicit glosa. aug. Si hāc distātiā
sedēdi ⁊ standi ad honores eccliasticos re-
feramus nō est putādū leue eē pctm̄ in per
sonarū acceptione hr̄e fidē deū glie. Quis
en̄ ferat diuitē eligi ad sedē honoris ecclie
ꝯtēpto paupe instructiore ⁊ sanctiore. Ex p
te aūt eius q̄ assumiꝛ nō req̄riꝛ q̄ reputet se
alijs meliorē. h̄ en̄ eēt supbū ⁊ p̄sūptuosuꝫ:
s; sufficit q̄ nihil in se īueniat p qd̄ illicitū ei
reddaꝛ assumere p̄latōis offm̄. vn̄ lꝫ petrus
īterrogat' eēt an dn̄m plus diligeret in sua
rn̄sioē nō se p̄tulit ceteris s; rn̄dit simplr̄ q̄
xp̄m amaret: h̄ tho. Sic in pposito lꝫ ioseph
q̄ vocabaꝛ barsabas foret melior ⁊ sanctior
q̄ mathias: q2 ille pp̄ter suā scītatē cognoīa
t' ē iust': tn̄ nihil p̄hibet mathiā fuisse mag̃
ydoneū ad offm̄ aplat' q̄ tn̄ nō excellebat ī
gr̄a scītatꝭ. Jrē apli viderenꝛ a deo eē elect i
eoꜝ exigētib' meritꝭ. iō nō sanctiorē s; humi
liorē atqꝫ minorē eligit. vn̄ aug. in s̄mone de
hac festiuitate dicit sic. Mathias nāqꝫ dei p
uus interp̄tatus. Cū auditꝭ puū non corpis
q̄titatē s; motū attēdite. s. hūilitatē dei. pu'
ītelligiꝛ hūil' ⁊ q̄et'. vn̄ ⁊ dn̄s ī euāg. Discite
a me q2 mitꝭ sū ⁊ hūilis corde. ⁊ alibi. Sinite
puulos vēire ad me. Taliū ei ē regnū celoꜝ
p h̄ q̄ volūtatē dei h̄ puul' ābitu ītelligēs at
qꝫ actu ītellectuqꝫ p̄ficiēs nūerū duodēari ū
supbi apostate mutilatū abiectōe sue puitatꝭ
cōpleuit adiectōne vt p ipꝫ tūc p̄ficereꝛ in re
qd̄ oli p̄dixerat dauid ī sp̄e. Fiat inq̄t hitatō
ei'. s. iude traditoris. deserta ⁊ n̄ sit q̄ hitet ī ea
⁊ ep̄atū ei' accipiat alꝛ. Quē iste scūs susci
piēs obediēdo honorifice decorauit euāgeli
zādo: h̄ ille. iō dr̄ ī epl'a ānūerat' ē cū vndeci
aplis q̄b' ꝯueniēt ē ānūerat': q2 floruit oīb'

virtutibus q̄bus ceteri apl'i floruerūt. Pri-
mo Petrus floruit ꝟtute veritatis ⁊ sapien
tie cui d̄r matth.xvi. Beatus es symō bario
na:q꞉caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi.s; pr̄
me⁹ q̄ est in celis. Et Ambrosi⁹ vt habe tur
xxiiij q.i.c.non turbaṫ: dixit sic. Deniq; ⁊ si
alijs imperet vt laxent rethia sua.soli tamē
petro d̄r.duc i altū.hoc est in ꝓfundū dispu
tationū. Quid eñ tam altū ꝙ altitudinem
diuitiarū sapīe ⁊ sciē dei videre: scire dei fili
um ⁊ ꝓfessionē diuine generationis assume
re: Quā lz mens nequeat humana plene rō
nis inuestigatione compħēdere: fidei tamē
plenitudo complectiṫ.hec ibi. Btūs mathi
as floruit hac ꝟtute q꞉ vt d̄r iñ legenda ma
thias de tribu iuda ⁊ ciuitate bethleē illustri
ꝓsapia oriūdus fuit qui l'ris traditus omnē
in breui legis ⁊ ꝓpheta rū sciām apꝓhendit
Igiṫ mathias erat in lege doctissimus aīo
prudēs in soluēdis questionib⁹ sacre scriptu
re acutissim⁹: in cōsilio ꝓuidus.in ſmocina
tione expeditus:hec ibi. De quo augustinus
in ſmone hodierno dicit sic. Ipē olim inter
coapl'os cōstitutus audire a dño meruit.be
ati qui vident q̄ vos videtis:hec ille. Et ecci.
xliij.d̄r. Candorē eius.i.sapīam admirabiṫ
oculus. Secūdo andreas floruit ꝟtute pu-
ritatis ⁊ innocētie:q꞉ fuit ꝑ simile testimoni
uz accusat⁹ sicut xp̄s. de xp̄o aūt d̄r iohānis
ꝑmo. Ecce agnus dei. Et de andrea d̄r. In-
nocens eius sanguis sine causa damnatur.
Btūs mathias floruit hac ꝟtute.q꞉ vt d̄r in
legenda. Lasciuiā quoq; abhorrēs pueriles
annos moꝝ maturitate vincebat. Fuit eniz
ꝟgo mente ⁊ corꝑe quod paucis apl'is con
cessum est ⁊c. Tertio iacobus maior floru
it ꝟtute fortitudinis ⁊ constantie:q꞉ audita
passione xp̄i postulauit regnū eius ꝓ̄ptuz
se offerens ad moriendū ꝓ xp̄o. matth.xx.
Potestis bibere calicē quē ego bibitur⁹ sum
Dicūt ei. Possumus. Btūs mathias floruit
hac ꝟtute:de quo d̄r in legēda. Informabaṫ
quoq; animus eius ad ꝟtutē vt esset ad in-
telligentiā habilis:ad mīam facilis:in ꝓspe
ris nō elatus:in aduersis cōstans ⁊ intrepi
dus:ideo assumptus est in testem factorum
xp̄i:vt pz. Quarto Johānes floruit ꝟtute
charitatis intense: q꞉ erat recūbens in sinu
eius discipul⁹ ille quē diligebat iesus. Joh.
xiij. Btūs mathias floruit hac ꝟtute:quia vt
d̄r in legēda. Hic cū ꝑ iudeā ꝑ̄dicaret:cecos
illuminabat: leprosos mūdabat: demones
expellebat:claudis gressum:surdis auditum
mortuis vitā restituebat. Que omīa sunt si
gna charitatis.q꞉ ꝓcedūt ex abūdāti gratia
spūs sancti. Quinto thomas floruit ꝟtute
cōstantie qui dixit Joh.xi. Eamus ⁊ nos ⁊
moriamur cū illo. Nec obstat dubiū resurre-
ctionis q꞉ vt dicit Greg.in homel'. Plus ꝓ-
fuit nobis infidelitas thome ad fidem ꝙ fi
des credētiū discipuloꝝ ꝓfuit. Btūs mathi
as hac ꝟtute floruit. vt d̄r in legēda. Sata-
gebat vt quod sensu ꝑceꝑat oꝑe cōpleret
et oris doctrinā manus oꝑatione mōstra-
ret. Sexto iacobus minor floruit ꝟtute pa
tiētie.vnde ꝓpter mansuetudinē ⁊ patiētiaz
dictus ē frater dñi ſm ꝙ d̄r gal'.ꝑmo. Aliū
aūt apostoloꝝ vidi neminē nisi iacobū frēm
dñi. Btūs mathias floruit hac virtute.quia
vt d̄r in legēdis. Hic cum coraz pontifice ac-
cusareṫ in multis. Rn̄dit ō obiectis q̄ crimi
na dicitis nō oz ne multa dicere qm̄ xp̄ianū
esse nō est criminis sed glorie. Cui pontifex
si tibi danṫ inducie vis ꝑnitere. Et ille absit
vt a veritate quā semel inueni ꝑ apostasiam
disgrediar. Septimo philippus floruit vir-
tute spei firme:quia sꝑabat diuinā visionē
sibi sufficere ad btitudinē cum diceret Joh.
xiiij. Dñe ostende nobis p̄rem ⁊ sufficit no
bis. Btūs mathias floruit hac virtute:q̄a vt
d̄r in legēdis cū mathias in macedoniā ad-
uenisset ⁊ fidē xp̄i ꝑ̄dicaret quandā potiōez
toxicatā que visu cūctos ꝑ̄uabat sibi dedeřt
quā ī noīe xp̄i bibit:⁊ nullā lesionē incurrit.
Et cū hoīes illius ciuitatis cuz illa potione
plusq̄ ducentos q̄nquaginta excecassent il-
le singulis manus imponēs om̄s illumīauit
sꝑans ꝙ fides xp̄i illumīaret oculos mē-
tis ⁊ corporis. Octauo bartholomeus flo-
ruit virtute pacis ⁊ cōcordie:q꞉ interꝑ̄tatur
filius susꝑendētis aquas pacifici aūt vocāṫ
filij dei. Math.v. Nam multotiēs ab homi
nibus querebaṫ ⁊ nō inueniebaṫ nisi cū vel-
let:⁊ tn̄ inter eos esset sicut iesus transiens
ꝑ mediū iudeoꝝ ibat:nec tn̄ cognoscebatur
ab eis:⁊ sicut transiēs cum illis duob⁹ disci-
pulis eūtibus in emaus nō cognoscebaṫ.q꞉
oculi eoꝝ tenebanṫ ne eū cognoscerēt:vt d̄r
Luce vltimo. Btūs mathias floruit hac vir-
tute quia vt d̄r in legēda. Dyabolus in simi
litudine infantis cani apparens suasit vt eū
occiderēt qui eoꝝ cultum euacuaret. Et cuz
ipē in medio eorum cōsisteret tribus tamen
diebus eum querētes minime inuenerunt,
tertia aūt die se eis manifestans dixit. Ego
sum quem manibus post tergum ligatis, et

fune collo imposito crudeliter afflixerũt: ⁊ sic
in carcere recluserũt vbi demones apparen-
tes dentibus in eũ fremebãt: sꝫ appropinqre
nõ poterãt. Dñs aũt cũ lumine multo ad eũ
veniẽs de terra leuauit ⁊ vincula soluens et
dulciter ꝯfortans ostiũ aperuit: qui egressus
v̄bum dñi p̄dicabat valde ꝯstanter. Nono
matheus floruit v̄tute paupertatis summe qꝛ
cum esset rebus ⁊ curis tp̄alibus multiplica
tus vnico v̄bo a xp̄o vocatus: oĩa reliquit ⁊
secutus est xp̄m. vt dꝛ math. ix. Btũs mathi
as floruit hac v̄tute qꝛ vt dꝛ in legẽdis. Re-
liquit p̄rem ⁊ matrẽ ⁊ domũ ppriã cuꝫ esset
diues ⁊ nobilis ⁊ secutus est xp̄m ⁊ fuit vn⁹
de septuaginta duobus discipulis iesu xp̄i.

¶ Decimo symon floruit v̄tute obedientie:
quia sic interp̄taꝛ. Nam sicut xp̄s ex obedi
entia mortuus est ꝓm ꝙ dꝛ ad Philipp. ij.
xp̄s factus est obediẽs vsqꝫ ad mortẽ ⁊c. sic
apl̄i mortui sunt ex obediẽtia iesu xp̄i. Bea-
tus mathias floruit hac v̄tute qꝛ vt dꝛ in le-
gendis cũ v̄bum dei ꝑ iudeã p̄dicaret mul-
tos signis ⁊ pdigijs cõuertebat. Unde iudei
inuidẽtes ip̄m in cõcilio statuerũt. Duo er-
go falsi testes qui ip̄m accusauerũt p̄mo in
ip̄m lapides miserũt quos lapides in testi-
moniũ cõtra illos petijt secum sepeliri: q̄ cuꝫ
lapidareꝛ securi more romanoꝝ ꝑcutitur ⁊
extensis in celũ manibus sp̄m deo reddidit

¶ Undecimo thadeus floruit v̄tute iustitie
quia terribilẽ iustitiã diuine vltionis in sua
epistola p̄dicauit. Cõtra incredulos vt ptꝫ.
Btũs mathias floruit hac v̄tute quia vt dꝛ
in legẽdis. Cum semel in macedonia p̄dica
ret et q̄dam obstinati ꝯsisterent. dixit eis de
nuntio vobis ꝙ viui descẽdetis in infernum
moxqꝫ se terra aperuit et cunctos illos de-
glutiuit. Reliqui autem ad dominum sunt
conuersi. E

¶ Quart⁹ flos est iste. Bea

tum mathiã recte imitamur si v̄tutũ suaruꝫ
sanctificationẽ nãciscamur. Patet per duos
testes. Primus est greg. ex hystoria tripti-
ta. vt habeꝛ distin. lxiij. c. valẽtinianus dicẽs
sic. Nostis apte diuinis eruditi eloquijs q̄lẽ
oporteat esse pontificẽ ⁊ quia nõ decet eum
v̄bo solo. sed ⁊ cõuersatione gubernare sub
iectos ⁊ totius semetip̄m imitatorẽ v̄tutis
ostendere testemqꝫ doctrine cõuersationeꝫ
bonam habere: hec ibi. Secũdus est Hiero
nimus vt habeꝛ. viij. q. i. c. qualis: dicẽs sic.
Qualis erit edificatio discipuli si intelligat
magistro se esse maiorẽ: hec ibi. Et btũs ma
thias in seip̄o p̄bet nobis exempla v̄tutum
q̄bus sancte viuamus ⁊ maxime demõstrat
nobis vndecim illas v̄tutes q̄bus debemus
ip̄m imitari si cũ eo in celesti patria volum⁹
conregnare: et imitemur ip̄m. Primo ꝑ vir
tutem sapiẽ vt superiora de q̄bus est cõtem
plemur non infima ꝓm ꝙ dꝛ. i. Corinth. ij.
Sapiam loquimur inter ꝑfectos. vñ Berñ.
super cantica ꝓmone. xxxvij. dicit sic. Scias
quo ordine quo studio: quo fine vnũquodqꝫ
nosse oporteat. quo ordine vt illud p̄us q̄d
maturius ad salutem mouet: quo studio vt
illud ardentius quod vehemẽtius ad moreꝫ
Quo fine vt non ad inanẽ gl̄iam ⁊ ostenta
tionem: sed quod est efficacius ad tuam et
alioꝝ salutem. hec ille. Ista est vera sapiã ꝑ
quã in deũ ascẽdimus. Secũdo ꝑ virtutem
innocẽtie ⁊ q̄m excidimus ab ĩnocẽtia bap
tismali sicut p̄mi parẽtes a iustitia originali
ideo datũ est nobis sacramentũ pñie que ẽ
secũda tabula post naufragiũ. vt Hiero. dic
Tertio ꝑ v̄tuteꝫ fidei: qꝛ sine fide impossibi-
le est placere deo. ⁊ oĩs sancti testimonio
fidei ꝓbati inuẽti sunt ad Heb. xi. Quarto
ꝑ v̄tutẽ charitatis qꝛ q̄ diligit p̄ximũ manet
in deo. i. Ioh. ij. Nam plenitudo legis est di-
lectio ⁊c. Quĩto ꝑ v̄tutem obediẽtie qꝛ me-
lior est obediẽtia ꝙ victime. i. Reg. xv. q̄m ẽ
sacrificiũ ꝓprie volũtatis. Sexto ꝑ virtuteꝫ
patiẽ quia in patiã vestra possidebitis aĩas
vestras. vt dꝛ Luce. xxi. Septimo ꝑ v̄tuteꝫ
spei nõ rei transitorie: sꝫ ad ꝓpositum nobis
certamen p̄s. Nolite sperare in iniq̄tate ⁊c.
Octauo ꝑ v̄tutem pacis ⁊ cõcordie quia in
pace vocauit nos deus ꝓm ꝙ dꝛ i. Corinth.
vij. Nono ꝑ v̄tuteꝫ paupertatis quia nisi q̄s
reliquerit domũ aut patrem ⁊c. ꝓm ꝙ habe-
tur math. xv. Decimo ꝑ v̄tutem constantie
quia non coronabitur nisi qui legitime cer-
tauerit vt dꝛ. ij. thimoth. ij. Undecimo ꝑ vir-
tutem iustitie mortificando ⁊ castigãdo cor-
pus nostrum. Colo. iij. Mortificate mẽbra
vestra. Iste vndecim v̄tutes fuerũt figurate
per vndeciꝫ benedictiones que date fuerũt
vndecim patriarchis. Geñ. xlix. quia dan fu
it maledictus: sicut coluber ⁊ significat male
dictionẽ iude scariothis. Et sicut illi vndeci
fuerũt recepti in sinũ abrahe sic nos recipia
mur a xp̄o in eterterna secula Amen.

¶ Dñica in septuagesima. Sermo floridus.
qui est in ordine. xxviij.

Quid hic statis tota die

q ociosi. ite ꝛ vos in vineā meā. matth.
xx. ꝛ ī euāgelio hodierno. Moyses
ꝓpheta geñ. ij. dixit sic. Formauit de⁹ hoīem
de limo terre. Sup quo moueo talē q̄onem
A Utrū homo accidiosus nō se exercēs
in ꝟtutū opatione sit dignus diuina repre
hensione. Rō q̄onis est ista: qꝛ homo est de
limo terre formatus: limus est ponderosus
eo ꝙ ex aqua ꝛ terra quoꝝ vtrūqꝫ est pōde-
rosum ꝯfectus est. Ad istā q̄onez rñdent
duo doctores eccl'ie. Primus est Berñ. lib.
Daniel. 7. meditationū dicens sic. Mille millia mini-
strant ei: ꝛ decies centena millia assistūt ei:
ꝛ tu ociosus sedere ꝑsumis. quod negligētie
quod pigritie: quod vecordie est vt credis
suspirijs et frequētissima affectione h̄ infeli
cia agmina iaculari aīas nō ꝓuideatis. Ue
vobis milites xp̄i a duritia cordis vr̄i. Ue
vobis mercēnarij a pctō gentiū q̄ eternū nō
vultis lucrari regnū: h̄ ille. Scd̄s est greg. in
moralibus dicēs sic. O miseri xp̄iani ociosi
mercatores celestis regni: erit vobis mors
sine morte: finis sine fine: defectus sine defe
ctu: quia mors vincit ꝛ non capit et defe-
ct⁹ deficere nescit: mors ꝑimit ꝛ nō extiguit
demō cruciat: sed nullatenus pauorē fugat.
flāma cōburit ſ; neq̄q̄ ꝯsumit. h̄ ille. Tū pro
maiori declaratōe pono q̄ttuor flores. B

Prim⁹ flos est iste.

Deus pater hoīem ī h̄ mūdo posuit quē tanq̄
militē in campo ad pugnandū exerceri volu-
it. ptꝫ mysterio figure ꝛ testimonio nature.
Primo figura q̄ ponit̄ apo. vi. vbi d̄r ꝙ iohā
nes audiuit vocē dicentē sibi veni ꝛ vide et
vidit ꝛ ecce equus albus ꝛ q̄ sedebat sup eū
hēbat arcū ꝛ data est ei corona ꝛ exiuit vin-
cens vt vinceret. Et exiuit alius equ⁹ ruffus
ꝛ qui sedebat sup eū datus est ei gladi⁹ ma-
gnus vt sumeret pacē de terra ꝛ vt inuicē se
īterficiāt. Et ecce equus niger ꝛ qui sedebat
sup eū hēbat staterā in manu. Et ecce equ⁹
pallid⁹ ꝛ q̄ sedebat sup illū nomē illi mors
ꝛ infernus sequebat̄ euz. ꝛ data est illi ptās
sup quattuor ptes terre ꝛ interficere gladio
et fame ꝛ bestias terre. Spūaliter per istos
q̄ttuor equos intelligunt̄ q̄ttuor ꝑncipales
milites. Per ꝑmū militē intelligit̄ xp̄ianus
dei miles cuius equus. i. corpus est alb⁹. q̄a
in baptismo xp̄i sanguine a pctīs oībus est
mūdatus. Iste miles hꝫ arcū. i. xp̄m. qꝛ sicut
arcus cōstat ex duplici substātia. scꝫ ligno ꝛ
lino. sic xp̄s ex duplici natura. s. diuina velut
forti ꝛ magna. Ecce lignū. ꝛ humana tanq̄
debili. Ecce linū. Sic aūt linū inclinat lignū
ita natura humana diuinaꝫ. Et sicut in arcu
lignū incliat̄ ꝛ abbreuiat̄: ſ; chorda extēdit̄ ꝛ
elongat̄. Ita in xp̄o natura diuina ex cōiun
ctione ad humanā inclinat̄ ꝛ humiliatur: ꝛ
humana extendit̄ ꝛ sublimat̄ ꝛ honoratur.
Iste arcus debet tendi: qꝛ a xp̄iano dꝫ tene
ri duabus manibus ſm spm̄. s. volūtate tan
q̄ manu sinistra dꝫ teneri lignū deitat̄: eam
sup omīa diligēdo ꝛ intellectu tanq̄ manu
dextra dꝫ teneri linū humanitat̄ eius incar-
nationē: vitā. passionēqꝫ cōtemplādo. Per
sagittas intelligunt̄ eius ꝟba ꝛ exempla q̄
debemus iacere. i. facere ꝛ sic nos defende-
mus. Corona est gloria nobis promissa.
Per secundū militē ruffum intelligit̄ dya
bolus qui ꝑsidet in gradu honoris sublimi
forti ꝛ delectabili ꝛ magno sicut in eq̄ ruffo
in quo cōplacet noster animus sicut nr̄ ocu-
lus corpis in re rubea. Huic militi est datus
gladius magnus. i. ptās magna tentandi et
nocēdi ꝛ ꝑncipal'r ad pacem ꝛ cōcordiam
inter hoīes tam inter se q̄ inter ip̄os ꝛ deū
diuidendā. Iob. xli. Non est ptās in t̄ra q̄ ei
valeat cōparari. Per tertiū militē nigruꝫ in
telligit̄ corpus nostrū quod residet in actu
illicito luxurie sicut in equo nigro. Hic por-
tat staterā in manu: qꝛ vellet carneꝫ et spm̄
eq̄pari ꝛ currere de pari cum tn̄ caro debeat
subijci spūi: ꝛ istud adequare est vincere.
Per quartū militē pallidū intelligit̄ mors ꝛ
infernus qui eq̄tat. i. complacet in mūdo fal
lente ꝛ q̄escit in eo sicut in equo pallido qm̄
mūdus est pallidus. i. ī tribulatiōib⁹ ꝛ mort̄
periculis positus. qui aūt morit̄ pallidus est.
ꝑs. Ecce equus fallax ad salutē scꝫ eternam
qui in abūdātia ꝟtutis sue nō saluabit̄. istū
sequit̄ infernus. i. inferoꝝ cetus: qꝛ damnati
sequunt̄ hoīes mūdanos ꝛ ipsi sequunt̄ in-
fernū. Huic equo. s. morti data est potestas ī
terficere fame ꝛ gladio ꝛ peste ꝛ alijs varijs
modis om̄s hoīes ꝛ bestias que sunt in q̄t-
tuor partibus vniuersi. Ecce tres milites cō
tra vnū in campo. s. dyabolus simul ꝛ mors
corpus ꝛ mūdus cōtra hoīem ꝛ maxime cō
tra xp̄ianū fortissime ip̄m inuadētes in cā-
po huius mūdi. g̊ stultū est hoīez stare ocio
sum ꝛ dormire. Naꝫ ociositas ꝛ voluptas ar
ma sunt hostis antiq̄ ad miseras animas ca
ptiuandas. vt hr̄ ex̄ de renūciatiōibus. c. nisi.

cum p̄dem.§.verū.Scđo pz testimonio na
ture.Exemplū naturalr milites precellunt
alios rōne parētele qꝛ sunt de nobili genere
rōne cautele qꝛ sunt ingeniosi et vigēt natu
rali lumine.ꝛ rōne tutele,qꝛ armanť scuto ꝛ
ense.Et si ponanť in obsidione fortissime se
defendūt si n̄ sūt accidiosi ꝛ magꝭ volūt mori
viriliter q̄ȝ viuere cedendo inimicis turpiter
Spūalr om̄s nos xp̄iani sumus filij dei im
peratoris.ideo nobiles genere. Joh̄.pmo.c.
Dedit eis prātem filios dei fieri his qui cre
dunt in noīe ꝛc.Sumꝰ etiā illuminati lumīe
rōnis,iō subtiles ingenio.p̄s.Signatum est
sup nos lumē vultus tui dn̄e.Sumꝰ armati
scuto bone volūtatis dei ꝛ gladio nr̄i intel-
lectus quo deū scimus ꝛ intelligimus: vnde
opꝫ nos pugnare qꝛ sumus ab inimicis ob-
sessi.Qualiter aūt sumus in obsidione positi
declarat deus.Ezech.iiij.vbi dꝛ sic.Et tu fili
hoīs sume tibi laterē ꝛ pones eum coram te
ꝛ describes in eo ciuitatē hierl̄m ꝛ ordinab
aduersus eam obsidionē ꝛ edificabis muni
tiones.i.turres altas: ꝛ comportabis agge-
rem.i.terre multitudinē ad fossata replenda
Et pones arietes in giro.i.ligna ferrata ad
portalia diruēda. Spūalr p laterē intelligiť
mūdus:qꝛ sicut later est terreus aqueꝰ igne
mixtus debilis ꝛ cito in puluerē redigendus
Sic mūdus est terreus aqueus igneus tan
q̄ȝ ex his elemētis compositus,vel est terreꝰ
ex auaritia.Hier.xxij.Terra terra audi v̄bū
dn̄i.vbi poniť bis terra. Primo ex natura.
Scđo ex auaritia. Est aqueus ex luxuria.
Hieronymus.vēter mero estuās facile spu
mat in libidinē.est igneꝰ ex supbia.p̄s.Su-
perbia illoꝝ qui te oderūt ascendit semper.
ę per laterē itelligiť mūdus fragilis ꝛ mollis
Per hierl̄m ciuitatē sanctā descriptam in la
tere isto intelligiť anima nostra ꝛ maxīe xp̄i
ani exn̄s in mūdo ꝛ comparať ei. Primo rō
ne visionis. Nam hierl̄m interp̄tať visio et
anima xp̄iani videt deū fide.i.Corinth.xiij.
Videmus nūc p speculū in enigmate.Scđo
rōne exaltationis.Nam sicut hierl̄m erat ci-
uitas excellētior ꝛ altior ceteris ciuitatibus
iude.Sic anima nostra p̄sertim xp̄iani ex-
cellit om̄ia corporalia ꝛ naturalia ꝛ gratuita
hec ciuitas est munita murata ꝛ vallata mu
nitiones eius sunt due altissime vires.scȝ in
tellectus ꝛ volūtas.intellectus est turris ita
alta q̄ de ea videnť ꝛ ꝯtemplanť oīa q̄ȝtūcū
q̄ȝ remota.voluntas est turris ita fortis q̄
nullo modo potest dirui cogendo nisi volen
do.Murus eius est corpus nostrum. Iste
murus est fragilis et debilis:quia terreus et
aqueus cum corpus nostrū fit de limo terre
formatū.Porte huius ciuitatis sunt quinqȝ
sensus corporis q̄bus immittiť quicquid in
ciuitate vel in turribus poniť.Vallū est cor
nostrum quod est p̄fundū et malū.Hierem.
xvij.Prauū est cor nostrum et inscrutabile.
Est eīm adeo p̄fundū q̄ nihil potest ip̄m re
plere nisi solus deus.Contra istam ciuitatē
sunt posite circūquaqȝ obsidiōes.i.multipli-
ces demonioꝝ temptationes que iō dicunť
obsidiones:quia temptationibus demones
p̄cutiūt per prauarū cogitatōnū immissionē
deijciunt:p delectationē interficiūt:p opera-
tionem capiunt:p assuefactionem rapiunt ī
eternam gehēne possessionē: per aggerem ꝛ
terre congeriē intelligiť multitudo terrena
rum diuitiarum.Demones eīm replent mu-
ros et fossata anime nostre ista terra.Fossa
ta eīm sūt corda nr̄a que demōes conanť re
plere affectione terrenoꝝ.Arietes eīm qui
sunt ligna ferrata q̄bus fortissime p̄cutiunť
porte muri sicut arietes mutuo se percutiunt
cornibus suis.sunt delectabilia:visa audita
odorata gustata tacta que sunt lignea:quia
vilia et modicum durant:sunt ferrata qꝛ ad
impugnandū ꝛ alliciendū p̄pť delectationē
valde fortia.Istis lignis ferratis conantur
demones murum corporis nostri deijcere ꝛ
turres anime nostre capere. Per castra in-
telligunť septē demones p̄ncipales et impe
ratores cū suis militibus mouētes castra ꝯ̄
aīam q̄ edificāt munitiones siue turres que
sunt septē p̄ctā mortalia in circuitu ciuitatis
aīe edificate a q̄bus mittunť sagitte contra
ciuitatē aīe nr̄e.Prima turris est supbia q̄ ē
turris altissima īminēs sup̄ ciuitatē.In ista
turri dn̄ať lucifer imperator,vt dꝛ Esa.xiiij.cū
suis exercitibus et nabuchodonosor rex cuȝ
suis militibꝰ.vt pꝫ Dan̄.iij.Scđa ē iactātia
Tertia est hypocrisis.Quarta est vana glīa
Quīta ē nouitatū p̄sūptio.Ab istis sagittꝭ
q̄ȝplurimi sūt vulnerati et inť alios tres ma
gni p̄ncipes.s.adā vt pꝫ gen̄.iij.Moyses vt
pꝫ Nūeri.ij.Dauid qn̄ elatꝰ voluit nūerare
ppl̄m sibi subiectū.i.Paralip.xxi.Scđa tur
ris est ira.cui dn̄ať leuiathā imperator: vt dꝛ
Esa.xxvij.cū anthioco rege ꝛ eoꝝ exercitibꝰ
vt pꝫ.ij.mach.ix.Ab ista turri emittunť quī
qȝ sagitte.Prima est timor subitus in corde
Scđa ē idigātio a p̄posito ī cogitatiōe.Ter-
tia ē ꝯtūelia blasphēia rixa ī s̄mōe.Quarta

est dãnuꝫ in rebus in opatione. Quinta est vulnera ⁊ homicidia quo ad corpora in executiõe. Ab istis sagittis ꝙplurimi sunt ꝑcussi. et inter alios duo magni ꝑncipes. s. caym vt pꝫ. Geñ. iiij. ⁊ iudas scarioth. vt pꝫ. Mathei. xxvij. ꝓpter traditionẽ ꝯ xp̃m. Tertia turris est inuidia cui dñaꝛ sathanas impator. vt dr. Job. i. Cuꝫ saule rege q̄ inuidebat glorie dauid. vt dr. i. Reg. xviij. ⁊ dñanꝛ cuꝫ eoꝝ exercitibꝰ. Ab ista turri emittunꝛ qnqꝫ sagitte. Prima est odiuꝫ interius. Scđa est susurratio. Tertia est detractio. Quarta ẽ de bono ꝓximi afflictio. Quinta est de malo ꝓximi exultatio. Ab istis sagittis ꝙplurimi sunt ꝑcussi ⁊ precipue vndecim magni ꝑriarche ꝑncipes veteris testamẽti filij Jacob q̄ vendiderunt ioseph ex inuidia. Geñ. xxxvij.

¶ Quarta turris est luxuria cui dñaꝛ Beemoth impator. vt dr Job. xl. cũ salomone rege ⁊ eoꝝ exercitibus. vt pꝫ. iij. Reg. xi. Ab ista turri emittunꝛ qnqꝫ sagitte. ꝑma ẽ inhonesta visio. scđa est inhonesta auditio. tertia est inhonesta locutio. q̄rta ẽ inhonesta imaginatio. qnta inhonesta opatio. Ab istis sagittis ꝙplurimi sunt percussi ⁊ maxime duo magni ꝑncipes: scꝫ sanson q̄ fuit deuictus a dalila. vt pꝫ Judic. xvi. ⁊ dauid a bersabee. vt pꝫ. ij. Reg. xi. Quinta turris ẽ gula cui dñatur belzebub impator. vt dicit xp̃s Luc. xi. Cum balthazar rege. vt pꝫ Daniel. v. ⁊ eoꝝ exercitibꝰ. Ab ista turri emittunꝛ qnqꝫ sagitte. ꝑma est inepta leticia in corde. scđa est scurrilitas in locutione. tertia est multiloquiũ in verbo. q̄rta ẽ hebetudo mẽtis in discernendo. qnta est indiscretio in operando. Ab istis sagittis ꝙplurimi sunt ꝑcussi presertim duo magni ꝑncipes: scꝫ noe q̄ fuit inebriatus. vt pꝫ Geñ. ix. Et esau q̄ ꝓ lenticula vendidit ꝑmogenita. Geñ. xxv. ¶ Sexta turris ẽ auaricia cui dñatur mãmona imperator. vt dic̃ xp̃s. Math. vi. Et alexãder rex vt pꝫ. i. Machab. i. ⁊ eoꝝ exercitibꝰ. Ab ista turri emittunꝛ qnqꝫ sagitte. ꝑma est fraus ĩ cogitatione. scđa est mendaciũ in locutione tertia est fallacia in tractatu ⁊ cõmutatione. quarta est ꝑiuriuꝫ in emptione ⁊ vẽditione. qnta est robaria furtũ rapina in cõgregatione. Ab istis sagittis ꝙplurimi sunt percussi ꝓcipue duo magni ꝑncipes: scꝫ nero ⁊ cesar imperatores. vt pꝫ in hystorijs romanoꝝ.

¶ Septims turris est accidia cui dñaꝛ asmodeus impator. vt pꝫ Thob. iij. Cũ pharaõe rege q̄ nõ ꝑmittebat ppl'm dei sacrificare. vt pꝫ Exodi. v. cũ eoꝝ exercitibꝰ. Ab ista turri emittunꝛ qnqꝫ sagitte. prima ẽ torpor in bono cogitando. scđa est fastidiũ in orãdo. tertia est tediũ in bono ſmone auscultãdo. q̄rta ẽ timor ⁊ pusillanimitas ĩ bono ope pn̄e inchoando. qnta est desperatio in bono ꝑseuerando. Ab istis sagittis ꝙplurimi sunt ꝑcussi ꝓcipue duo magni principes. s. holofernes. vt pꝫ Judith. xiij. ⁊ princeps sodomoꝝ vt pꝫ. Ezech. xvi. Ecce ciuitas septeꝫ turribꝰ obsessa iuxta septẽ etates hoĩs ⁊ tpa. Nam gulla sagittam̃ in nr̃a infantia. inuidia in pueritia. supbia in adolescentia. luxuria in iuuente. ira in virilitate. accidia in senectute auaricia in decrepita etate. Ecce q̄liter nr̃a ciuitas est obsessa. Deus aũt posuit nos in ea vt viriliter eaꝫ defendamꝰ tanq̃ꝫ boni milites. ij. Thimo. ij. Certa sicut bonus miles iesu xp̃i Patꝫ ergo ꝙ homo cõparaꝛ militi in cãpo seu obsidione existenti a dño vel rege ad bellandum misso. E

¶ Secũdus flos est iste. Homo in hoc mũdo a deo creatus: est ad negociandũ regnũ celoꝝ deputatus. pꝫ mysterio figure ⁊ testimonio nature. ꝑmo figura sic. dr em̃ Lu. xix. Or xp̃s loquẽs in ꝑabolis ⁊ figuris dixit discipulis suis. Hõ q̄dam nobilis abijt in regionẽ longinquã accipe sibi regnũ ⁊ reuerti. Vocatis aũt seruis suis tradidit illis bona sua ⁊ dixit negociamini duꝫ venio. Spũaliter ꝑ istũ hominem nobilẽ intelligitur dei filiꝰ: q̄ dr hõ rõne humanitat: ⁊ dr nobilis rõne deitat. Etiã ex ꝑte pr̃is est de gñe impiali ⁊ ex parte matris est de gñe regali. Iste in die ascensiõis recedẽs a mũdo ſm carnẽ abijt in celestẽ pr̃iaꝫ regionẽ valde elõgatã a mũdo In die iudicij reuersurus. Per istos ſuos intelligiꝛ vniuersitas xp̃anoꝝ q̄bus mãdauit obseruantiã decẽ ꝑceptoꝝ. Quibus ergo mãdauit negociari ⁊ oibꝰ ꝑcepit obseruare decẽ ꝑcepta, vt possent lucrari regnũ celoꝝ. Scđo pꝫ testimõio nature. mercatoris em̃ est merces cõmutare: ꝑ mũdũ discurrere diligẽter laborare ⁊ cõputare. Spũal'r xp̃ianus dꝫ opa sua mala ĩ bona cõmutare. i. dare terrena ⁊ accipe celestia. dare trãsitoria ⁊ accipe eterna. Hec est felix cõmutatio ꝓ terrenis celestia ꝓ ꝑituris eterna cõmutare. dꝫ etiã discurrere q2 nõ hẽmꝰ hic manẽtẽ ciuitatẽ ſ3 futurã inq̄rimꝰ. Ad Heb. xiij. Debꝫ etiã in opibꝰ bõis se exercitaꝛ ⁊ cũ sero. vt dic̃ Ber. q̄d illa die meruit q̄d demeruit q̄d deo dedit

q̄d ab eo accepit strictissime cōputare. ḡ hō
est mercator missus a deo in hūc mundū ad
negociandū q̄d aūt dēat hō emere consulit
deus. Apocal.iij. dicēs. Suadeo tibi emere
aurū ignitū ꝓbatū vt locuples fias. ꝑ aurū
intelligit charitas q̄ cōparat auro excellen-
tia ꝛ dignitate a quo aūt sit emendū. ¶ D
¶ Notandū ꝙ vendit mūdus: sed defectionē
ideo poma putrida. Uēdit dyabolus sed de
ceptionē iō oīa venenata. Uēdit xp̄s ſ resur
rectionē iō oīa electa. vn̄ Ber. Mūdus cla-
mat ego deficio: caro clamat ego inficio. dya
bolus clamat ego decipio. xp̄s clamat ego re
ficio. Ab isto ḡ vēditore xp̄o est emendū: q̄z
vendit bona ꝛ ꝑuo p̄cio. vn̄ Aug. dic̄. Ue-
nit ad nos celestis negociator accipe ꝯtume
liā ꝛ dare honorē. subire mortē ꝛ dare vitā.
haurire ignominiā ꝛ dare gl'iam. idē in ꝑso-
na xp̄i dicit sic. Uenale hēo: venale hēo. Et
q̄d dn̄e? Regnū celoꝝ. Quo emit? Pauper
tate regnū: laborare req̄es: dolore gaudiū: vi
litate gloria: morte vita. Sz q̄ tp̄e sit emēdū
ōn̄dit xp̄s vbi sup̄ cū dicit. Negociamī dū ve
nio. s. ad iudicandū. Naz post iudiciū nō erit
tp̄s negociādi. in cuiꝰ figurā d̄r. Apoc̄. xviij.
Cū viderint fumū incēdij eiꝰ dicēt. Ue ve ci
uitas illa magna babylō ciuitas fortis qm̄
vna hora venit iudiciū tuū: ꝛ negotiatores
terre lugebūt sup illā: qm̄ merces eoꝝ nemo
emet ām̄plius. merces auri ꝛ argēti ꝛ lapidū
p̄ciosoꝝ ꝛc̄. Per h̄ dat intelligi ꝙ opa nr̄a
nec fletꝰ nec luctꝰ nec alia opa valebūt nob
ad culpā vēdendā ꝛ gloriā emendā. Istud ḡ
est tp̄s vēdendi ꝛ emendi. vendendi mala ꝛ
emendi bona. Sz q̄dā vēdūt bona ꝛ emunt
mala. ꝛ isti sunt in triplici dr̄ia. Primi sunt q̄
vēdunt dei p̄ris potentiā. s. mali p̄lati symo
niaci: imo potius gyezite q̄ vēdunt dei p̄ris
potētiā q̄z ꝑ munere ꝛ mercede vēdunt potē
tiā ꝛ vsū clauiū eccl'ie imo vnicā sponsaz xp̄i
eccl'iam vēdunt ꝑ pecunia. Nam gyezi in ve
teri testamēto ꝛ symon magus in nouo p̄n-
cipiū fuerūt symonie. vt habet. i. q. i. ca. q̄ stu
det. Istos xp̄s in figura eiecit de tēplo. Un̄
in fine illius capl'i d̄r sic. Dn̄s etiā vt vendē-
tes ꝛ ementes huius gr̄e expertes ōn̄deret:
cūctos pctōres ꝑ gr̄az in tēplo dimisit singu
lariter vēdentes ꝛ emētes increpās ꝛ flagel
lās de tēplo eiecit. In q̄ vēditores ꝛ ēptores
suos gr̄a spūsc̄ti ꝯstat destitutos eē ꝛ vacu
os. Quos em̄ xp̄s eiecit de tēplo nunq̄d xp̄i
spūs sibi faciet tēplum. h̄ ibi. Propterea de
istis male vēdentibꝰ d̄r. Joel. iij. Puerū po-
suerunt in ꝓstibulo ꝛ puellā vendiderūt pro
vino. Spūaliter xp̄s puer puritate sctissimꝰ
tunc ponit in ꝓstibulo qn̄ eccl'ia cōfert viro
lubrico ꝛ luxurioso: ꝛ puella tūc vendit ꝓvi-
no qn̄ eccl'ia cōfert guloso. Tales em̄ symo-
niaci si nō renunciāt ꝛ penitēt in eternū ꝑeri
bunt. i. q. i. ca. si q̄s neq̄. Secūdi sunt q̄ ven
dunt filij dei veritatē. Isti sunt falsi assesso-
res q̄ nolunt veritatē cōsulere nisi ꝑ munere
Amos. ij. Uendiderūt ꝑ argēto iustū. Isti
sunt peiores dyabolo q̄ adiuratus noīe xp̄i
cogit dicere ỽitatē: ꝛ tales nō sunt ꝑ xp̄o in
hoc mūdo: sed ꝑ nūmo q̄ deducit eos ad in
teritū. ps. Nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū
in manibus suis. Act. viij. Pecunia tua tecū
sit in p̄ditionē. Tertij sunt q̄ vēdūt spūsan
cti sanctitatē. s. ypocrite ꝛ simulatores q̄ ven
dunt bona opa ꝑ laude humana: sil'es esau
q̄ vendidit p̄mogenita ꝑ lenticula. Isti sunt
similes cuidā stulte ml'ieri sed in oculis suis
prudenti. de qua narrat ꝙ vir suus moritu-
rus cōdidit testm̄. Et inter alia dimisit vnū
vitulū vendendū ꝛ grauauit vxorē suā vt p̄-
cium vituli daret ꝑ aīa sua si moreret. Hec
aūt eo defuncto accipiens chattam ꝛ bouē
duxit ad foꝝ. Cūq̄ emptores vellent ab ea
emere bouē rn̄debat se nolle vendere bouē
sine chatta. Et illis rn̄dentibus ꝙ de chatta
nō curarēt sed de boue: illa asserebat vt ꝑus
Tunc emptores petiuerūt ab ea ꝑ q̄nto pre
cio vtrūq̄ dare vellet. rn̄dit: chattā dabo ꝑ
decē aureis q̄z preciosa est: bouē vero ꝑ soli
do. Tandē couentione facta p̄ciū bouis pu-
ta solidū dedit ꝑ aīa viri aureos aūt retinuit
sibi. Spūaliter ypocrite spm̄ sanctū ꝛ bona
opera eiꝰ ꝑ nihilo ꝛ negocia tp̄alia nolunt
dare nisi ꝑ magna pecunia. D

¶ Tertius flos est iste. Deꝰ
tanq̄ p̄rfamilias hoīem ꝓduxit quē vt exco
leret vineā suā ꝑ denario gl'ie ꝯduxit. Patet
mysterio figure ꝛ testimonio nature. figura
sic. d̄r em̄ Gen̄. ij. Qz deus posuit adam in pa
radiso terrestri vt oparet ꝛ custodiret illum
Per paradisū terrestrē intelligit eccl'ia. vn̄
Aug. lib. xi. sup gen̄. ad l̄raz. ca. xxxij. dicit sic
Paradisus dicta est eccl'ia sicut in cāticis cā
ticoꝝ legit. Ortus cōclusus: fons signatus:
puteus aq̄ viue paradisus cū fructu pomoꝝ
inde ceciderunt vel aperta ꝛ corporali sepa
ratiōe heretici: vel occulta ꝛ spūali q̄uis in
ea corporaliter esse videant oēs ꝑuersi. hec
ille. Et Greg. in homel. hodierna dicit sic.

Quis recte in patrefamilias intelligi pōt ni
si cōditor noster q̄ regit quos condidit ⁊ ele-
ctos suos. sic in hoc mūdo possidet quasi sub
iectos dn̄s in domo. Qui hȝ vineā vniuer-
sam scȝ eccl'iam q̄ ab abel iusto vsqȝ ad vlti-
mum electū q̄ in fine mundi nasciturus est:
quot sctōs ꝓtulit quasi tot palmites misit.
Hic itaqȝ paterfamilias ad excolendā vineā
suā mane hora tertia: sexta: nona: ⁊ vndeci-
ma oparios cōducit. qꝛ a mundi huiꝰ initio
vsqȝ ad finem seculi ad erudiendā plebē suā
predicatores mittere nō desistit. Mane em̄
mundi fuit cum sequēti hora ab adam vsqȝ
ad noe. hora vero tertia a noe vsqȝ ad abra-
ham. sexta quoqȝ ab abraham vsqȝ ad moy
sen. nona aūt a moyse vsqȝ ad aduentū dn̄i
Undecima vero ab aduentu dn̄i vsqȝ ad fi-
nem mundi. in qua predicatores apl'i missi
sunt q̄ mercedē plenā etiā tarde veniētes ac
ceperūt. Ad erudiendā ergo dn̄s plebē suā
quasi ad excolendā vineā suā nullo tp̄e desi
stit operarios mittere. qꝛ ⁊ prius p̱ p̄res post
modū p̱ leg̃ doctores ⁊ ꝑꝑhas. ad extremū
vero p̱ apl'os duȝ plebis sue mores excoluit
quasi per oparios in vinee cultura laborauit
Quāuis in quolibet modulo vel mēsura q̄s-
q̄s cum fide recta bone actionis extitit huiꝰ
vinee oparius fuit. Operator ḡ mane hora
tertia sexta ⁊ nona antiquꝰ ille ⁊ hebraicus
ppl'us designat̃ q̄ in electis suis ab ipso mū
di exordio dum recta fide deum studuit co-
lere quasi non desistit in vinee cultura labo-
rare. Ab vndecima vero gentiles vocant̃. h̄
ille. Scd̄o ptȝ testimonio nature. Nam sicut
mercēnarij est mercedē post laborē expecta
re: ita ⁊ cuiuslibet nostrū post diē huiꝰ mūdi
Job. vij. Sicut mercēnarij dies eius. Sicut
em̄ ceruus naturaliter desiderat vmbraȝ: sic
mercēnarius premiū laboris sui. Luce. x. Di
gnus est operarius mercede sua. E

¶ Quartus flos ē iste. Mi
les ī hac vita si nō bellauerit: mercator si nō
cōmutauerit: mercēnarius si vineā dn̄i non
coluerit: nō indignent̃ si illos deus iustus re-
prehēderit. ptȝ discurrēdo p̱ oēs. Nam quo
ad militem dauid rep̄hēdit Abner. i. Reg̃.
xxvi. Quo ad mercatorem dn̄s reprehendit
seruū q̄ posuit pecuniaȝ in sudario. Luce. xix.
Quo ad mercēnariū dꝛ. Prouerb. xxiiij. ca.
Per agrum hoīs pigri transiui ⁊ ecce totuȝ
repleuerāt vrtice. ideo dicit̃ ibi. vi. c. vade ad
formicam o piger. Et Job. v. Homo nascit̃
ad laborem ⁊ auis ad volanduȝ. vn̄ Greg̃.
in homelia hodierna dic̃ sic. Quid ergo nos
torpentes ⁊ a bono ope cessantes in excusa
tione nostra dicturi sumus q̄ pene a matris
vtero ad fidē venimꝰ q̄ verba vite ab ipsis
cunabulis audiuimꝰ q̄ ab vberibus sctē ec-
clesie potū superne p̄dicationis suximus cū
lacte carnis vnde recte vsqȝ ad finē vite tor
pentibus dicit̃. Quid hic statis tota die oci
osi. hec ille. Quod fuit verbū ꝓpositū in quo
ꝓpter quattuor reprehendunt̃. ¶ Primo qꝛ
non possunt iustam rōnem assignare cū di-
cit̃. quid. i. q̄ est rō ocij vestri: quasi dicat nul
la. Secūdo. qꝛ non possunt locuȝ cōueniētē
reprobare: cum dicit̃. hic: quasi dicat non est
alius locus exercitij. Tertio qꝛ nō possunt
virtutē debilē accusare: cū dꝛ statis. i. non ia-
cetis nō sedetis. Quarto qꝛ nō pn̄t laboris
diuturnitatē allegare: cū dꝛ tota die ociosi. s.
fuistis nō laborātes. Hec q̄tuor patēt in euā
gelio hodierno qd̄ moralit̃ exponit̃ sic. Per
istum hoīem intelligit̃ deus p̄r oīm creator
q̄ dꝛ homo ꝓpter māsuetudineȝ qꝛ mīa dn̄i
plena est terra. Iste est p̄rfamilias qꝛ guber
nat oēs creaturas celestes terrestres ⁊ infer
nales. Per vineā intelligit̃ pn̄ia. ista vinea
designat̃ per paradisum terrestrē: qꝛ sicut in
illo fuerunt tria. s. lignū vite: lignū sciētie bo
ni ⁊ mali: ⁊ fons irrigās vniuersam supficiē
terre. Sic in pn̄ia est deus pater q̄ est dator
humane vite. filiꝰ q̄ est sapiētia dei p̄ris. spūs-
sctūs q̄ est fons gr̃e rigans totā aīam. ista ē
vinea quā ondit spūssctūs pīcerne pharao
nis. i. vitē in q̄ erāt tres ꝓpagīes q̄s vidit cre
scere ī gēmas ⁊ gēmas ī botros ⁊ post vuas
maturescere. Spūalr̃ tres palmites in vite
sunt tres ptes pn̄ie que crescūt in gēmas. i.
emittūt cogitationes sanctas: ⁊ gēme in flo
res. i. sctē cogitationes in sanctas locutiōes
⁊ flores in fructꝰ. i. locutiōes in sctās opatio
nes. Ista vinea tanq̄ȝ alt̃ padisus terrestris
est custodita ab angelo flāmeo gladio. Ad
istam vineā vocat nos deus: scȝ ad pn̄iam.
faciendā: non ad dormiendū: sed ad operā-
dum. ad excolendū: qꝛ posuit deus hoīem in
paradiso vt operaret̃. Iste homo. i. deus pat̃
diuersis horis nos vocat ad pn̄iam: quosdā
vocat hora p̄ma. i. ī puericia. Naȝ sicut hora
p̄ma incipit sol lucere ⁊ ardere: sic in ista eta
te sol rōnis ⁊ discretionis incipit in puero ap
parere. tunc auteȝ vocat eū deus qn̄ īmittit
sctās cogitationes ad relinquendū mundū
⁊ seruiendū deo. Ista hora vocauit beatum

Nicholaū btm̄ dn̄icū ⁊c̄. Quosdā vocat hora tertia.i.in adolescentia. Nam sicut hora tertia sol multū ascendit ⁊ calorem magnū emittit: sic in adolescentia sol rōnis ⁊ discretionis ortus est ⁊ in cōplexione ⁊ mundi cōcupiscentia feruidus est. tunc aūt vocat eum deus qn̄ inspirat ad faciendū pn̄iam. ista hora vocauit btm̄ Paulū beatū Franciscū ⁊c̄. Quosdā vocat deꝰ sexta hora.i.in virili etate ⁊ perfecta. Nam sicut hora sexta sol est in toto suo splendore ⁊ feruore: sic in virili etate sol rōnis est in suo vigore vsq₃ ad quadraginta annos. tūc aūt vocat eū deus qn̄ imittit ꝓpositū ꝑseuerandi in pn̄ia. ista hora vocauit sctm̄ Bartholomeū ⁊ sctm̄ matheum. Quosdā vocat hora nona.i.in senectute. nā sicut hora nona sol incipit declinare in splendore ⁊ feruore: sic in senectute homo incipit minui in rōnis splendore ⁊ cōplexionis vigore. s.a.xl. annis vsq₃ ad.lx. tunc aūt vocat eū deus qn̄ ipsum adiuuat ad pn̄iam pagendam sicut vocauit petrū ⁊ andreā fratrē eiꝰ. Quosdā vocat hora vespertina.i.in decrepitate. Nam sicut sol hora vndecima tendit ad occasum: sic hō ad interitū ⁊ mortē. Et istos reprehendit deus tanq̄ ociosos q₂ senes ⁊ antiqui sunt pre alijs reprehensione digni si in seruitio dei fuerint ociosi. Hora aūt completorij nullū vocat q₂ tunc nō est tp̄us operandi: ſ mercedē recipiendi: cū sit hora mortis. Per ꝓcuratorē intelligit̄ xp̄s q₂ ꝓcurauit aīarum salutē. Iste vocabit nos in morte precepto patris ⁊ dabit denariū.i.regnū eternum in quo est rotunditas.i.eternitas. est scriptura.i.dei sapientia. est imago imperatoris.i.filius dei patris. incipiet autē a nouissimis q₂ nōnunq̄ qui posterius cōuertūtur prius gloria p̄miant̄ sicut patuit de latrone respectu apl̄oꝝ ⁊ marie magdalene. Ideo qui fuerunt primi in pn̄ia videntes se posteriores fore in tanta gloria murmurāt nō liuore inuidie sed magno zelo ⁊ desiderio fruende glorie. nō quasi eis displiceat ꝙ alij p̄miati sint. sed quia in presenti miseria remāserunt. Tamen post modum sicut ⁊ primi accipiunt eternam gloriam. quam nobis cōcedat iesus xp̄s in secula seculoꝝ. Amen.

Dñica in sexagesima. Sermo.xxix.

Quorde bono ⁊ optimo audientes verbum retinēt ⁊ fructum afferunt. Luce.viij. Dn̄s noster iesus xp̄s cū quedam mulier de turba exaltasset vocē dicens Beatus venter q̄ te portauit ⁊ vbera q̄ suxisti. dixit. Beati qui audiūt verbū dei ⁊ custodiunt illud. vt habet̄. Luce.xi. Sup quo talē moueo questionē. A Utrū verbum dei sit tāte efficacie ⁊ virtutis ꝙ oībus audientibus sit causa salutis. Ad istā q̄stionē rn̄det sanctus Aug. libro primo de verbis dn̄i sermone tertio dicēs sic. Dum nobis ꝑ officio cōpetat dicere vobis autē ꝑ deuotione ꝯueniat audire: q̄d tam necessariū tanq₃ ptinēs poterit vtrisq₃ cōtingere q̄₃ vt qō religiose dicit̄ ⁊ deuote audit̄ obsequijs cōpetentibus teneat̄. nam si religiosa non tacere lucrū est tacere dispendiū: quanto itaq₃ potiora lucra poterunt peruenire cum operis effectu monstratur q̄cquid magisterijs celestibus ⁊ discitur ⁊ tenet̄. Par em̄ causa ⁊ docentē ⁊ audientē ꝯstringit: vt vtriusq₃ ꝓfessio factoꝝ testificatione signet̄. Et q̄uis dissimile sit doctoris discentisq₃ officiū: tamen vtrisq₃ debet̄ sanctarū legum obsequiū: vt iungant̄ factis q̄ separant̄ officijs: copulent̄ opere: q̄ diuersi sunt nomine. ⁊ quos vocabula ab inuicē separant: eos obseruantia preceptoꝝ fideliter ⁊ deuote ꝯiungat. Quare sic fit vt vtrisq₃ diuersus sit actus: sed obseruantie par sit necessarius in vtrisq₃ effectus. vt factorū in amboḃ cōspiret assensus: q̄bus diuersus est in vocabulis sonus. In doctore molesta est cā dicere nec facere precipe nec obseruare. In discēte nō velle audire qō nolit implere: aures auditui accōmodare: ⁊ ab ope voluntatē auertere. Ceterū q̄ facit qō docet. et q̄cquid imperat cōplet maximus in celestibꝰ sn̄ia dn̄i declarat̄. At vero qui qō discit negligit: ⁊ qō audit ꝯtēnit salutis reus extitit: quia obseruanda contēpsit ⁊ pericula non vitauit. hec ille. Tamen ꝑ ampliori declaratione huiꝰ pono quattuor flores. B

Primus flos est iste. Licet verbum dei sit ex se salutiferū: non tamē in audientibus est eque fructiferum. ptz per tria exempla tanq̄ per tria testimonia. Primū ponit Aug. sup gen̄. dicens sic. Simul pluit dn̄s sup segetē ⁊ sup spinas. Sz segeti pluit ad horreum: spinis autem ad incendium ⁊ tamen est vna pluuia. Sic verbum dei oēs cōpluit. videat quisq₃ qualē radicē hēat. Uideat q̄sq₃ q̄ pluuiā bonā trahat. Si eā trahit ⁊ generet spinas nunq̄d iō pluuia illa dei icusanda ē. Anteq̄ ad radicē veniat

pluuia dulcis est: sic dulce est v̄bū dei āteq̄
veniat ad cor malū: hec ille. Scd̄m ponit idē
aug. li. ꝯfessio. dicēs sic. Palato nō sano pēa
est panis: q̄ sano est suauis. ⁊ ocul' egris odi
osa est lux que puris est amabilis. Tertium
ponit idem augu. lib. v. homeliarū: homelia
xxvi. ⁊ allegat̄. i. q. i c. interrogo. dicēs sic. In
ter rogo vos frēs ⁊ sorores dicite mihi quid
vob' pl'eē videt̄ corpus xp̄i an v̄bū dei. Si
verū vultis r̄ndere dicere debetis q̄ non sit
minus v̄buz dei q̄ corpus xp̄i. Et ideo q̄ta
sollicitudine obſuamus qn̄ corpus xp̄i no-
bis ministrat̄ vt nihil ex ip̄o de manib' n̄ris
in terrā cadat: tanta sollicitudine obſuem'
v̄buz dei qd̄ nobis erogat̄ ne dum aliud aut
cogitamus aut loq̄mur de puro corde depe-
at q2 nō minus reus erit qui v̄bum dei negli
genter audierit q̄ ille qui corpus christi sua
negligentia in terram cadere permiserit.
hec ille.   E

¶ Secundus flos est iste.

Peccatores in mortali pct̄o pseuerātes ne-
quaq̄ sunt in v̄bo dei fructificātes. Patet p
duos testes. Primus est greg. q̄ comparat
v̄bum dei cibo in homelia hodierna dicens
sic. Uerba dei que aure pcipit̄: mēte retinete
Cibus em̄ mētis est v̄bum dei: ⁊ q̄si accept'
cibus stomacho languēte reijcit̄: qn̄ audit'
s̄mo in ventre memorie nō tenet̄: s̄ quisq̄s
alimēta vite nō retiet: hui' pfecto vita despe
rat̄. Eterne ergo mortis periculuz formidate si
v̄ba quidē sancte exhortationis accipitis. s̄
v̄ba vite. i. alimēta iustitie in memoria non
tenetis: h̄ ille. Nam cor pct̄oris desiderijs vo
luptatū repletū: est stomach' prauis humo-
ribus repletus. Cor pct̄oris i accidia positū
est stomachus languidus. Et tales nō sunt
apti ad audiendū v̄bum dei ⁊ si audiūt non
retinēt nec fructificant: ⁊ est signū p̄rie mor
tis eoꝝ. Scd̄s testis est Johānes apoc. xv.
⁊. xvi. dicens sic. Uidi ⁊ ecce aptū est tēpluz
tabernaculi testimonij in celo ⁊ exierunt de
templo septē angeli vestiti lapide mundo ⁊
candido ⁊ circa pectora zonis aureis cincti.
et date sunt illis septē phiale auree plene vi-
no iracūdie dei ⁊ audiui vocē magnā dicētē
septē angelis. Ite ⁊ effundite septē phialas
ire dei i terrā. Spūal'r p istos septē angelos
intelligunt̄ p̄dicatores moderni q̄ dicuntur
angeli rōne nature: q2 debent esse a peccatis
puri. Et rōne cure: q2 sunt paranimphi a deo
missi. Et rōne mās̄ure: q2 debēt esse a terenis
eleuati ⁊ celo p desideriū fixi. dicunt̄ septem
ppter septē vitia q̄ debent p̄dicare fugienda
vel dicunt̄ septē ppt̄ septē dotes tres aīe et
q̄ttuor corpis habēdas. dicunt̄ vestiti lapid̄
ppter ꝯstantiā ⁊ firmitatē. mūdo ppter inte
riorē castitatē. Cādido ppter exteriorez vite
honestatē. Precincti pectore ppter cogitatō
nū p̄uarū repħēsionē. zonis aureis ppt̄ cha
ritatē. exeunt de tēplo. i. de secretorū studio.
Septē phiale sunt septē pct̄oꝝ mortaliū cla
re intelligētie ⁊ cognitiōes. Sūt plene vino
ire dei: q2 sunt plene penis q̄s tandē debent
ꝯseq̄ pctōres in h̄ mūdo vt patebit. Prim'
angel' effudit phialā suā in arenā ⁊ factū est
vulnus seuū ⁊ pessimū in hoīes q̄ hn̄t chara
cterē bestie. Spūal'r p illū p̄mū angeluz in-
telligit̄ p̄dicator de p̄mo pct̄o qd̄ ꝯtingit in
hoīe. s. de pct̄o gule. Iste effūdit phialā suaz
qn̄ p̄dicat penā infligendā p isto pct̄o cadit
sup arenā qn̄ cadit i cor pctōris gulosi. Gu
losus em̄ cōparat̄ arene. Primo ppter insa-
tiabilitatē: q2 sicut arena nunq̄ satiat̄ aqua.
ita gulosus nunq̄ satiat̄ potu ⁊ esca. iō rc̄tē
cōparat̄ inferno q̄ nūq̄ dicit sufficit. vt dicit̄
p uerb. xxx. Scd̄o ppt̄ siccitatē q2 sic arena
est ita sicca q̄ figure vel ymagīes i ea descri
pte nō diu manēt s̄ ad modicū vētū destru-
unt̄. sic gulosus ē ita siccus q̄ scē cogitatōes
abstinētie i eo nō pn̄t diu manē: s̄ ad modi
cā tēptationē frangit ieiunia vel modū exce
dit. Qn̄ ergo v̄bū p̄dicatoris imittit̄ i cor ali-
cui' gulosi: tūc semē verbi dei cadit i arenā: ⁊
phiala effundit̄ in arenā. Arena aūt nō est
loc' apt' ad semē spgēdū nec ad fructifican-
dū. Et q2 gulosus nō facit fructū angel' cō-
minat̄ sibi penā hāc. s. q̄ vulnerabit̄ q2 diui-
det̄ a suis delectatiōib' in cibo ⁊ potu q̄ erit
magna pena: seu q2 diuidet̄ aīa a corpe: seu
q2 diuidet̄ aīa a deo ⁊ ponet̄ in inferno. Et
istas pēas hēbūt gulosi: q2 hn̄t signū bestie
in viuēdo tāq̄ bestie. exēplū hui' fuit in adā
Nā deus tanq̄ p̄mus angelus eum monu-
it de peccato gule vitando. Et quia Adam
non seruauit cum esset tanq̄ puluis de pul-
uere a deo creatus. ideo exulauit a deo i pa
radiso ⁊c. Secūdus angelus effudit phia- 2
lam suā in mare: ⁊ factum est q̄ omnis aīa
viuens mortua est in mari. Spūaliter p illū
secundū angelum intelligit̄ predicator de se
cundo peccato quod cōtingit in homine. scz
de peccato luxurie. Per mare intelligit̄ luxu
riosus. Primo ppter fetorē q2 sic mare ē fe-
tidū. ita luxuriosus nō solū corpe; sed etiam

culpa deo ⁊ hoībus est fetidus ex infamia.
ideo cōparat sepulchris mortuoꝝ q̄ exteriꝰ
sunt dealbata interiꝰ aūt plena cadaueribꝰ
Math. xxiij. Secūdo ꝓpter feruorē. Nam si
cut mare semper est feruidū: ⁊ ideo semꝑ in=
quietum. sic luxuriosus semꝑ est feruidus in
suis cōcupiscentijs: ideo cōparat olle succē
se igne: quā vidit Hiere. i. c. dicēs. Ollaꝫ suc
censam ego video. scꝫ cōcupiscentiā ardentē
Mare aūt est infructiferū: q꞉ q̄ntūcunqꝫ se=
minis infundat in eo nō reddit fructū. Sic
q̄ntūuis predicator infundat verbuꝫ dei in cor
luxuriosi non fructificat: ideo sequit pena q꞉
oīs anima viuēs in mari mortua est: q̄m ꝑ=
seuerans in luxuria moriet morte gehēnali.
Exemplum huius noe tanq̄ secūdus ange=
lus predicauit cōtra hoc pctm̄ centū annis.
Nam vidētes filij dei filias hoīm eo q̄ eēnt
pulchre ⁊c. vt habet. Gen̄. vi. Ideo nolētes
corrigi mortui sunt aq̄s diluuij. Gen̄. vij. ca.
Unde Hiero. vt habet de pnīa distin. i. §. de
niqꝫ dicit sic. Deniqꝫ ⁊ in gen̄. legimus cen=
tum ⁊ viginti ānos pnīe cōstitutos ante di=
luuiū q꞉ tanto tpe: hoc est centum ānis no=
luerunt agere pnīam nequaq̄ expectauit de
us vt ⁊ viginti alij cōpleant: sed infert antea
3 qd post fuerat cōminatus ⁊c. Tertius an=
gelus effudit phialam suā in fontes ⁊ flumi
na ⁊ factus est sanguis. Per illum tertiū an
geluꝫ intelligit predicator cōtra tertiū pctm̄
qd ꝯtingit in hoīe: scꝫ pctm̄ ire. Iste angelꝰ
effundit phialam suā q̄n emittit predicatio=
nē suā suꝑ fluuiū. i. suꝑ iracundum. Iracun=
dus em̄ cōperat fluuio. Primo ꝓpter impe
tuositatem. Nam sicut fluuiꝰ semꝑ est insta
bilis ⁊ impetuosus ad currendū ita iracun=
dus ad nocendū. Secūdo ꝓpter rapacitatē
⁊ sonoritatē. nam sicut fluuius emittit sonū
magnū ⁊ existentia in eo diruit ⁊ ad se tra
hit. ita iracundus semꝑ est clamosus ⁊ exi=
stentes ibi dissipat vulnerat ⁊ mactat. ideo
cōparat fluuio quē vidit Ezech. xlvij. Queꝫ
non poterat transuadere: q꞉ iracundū quasi
nullus potest in sua malicia superare. Si au
tem spergat semen in fluuio non fructificat:
2 sic si predicet iracundo non facit fructū. Un̄
infligit pena: q꞉ fiet sanguis non solum in
corpe q꞉ q̄ gladio ferit gladio perit. Math.
xxvi. Et ꝑ que quis peccat: ꝑ hec ⁊ torquet.
Sapien. xi. Immo spūaliter cōuertet in san
guinē: q꞉ in eternā vindictā ⁊ tribulationem
Gen̄. iiij. Uox sanguinis fratris tui abel cla
mat ad me ⁊c. Exemplū huiꝰ moyses tanq̄
tertius angelus p̄dicauit cōtra hoc pctm̄ scꝫ
duricie ⁊ iracundie in pharaone ⁊ q꞉ noluit
cōuerti flumina eius cōuertit in sanguinem
vt dicit. Exodi. vij. In detestationē eius ⁊c.
Quartꝰ angelus effudit phialā suā i solē ⁊ 4
estuauerūt hoīes estu magno ⁊ blasphema
uerūt nomē dei neqꝫ egerunt pnīam. Spūa=
liter ꝑ illum quartū angelū intelligit p̄dica=
tor ꝯ quartū pctm̄ qd cōtingit in hoīe: scꝫ pec
catū suꝑbie. Iste angelus effudit phialā su=
am in solem q̄n emittit p̄dicationē suam in
superbū ⁊ elatum. Suꝑbus em̄ cōparat soli
Primo ꝓpter sublimitatē. nam sicut sol est
sublimior situ ⁊ splendidior oībus terrenis:
ita suꝑbus vult apparere sapiētior ⁊ altior a
lijs dn̄is. Secūdo ꝓpter quātitatē ⁊ figura=
tionē. naꝫ sicut sol est oībus planetis maior
quātitate ⁊ figura ꝑfectior oībus inferioribꝰ
q꞉ figure spherice: ita suꝑbus vult p̄eminere
⁊ apparere ⁊ viris ꝑfectis tanq̄ suꝑioribꝰ ⁊
oībus alij tanq̄ inferioribus. Ideo cōparat
soli quē vidit Iosue stantē in medio celi nō
declinantē occumbere. Iosue. x. q꞉ superbus
nunq̄ vult descendere. Si aūt semen sperga
tur in solem non fructificat: ita nec verbū dei
seminatū in suꝑbo fructificat. ideo seq̄tur pe
na. Qm̄ estuauerunt homīes estu magno ⁊
igne. vn̄ non solū estuāt hic estu ambitionis
īmo estuabunt in alio seculo igne eterne dā=
nationis. Iuxͣ illud. Math. xiij. Mittēt eos
in caminū ignis. Exemplū huiꝰ. naꝫ daniel
fuit quartus angelus q̄ predicauit ꝯ Nabu=
chodonosor suꝑbissimū. Quia vero non se
correxit nec fructū fecit. iō punitus fuit. Un̄
septē ānis fenū vt bos comedit vt estuaret
estu solis cū bestijs. vt habet. Dan̄. iiij. Qui 5
tus angelus effudit phialā suam suꝑ sedem
bestie ⁊ factū est regnū eius tenebrosum et
manducauerunt linguas suas pre dolore ⁊
blasphemauerūt deū celi pre doloribꝰ ⁊ vul
neribus suis q꞉ pnīam nō egerunt. Spūalit
ꝑ istum q̄ntum angelū intelligit predicator
ꝯ pctm̄ inuidie. iste angelus effudit phialam
suam. i. predicationē suā in sedem bestie. i. in
inuidū. Nam inuidus coparat sedi bestie. i.
dyaboli ꝓpter duo. Primo ꝓpter modum
conformem ⁊ eius cōformitatē: q꞉ sicut dya
bolus inuidit deo. Iuxta illud. Esa. xiiij. Se=
debo in lateribus aq̄lonis: suꝑ astra celi ex=
altabo soliū meū ⁊ similis ero altissimo. inui
dit etiā hoī q̄n dixit. Cur p̄cepit vobis deus
ne comederet de oī ligno paradisi. Gen̄. iij.
Ita inuidus inuidet viris ꝑfect̄ de spūalibꝰ

ꝛ aliis de tpalib⁹ semꝑ appetens in alto sede
re ꝛ stare. Scḋo ꝑpter inqetē: qꝛ sicut dya
bolus semꝑ est inqetus intendēs ad maluȝ
hoīs: ita inuidus. ideo diabolus in eo tanq̄
in sede sua sibi cōplacet sedet ꝛ qescit. ḡ in
uidus cōparat̄ sedi. Si aūt semē spergat̄ in
sedē nō fructificat: ita nec verbū dei semiatū
in īuido fructificat: iō sequit̄ pena: qꝛ īuidi q̄
sunt regnū dyaboli erūt tenebrosi non soluȝ
mente hic: imo etiā in inferno mēte ꝛ corpo
re. Nam mittent̄ in tenebras exteriores vbi
erit fletus ꝛ stridor dentiū. vt dr̄. Math. xxij.
Exemplū hui⁹. Naȝ Helizeus fuit iste ange
lus q̄ ꝑdicauit ꝯ regē syrie ꝛ exercitū suuȝ q̄
inuidebāt iudeis q̄ erant in samaria ꝛ qꝛ eū
non audierūt ꝑcussit illos cecitate. vt habet̄
iiij. Reg. vi. Sextus angelus effudit phia
lam suā in flumen magnū Eufraten ꝛ sicca
uit aquā eius ꝛ exierunt tres spūs īmūdi in
modū ranarū. Spūaliter ꝑ istū sextū ange
lū intelligit̄ ꝑdicator ꝯ pctm̄ auaricie. iste an
gelus effudit phialā suā. i. ꝑdicationē suā in
flumen magnū eufraten. i. in auarū ꝛ vsura
riū. Auar⁹ em̄ cōparat̄ fluuio magno eufra
ti ꝑpter duo. Primo ꝑpt̄ ꝯgregationē pul
uerū: ideo dr̄ eufrates. i. puluerulēt⁹. ita aua
rus semꝑ est ꝯgregatiuus terrenoꝝ q̄ tanq̄
puluis deficiūt. Secūdo ꝑpter accrescentiaȝ
vndarū. Naȝ sicut ille fluuius plus crescit q̄
decrescit. ita auarus nunq̄ decrescit ſ; semꝑ
crescit in vehemētia ꝛ appetitu terrenoꝝ qḋ
est ꝯ illud ps. Diuitie si affluāt nolite cor ap
ponere. Ideo auarus cōparat̄ ydropico q̄
quanto plus potat tanto plus sitit. ḡ auar⁹
bene cōparatur fluuio magno eufrati. si aūt
semen spergat̄ in illo fluuio non fructificat:
sic nec verbū dei in auaro fructificat: iō sequi
tur pena. Nam aqua. i. diuitiaruȝ abundātia
auferet̄ ei: scȝ aqua tpaliuȝ rerū ꝛ aqua diui
ne grē in pn̄ti ꝛ aqua fontis glorie in futuro
q̄ est aqua saliens in vitā eternā. Tres spūs
īmundi in modū ranarū sūt tres pene quas
habēt auari in mundo isto. Prima est saga
citas in acqrendo. Secūda est tenacitas in
cōseruādo. Tertia est labor in disponēdo seu
dolor in dimittendo. Exemplū hui⁹. Naȝ la
zarus fuit iste angelus q̄ facto magis q̄ ver
bo ꝑdicauit illi diuiti auaro ꝛ epuloni: ꝛ qꝛ
euȝ non audiuit: in inferno missus est aqua
siccato qm̄ petēs aquā ab abrahā vt refrige
raret liguā suā nō obtinuit. vt hēt̄. Luc. xvi.
¶ Septim⁹ angel⁹ effudit phialā suā in aerē
ꝛ facte sūt voces fulgura tonitrua ꝛ terremo
tus magn⁹ qlis nō fuit suꝑ terrā. Spūalit̄ ꝑ
istū septimū āgelū ītelligit̄ ꝑdicator ꝯ pctm̄
accidie. Iste angelus effudit phialā suā. i. ꝑ
dicationē suā in aerē. i. in accidiosuȝ. accidio
sus em̄ cōparat̄ aeri ꝑpter duo. Primo ꝑpt̄
īmobilitatē sicut em̄ aer nunq̄ȝ mouet̄ nisi a
vēto vl̄ ab alio cogat̄ sic nec accidiosus. Se
cūdo ꝑpt̄ vacuitatē. nā sicut aer semꝑ tēdit
ad vacuū: ita accidiosus ad locū vbi nō hēat
opus bonū. ideo cōparat̄ lapidi vel ferro q̄
semꝑ appetūt centrū: iō accidiosus cōparat̄
aeri. Si aūt semen spargat̄ in aere nō fructi
ficat: ita nec v̄bū dei in accidioso fructificat:
ideo sequit̄ pena: qꝛ tēpestas niuis ꝛ ignis de
scendit de celo ꝛ blasphemauerūt deū ꝑpter
plagā grandinis qm̄ magna facta est vehe
mēter Iuxta illud ps. Grando nix glacies
spūs ꝑcellarū ei⁹ pars calicis eoꝝ. Exēplus
huius. Nam Iosue fuit iste angelus q̄ ꝑdica
uit ꝯ gabaon vt exercerēt se ī opib⁹ v̄tuosis
Et qꝛ nō audierūt eū misit dn̄s suꝑ eos grā
dinē ꝛ ꝑcussi fuerūt plures grandine q̄ gla
dio ꝛ interfecti. Iosue. x. Ptȝ ergo q̄ pcōres
in peccato perseuerantes non fructificāt in
verbo dei. D

¶ Tertius flos est iste. Iu
sti verbū dei qḋ audiūt aure ꝛ mente retinēt
non abiiciunt sed opere cōplent. ptȝ ꝑ duos
testes. Primus est Anselm⁹ libro de silitudi
nib⁹ q̄ ponit talē casum. Si ros ꝛ vētus descē
dant suꝑ ignē in materia exn̄tem faciūt ipȝ
augmētari. Sic si in corde iusti descēdat ver
bū cōminatiōis eterne dānationis ꝛ v̄bū cō
solationis diūe retributionis facit ipm̄ aug
mētari ꝛ fructificare. Scḋs testis est Iohēs
Apoc. vi. vbi dicit q̄ vidit celum aptū ꝛ au
diuit vocē tāq̄ tube loquētē. Et dū loqret̄ au
diuit tāq̄ȝ vocē tonitrui magni dicētē. veni ꝛ
vide. Et vidi septē mysteria in qbus spūalr̄
demōstrat̄ quō iusti fructificāt in v̄bo dei au
dito q̄ qdē patent discurrēdo ꝑ singula. Pri
mo vidi ꝛ ecce equ⁹ albus ꝛ q̄ sedebat super
illū hēbat arcū ꝛ data est ei corona. Spūalr̄
ꝑ istū angelū intelligit̄ ꝑdicator ꝑdicans vo
ce tube: qꝛ inuitat ad eternū ꝯuiuiū. Et etiā
inuitat nos ad bellū. ꝑ equū intelligit̄ corp⁹
nr̄m. ꝑ eqtantem intelligit̄ spūs cui⁹ est rege
re corpus nostrū ꝛ suppeditare. qn̄ ḡ aliqs
īmundus ꝛ luxuriosus ꝑponit ꝑpter v̄bū
ꝑdicatoris seruare mūdiciā ꝛ castitatē ꝛ cū
ꝑposito exit ecclīam: tūc miles exit in equo
albo cū corona in capite: qꝛ cū victoria in mē

te ⁊ hȝ arcū in manu.i.firmū ꝓpositū ⁊ liberū arbitriū ad se defendendū. Scd̄o vidi angelo loquēte ⁊ ecce equꝰ ruffus ⁊ q̇ sedebat sup eum habebat gladiū magnū. Spūaliter qn̄ audiens p̄dicatorem est accidiosus ⁊ ꝓponit firmiter exponere corpus suū opibus ꝟtutuȝ ⁊ sic exit: tūc apparet equus ruffus q̇ designat cōstantiā ⁊ fortitudinē cū gladio magno.i.cum ptāte magna a deo sibi data: vt se viriliť defendat ab insidijs inimici. Tertio vidi angelo loquēte: ⁊ ecce equus niger ⁊ q̇ sedebat super eū habebat staterā in manu sua. Spūaliter qn̄ aliq̄s gulosus ꝓpter verbum predicatoris ꝓponit macerare corpus suū ieiunio ⁊ abstinētia: tunc apparet miles cum equo nigro qꝛ abstinētia denigrat corpus. ⁊ cum ꝓponit dare corpori suo victuȝ ⁊ alia necessaria ad mensurā ⁊ nō ad supabūdantiam: tūc portat in manu staterā. Quarto vidi angelo loquente ⁊ ecce equus pallidus ⁊ q̇ sedebat super illuȝ data est illi ptās sup quattuor ptes mundi: ⁊ nomē illi mors. Spūaliter qn̄ aliq̄s inuidus ꝓpter verbum p̄dicatoris ꝓponit se exponere dilectioni dei ⁊ ꝓximi: tūc apparet miles cū equo pallido ⁊ nomen illi mors qꝛ fortis est vt mors dilectio. hȝ aūt ptātem sup quattuor partes terre qꝛ ad diligēdū deū seipsum ꝓximū ⁊ corpꝰ. Quinto vidi angelo loquēte ⁊ ecce aīas interfectoꝝ ꝓpter verbū dei. Spūaliter qn̄ aliq̄s supbus post ꝟbū p̄dicatoris ꝓponit aīaȝ suā humiliare ⁊ alijs submittere ꝓpter fideȝ dei q̄ est verbū dei: tunc apparent aīe interfectoꝝ qꝛ ꝑ illa sancti dei occisi fuerūt. Sexto vidi angelo loquente ⁊ ecce terremotus factus est magnus ⁊ sol factus est niger tā q̄ saccus cilicinus. Spūaliter qn̄ aliquis auarus ꝓpter verbum predicatoris ꝓponit oēs diuitias terrenas vilipendere tanq̄ saccum cilicinum: tunc sol.i. auarus q̇ adinstar solis humores diuitiarū trahebat: apparet tanq̄ saccus cilicinus per vilipensionē: cū ab oībus despiciať mundialibus. Septimo vidi angelo loquente ⁊ ecce factuȝ est silentiū magnum in celo. Spūaliter qn̄ aliquis iracundus ꝓpter verbum pradicatoris proponit omēs iniurias ⁊ improperia cum patientia sine murmuratione clamore ⁊ responsione tolerare: tunc factum est magnum silentium in eo. E

¶ **Quartus flos ē iste. Tūc** fructū verbi dei afferimus: cum imitari spūalium viroꝝ vestigia firmiter ꝓponimꝰ. ptȝ ꝑ Esa.xli.c. Ubi dn̄s deserte ecclie spūaliū virtutum merita ꝓmittit dicens sic. Ponaȝ desertum in stagna aquarum ⁊ terraȝ inuiā in riuos aquarum dabo in solitudinē cedrū ⁊ spinam ⁊ mirtum ⁊ lignum oliue. Ponam in desertum abieteȝ vlmū ⁊ buxum simul vt videant sciant ⁊ recogitent ⁊ intelligant pariter. hec ibi. Spūaliter dn̄s ponit desertum in stagna aquarum ⁊ terram inuiā in riuos aquarum: qn̄ pctōribus qui per ariditatē mētis nullos fructus bonoꝝ operuȝ faciebant fluenta sancte predicationis dat: a q̇bus emanāt riui bonoꝝ operū. Cedri sunt illi qui ꝟtutes ⁊ signa exhibent in sua oꝑatione dicētes cū paulo.ij. Corinth.ij. Xp̄i bonꝰ odor sumꝰ. quoꝝ corda ita interno amore solidata sunt vt nulla putredo terreni amoris possit ea corrūpere. Per spinaȝ significanť viri spūales q̇ dum de pctis ⁊ ꝟtutibus p̄dicant nunc eterna supplicia minanť: nūc celestis regni p̄mia ꝓmittūt. cor audientiū pūgunt: ⁊ in tantū ꝑforāt mentē dolore cōpunctiōis vt ab eoꝝ oculis quasi q̇dam sanguis anime lachryme decurrant. Mirtus est ꝟtutis tēperatiue: qꝛ dissoluta mēbra tēperādo restringit. Per mirtum intelligunť illi q̇ afflictionibus ꝓximoꝝ cōpati sciunt: coꝝq̄ tribulationē tēperāt sicut scriptū est.ij. Corin.i. Grās aūt deo q̇ ꝯsolať nos in oī tribulatōe nr̄a: vt possimꝰ ⁊ ipsi ꝯsolari eos q̇ in oī p̄ssura sūt. Isti em̄ dū aliq̇d ꝟbū vl' oꝑa ꝯsolatiōis afferūt afflictꝭ ꝓximis: ꝓculdubio eos ad statuȝ rectitudinis restringūt ne īmoderata tribulatiōe in desperationē soluanť. ꝑ oliuā significanť misericordes quia grece eleos latine mīa vocať. Nam fructus mīe lucet ante oculos dei q̄si liquor oliue. Unde dꝛ. Btī misericordes qm̄ ipsi mīam consequenť. Per abietem vero q̄ valde crescendo ad alta sustollitur: intelligunť illi q̇ intra scrām ecclīam adhuc in terrenis corporibus positi iā celestia contēplanť q̇ cuȝ paulo dicūt illud. Phil.iij. Nostra ꝯuersatio in celis est. Per vlmū intelligūť mētes seculariū: q̇ dū terrenis curis inseruiunt non afferunt fructum alicuius ꝟtutis spūalis. Et sicut vlmus licet nō habeat fructum ꝓprium tamen solet portare vitem cum fructu: sic viri seculares licet nullū fructum virtutis spiritualis habeant: tamen dum sanctos viros spiritualibus donis plenos sua largitate ⁊ elemosinis sustentant vitem cum botris portant. Per buxum auteȝ

que in altũ non pficit nec fructũ pducit:sed solũ viriditatem habet intelligunt parvuli q̃ ex etatis infirmitate bona opera nõ faciunt sed tamen parentũ fideliũ credulitatẽ sequẽtes fidẽ ppetue viriditatis tenent.Hanc expositionẽ ponit btũs Greg. in homelia sup illud Luce.iij.anno q̃nto decimo imperij tyberij cesaris rc. Ergo emẽdemus in melius q̃ ignorãter peccavimus τ ad semitã iusticie revertamur vt verbũ dei audire τ recipere in corde possimus τ in opere fructificare ad salutem q: tales corde bono τ optimo audientes verbũ retinent rc.vt dicit verbũ ppositum.in quo solvunt tres q̃stiones. Prima questio est q̃s est locus cõveniẽs in quo est verbũ dei collocãdũ.rñdetur corde bono τ optimo. Secũda q̃stio est qd est opus expediens in quo est laborandũ.respondet verbum retinent. Tertia questio est quis est terminus alliciens in quo est sperandũ.rñdetur.fructum afferunt. Hec oĩa patent in evangelio hodierno.p cuius expositione sciendum q per seminatorẽ intelligit dei filius vel q̃libz pdicator vitatis q̃ exijt ad seminãdum qñ exivit a patre τ venit in mundũ ad erudiendũ nos:vel pdicator exijt de secreto sue cõtẽplationis ad docendũ pplm. Per semen intelligit verbum dei qd predicat. per terrã intelligit mens humana.per malã terram intelligit mẽs viciosa.p terrã bonaz intelligit mẽs vtuosa.Semen ergo quoddaz cecidit secus viã:quoddã in terrã petrosam. quoddã in spinosam. Per terrã secus viã intelligit psona luxuriosa.Nam sicut terra secus viã non est muris clausa:ita nec psona immũda est sensibus suis clausa sed aperta Habet enĩ oculos non clausos ad videnduz illecebras.Aures aptas ad audiẽdũ immũda colloquia rc.τ sic vbũ dei in eo ñ fructificat:sed volucres celi.i.demones q̃ dicunt volucres a subito volatu τ motu: τ dicunt celi q: in aere existunt comedũt illud: qñ de corde eius verbum dei auferunt. Unde Crisostomus super matheũ dicit sic.Sicut si ostendantur catulis leonum flor amenitates nõ excitantur: sed si ostendant eis carnes: ita luxuriosi non excitantur ad divina eloquia: sed ad prava colloquia. Per terram petrosam intelligitur persona superba. Nam sicut terra petrosa est ponderosa dura frigida:ita superbi sunt ponderosi ideo non pñt in celo manere sursuz.vt patuit ĩ lucifero. Sũt duri ad opa hũilitat; sunt frigidi ad opa charitat;

iõ verbum dei non fructificat in eis.Nam ad tẽpus credunt: τ in tempore temptationis recedunt. Unde Crysostomus super matheum dicit sic.Sicut aqua cadens supra petram exterius petram abluit:sed interius nõ emollit:ita verbũ dei:τ si cor peccatoris superbi punctione tangit:tamẽ ad humilitat; opera non emollit. Per terram spinosam intelligitur persona divitijs opulenta.Nam sicut spine carnem lacerant τ inflicto vulnere cruentant:ita divitie mentem avari cogitationum τ desideriorum punctionibus perforãt τ vsq3 ad consensum eã trahunt. Ideo nec isti fructificant:q: spine divitiaruz τ cogitationes earum verbum dei in cordibus suffocãt.vñ Crisosto.sup matheũ dic.Sicut modicũ mellis immissũ in vas plenũ aceto non dulcorat:sed ipsum mel dissipat:ita verbum dei immissum in cor avari p multitudine cogitationũ divitiarũ cogitationes tales non expellit:sed seipsum destruit. Quod autẽ cecidit in terram bonam facit fructum: sed qd dam facit fructum tricesimum.i.magnum τ isti sunt incipientes sequi dñm.Quoddam sexagesimum τ isti sunt pficientes. Quoddam centesimum τ isti sunt perfecti. vel primi sunt coniugati scdi vidue tertij virgines Faciamus ergo q terra nostra sit bona τ faciat fructum. Possumus autem hoc cognoscere: si terre ammisceat aqua τ si gustata terra remanet dulcis:signum est q terra est bona.Si autem amara signum est q terra est amara τ mala:ita in proposito.Si aqua tribulationũ ãmisceatur persone si est amara per verba impatientie signum est q terra est mala.Si autem dulcis per verba patientie signum est q est bona. Habeamus igit cor in terram bonã τ faciamus fructum meritor in vita beata.Amen.

Dñica in q̃nquagesima.Sermo.xxx.

IEsu fili david miserere mei.Luce.xviij.τ in evãgelio hodierno. Deus cõminãs pctõri Ezchiel.vij.dicit sic De ppinquo effundã irã meã sup te:τ cõplebo furorẽ meũ ĩ te:τ iudicabo te iux vias meas:τ imponã tibi oĩa scelera tua:τ nõ parcet oculus me9 nec miserebor:s vias tuas ĩponã tibi:τ aboĩationes tue in medio tui erũt: τ scies q: ego sum dñs pcutiẽs. A Sup isto vbo moveo talẽ qõnẽ. Posito q aliq̃s ppter pctã sua credẽs deũ sibi iratũ pcutit

nũc vna tribulatione tp̃ali nũc alia timetq̃ ꝓbabilr̃ ne mortis iaculo ꝑcutiatᷣ eternali q̃ro istã q̃õnẽ. Quid põt homo a deo ĩpetrare: vt oẽm penã tam tẽpalẽ q̃ȝ eternã possit cui tare. Ad istã q̃õnẽ r̃ñdent duo doctores ecclesie. Primus est btũs greg. lib. xx. moral. parte. iiij. c. xi. ꝛ allegatᷣ in decreto disti. xlv. c. disciplina dicẽs sic. Disciplina vel mĩa multum destituitᷣ si vna sine altera teneatᷣ. Sed circa subditos inesse dȝ rectorib⁹ ꝛ iuste cõsulens mĩa ꝛ pie seuiẽs disciplina. hinc est q̃ semiuiui illius vulneribus q̃ a samaritano in stabulũ ductus est ꝛ vinũ adhibetur ꝛ oleũ vt ꝑ vinũ moderentᷣ vulnera: ꝑ oleum leniantᷣ et foueantᷣ: quaten⁹ vnusquisq̃ȝ q̃ sanãdis vulneribus p̄est: in vino morsum districtionis adhibeat: in oleo molliciẽ pietatis. ꝑ vinũ mũdantᷣ putrida: ꝑ oleũ sanãda fouetᷣ. Miscẽda ẽ ergo lenitas cũ seueritate: faciendũ est quodãmodo ex vtroq̃ȝ tempamẽtum: vt neq̃ȝ multa asperitate exulcerẽtᷣ subditi neq̃ȝ nimia benignitate soluantᷣ: hec ille. Scd̃us est sanctus thomas p̃ma pte. q. xxi. arti. iiij. in r̃ñ. dicẽs sic. Necesse est q̃ in quolibet ope dei mĩa et veritas inueniatᷣ. Cuius necessitatis rõ est q: cũ debitũ quod est ex diuina iustitia reddiᷣ opȝ q̃ sit vel debitũ deo vel debitũ alicui creature. Neutrũ em̃ põt in aliquo ope dei p̃termitti. nõ em̃ põt aliquid facere deus quod nõ sit cõueniẽs sapientie ꝛ bonitati ipsius s̃m quem modũ diximus q̃d eẽ debitũ deo. Silr̃ etiã quicq̃d in reb⁹ creatis facit s̃m ꝯuenientẽ ordinẽ et ꝓportionẽ facit in quo consistit rõ iustitie. et sic opȝ in omni ope dñi esse iustitiã. Opus aũt diuine iustitie p̃supponit op⁹ mie et in eo fundatᷣ. Creature em̃ nõ debetᷣ aliq̃d nisi ꝓpter aliq̃d ĩ eo p̃exñs vel p̃cõsideratũ. Et rursus si illõ creature debetᷣ hoc erit ꝓpter aliq̃d p̃us: et cum nõ sit ꝓcedere in infinitũ opȝ deuenire ad aliquid quod ex sola benignitate diuine volũtatis dependeat qua est vltimus finis. exẽplum si dicamus q̃ habere manus debitum est hoĩ ꝓpter aĩam rõnalẽ: aĩam vero rõnalem hr̃e ad hoc vt sit homo: hoĩem vero esse ꝓpter diuinã bonitatẽ: et sic in quolibet opere dñi apparet mĩa q̃tum ad p̃mã radicẽ. cui⁹ virtus saluatur in oĩbus ꝯsequẽtibus et etiam in eis vehemẽtius opatur: sicut cã p̃maria vehemẽtius influit q̃ cã secũdaria. Et ꝓpter hoc etiã ea q̃ alicui creature debẽtur de⁹ ex abũdãtia sue bonitatis largius dispẽsat q̃ exigat ꝓportio rei. Minus em̃ est q̃d sufficeret ad s̃uandum ordinẽ iustitie q̃ȝ diuina bonitas cõfert que õnẽ ꝓportionẽ creature excedit: hec ille. Tamen pono quattuor flores ibi sequentes. B

❡ Primus flos est iste. Sicut ĩ filio dei simlr̃ est mĩsericordia cũ iustitia: sic nõ vtitᷣ vna sine altera in vli rerũ ꝓuidẽtia. Quo ad p̃mã ptẽ sunt duo testes. Primus est moyses exo. xxv. dicens sic q̃. in archa dei erant simul virga ꝛ mãna. Per archam intelligitᷣ dei filius. Tũ q: in eo sunt omnes thesauri sapientie ꝛ sciẽtie dei reconditi sic erãt in archa tabule testamẽti. Tũ q: est de lignis oliuarũ. i. de natura diuinarũ ꝑsonarũ que sunt ꝑsone mĩsericordiarum: sicut archa erat de lignis oliuarũ. In ista archa est virga simul ꝛ mãna. s. virga districtiõis ꝛ iustitie et mãna dulcedinis ꝛ mĩe. hinc etiã dauid ait. Virga tua ꝛ baculus tuus ipsa me ꝯsolata sunt. Virga em̃ ꝑcutimur ꝛ baculo sustẽtamur. Si ergo est districtio iustitie q̃ feriat sit et ꝯsolatio baculi que sustẽtet. Sit itaq̃ȝ amor s̃ nõ emolliens: sit rigor s̃ nõ exasꝑans: sit zelus sed nõ immoderate seuiens: sit pietas nõ plusq̃ expediat ꝑcens. hanc figurã exponit greg. vbi sup̃. Secũdus testis est iohannes apoc. iiij. dicens sic. Vidi ꝛ ecce ostium aptum in celo ꝛ vox p̃ma quã audiui tanq̃ tube loquẽtis mecũ dicens: Ascende huc et ostendã tibi que opȝ fieri cito. Post hoc statim fui in spũ. ꝛ ecce sedes posita erat ĩ celo ꝛ supra sedem sedens. Et q̃ sedebat similis erat aspectui lapidis ꝛ iaspidis ꝛ sardis. Spũaliter ꝑ istud celũ intelligitᷣ diuinũ secretũ in quo scire ꝛ velle dei manet absconsum. Iohanni fuit celũ aptum. i. diuinum secretũ fuit reuelatũ. Per sedẽ intelligitᷣ deus pr̃. Ista sedes est posita in celo. i. deus pr̃ sup̃ nos valde eleuatus. In ista sede sedet dei fili⁹ dñs iesus xp̃s q̃ est similis lapidi ꝓpter eius ꝑpetuitatẽ: iaspidis ꝛ sardinis. In iaspide est viriditas ꝑ quã designatᷣ mĩa. Nam sicut viriditas multũ delectat oculũ infirmũ. ita misericordia pctõrem ꝯuersum. In sardine est color rubeus ꝛ sanguinolẽtus quo designatᷣ iustitia. Nam sicut sanguis ꝓuocat iudicem et terret delinquentẽ iuxta illud gen̄. iiij. Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: ita iustitia clamat ad xp̃m iudicem: ꝛ terret pctõrẽ. ergo in filio dei est simul mĩa ꝛ iustitia. ps. Dñe duo hec audiui: q: ptãs dei ẽ ꝛ tibi dñe mĩa; q: tu reddes vnicuiq̃ȝ iuxta

opera sua. Et iterū. O dñe libera aīam meā
mīsericors dñs ⁊ iustus ⁊c. Quo ad secundā
partē sunt duo testes. Primus est moyses
de quo dicit greg. vbi supra sic Intueri libet
in moysi pectore mīam cū seueritate sociatā
Videamus amantē pie ⁊ districte seuientē
Certe cum israeliticus popl's ante dei ocu-
los pene inueniabilē ↄtraxisset offensaȝ. ita
vt eius rector audiret a dño. descende pecca
uit ppl's tuus: ac si ei diuina vox diceret qui
in tali pctō lapsus est meus nō est: atq cuȝ
subiūgeret dimitte me vt irascat furor me⁹
ↄ eos ⁊ deleā eos faciāq te in gētē magnā
Ille semel ⁊ iterū p pplo cui p̄erat obicem
se ad impetū dei irascētis opponēs ait. Aut
dimitte eis hāc noxā aut si n̄ facis dele me
de libro tuo in quē scripsisti. Pensemus er-
go q̄bus visceribus eundē ppl'm amauit. p
cuius vita de libro vite se deleri petijt. sed tn̄
iste qui tanto eius popli amore ↄstringitur
ↄ eius culpas q̄to zelo rectitudinis accēdat
Mox em̄ vt eius culpe venia dare obtinuit
zelo rectitudinis succēsus inquit. ponat vir
gladiū sup femur suū. Ite ⁊ redite de porta vs
q ad portā p mediū castroꝝ ⁊ occidat vnus-
quisq frēm ⁊ amicū ⁊ p̄ximū suū. ceciderūt
q in die illo quasi. xxiij. milia hoīȝ. Ecce qui
vitam oīm etiā cū sua morte petijt. paucorū
vitam gladio extinxit. intus arsit igne amo
ris foris accēsus est zelo seueritatis. in regi-
mie g̊ vtrūq moyses miscuit. vt nec disci-
pline deesset mīa: nec mīe disciplina: hec ille.
Item Exo. xiiij. dr̄ q̄ colūna descendēs de
celo que archā dñi p̄cedebat quolibȝ die ap
parebat nubea ⁊ ignea. nubea in die ad pre
standuȝ refrigeriū: ⁊ ignea in nocte ad illu-
minandū. Per istā columnā de celo pēdētē
intelligit filius dei egrediēs a deo p̄re tanq̄
a summo celo ⁊ a celoꝝ fastigio ad nos de-
scendēs qui fuit nubes p mīam ponēs se in
ter solis ardorē ⁊ nos. i. inter deū p̄reȝ iratū
et nos reos tanq̄ mediator. Etiā fuit ignis
p iustitiā q2 sicut ignis terret ⁊ ardet: ita di-
uina iustitia pctōrē tribulat ⁊ affligit. iō pec
catoribus debet pena ignis ex iustitia. Se-
cūdus testis est Ioh. apoc. xxij. vbi dicit sic.
Ondit mihi angel⁹ fluuiū aque viue splēdi
dum tanq̄ cristallū p̄cedentē de sede dei et
ex vtraq parte fluminis lignū afferēs fruct⁹
duodecim. Spūalr p illū fluuiū intelligit dei
filius: q2 sicut fluuius emanat a fonte im-
mediate ⁊ ab eo stagnū vel lacus: ita dei fi-
li⁹ p̄cedit a deo p̄re immediate tanq̄ a fōte

et ab eo ⁊ a deo p̄re spūs sanctus tanq̄ lac⁹
a fluuio ⁊ a fonte. Iste fluuius. i. dei filius ē
fluuius aque viue. i. essentie diuine que est il
la aqua viua de qua dixit xp̄us Ioh. iiij. Si
quis biberit ex aqua quā ego dabo ei nō siti
et in eternū. Et ex vtraq parte est lignū vite
q2 filius dei est medi⁹ inter deū p̄rem cui at
tribuit p̄tās ⁊ iustitia. ⁊ spm̄ sanctū cui attri
buit benignitas ⁊ mīa. Et q2 mediū sapit na
turā extremoꝝ. iō in filio dei est iustitia ⁊ mi
sericordia. Quia v̄o p vtrāq ducimur ad vi
tam qm̄ mīa facit nos de pctō veniā petere ⁊
iustitia timore desistere. ideo ex vtraq parte
est lignū vite ⁊ q2 ducūt ad. xij. gaudia para
disi iō afferūt fructus. xij. Q2 aut deus vtatur
in quolibet ope suo mīa ⁊ iustitia. pȝ descen-
dendo ad eius opa p̄ncipalia q̄ sunt noueȝ
Primo in hoīm creatione vn̄ sanctus Tho.
p̄ma p̄te. q. xxi. ar. iiij. ad q̄rtū dicēdū dic̄ sic.
Licȝ creationi nō p̄supponat aliq̄d in dei co
gnitione: sm̄ hoc tn̄ saluat ibi rō iustitie in-
q̄tum res in esse p̄ducunt sm̄ q̄ cōuenit di
uine sapie ⁊ bonitati ⁊ saluat quodāmō rō
mīe inq̄tū res d̄ nō esse in esse mutat: h̄ ille
Quia em̄ formauit hoīem de limo terre p et
na habēda glia. ecce mīa. s̄ tn̄ hanc gloriaȝ
voluit deus hoīem adipisci p obedientiam ⁊
p pugnā cū dyabolo hita victoria de tempta
tione eius. ecce iustitia. vnde dr̄ Apoc. iij. c.
Ambulabūt mecū in albis qm̄ digni sunt. s.
p̄pter victoriā. Scdo in p̄moꝝ parentuȝ ex
pulsione. s. de paradiso. Nam iustitia dei ap-
paruit in hoc q̄ subtractū fuit eis id qd̄ inte
gritatꝭ statui cōpetebat. s. locus paradisi ter-
restris. qd̄ significat geñ. iij. cū dr̄. Emisit eū
deus de paradiso voluptatꝭ. vt dicit sanctus
tho. ij. ij. q. clxiiij arti. ij. in rn̄. p̄ncipali. Mia
aūt dei apparuit in h̄ vt dicit in rn̄. ad sextū
dicendū q̄ homo si post pctm̄ de ligno vite
comedisset nō p̄pter hoc immortalitatē recu
perasset: s̄ beneficio illius cibi potuisset vitaȝ
magis p̄longare. vnde cū dr̄ geñ. iij. Videte
ne forte sumat de ligno vite ⁊ viuat in et̄nū
sumit ibi et̄nū p diuturno. Hoc aūt nō cōpe
tebat hoī vt in miseria hui⁹ vite diuti⁹ p̄tra-
neret: h̄ ille. Ecce iustitia cū mīa ⁊c. Tertio in
hoīm redemptione. Nam inq̄tum ex passio
ne sua satisfecit p pctō generis humani ap-
paret iustitia. Esa. ix. Factus est p̄ncipatus
sup humerū eius. Sed inq̄tum deus pater
voluit ip̄m p nobis pati apparet misericor-
dia. Roma. viij. Proprio filio nō pepercit: s̄
p nobis oībus tradidit illū. vn̄ sanctus tho.

iij. parte. q. xlvi. arti. i. ad tertiũ dicendũ dicit
sic. Hominẽ liberari p passionẽ xpi ꝯueniẽs
fuit ⁊ mie ⁊ iustitie eius. Justitie q̇dẽ q꞉ per
passionẽ suã xpus satisfecit p pctõ generis
humani: ⁊ ita homo p iustitiã xpi liberat᷒ ẽ.
Misicordie xͦo q꞉ cũ homo p se satisfacere
nõ posset p pctõ totius humane nature. de᷒
satisfactorẽ dedit filiũ suũ ſm illud ad Ro.
iij. Justificati gratis p grãm ipsius p redẽ-
ptionẽ que est in iesu xpo. quẽ pposuit deus
ppitiatorẽ p fidem ipsius. ⁊ hoc fuit abũdã-
tioris mie ꝙ si pctã absq꞉ satisfactiõe dimi-
sisset. vnde dꝛ ad Eph. ij. Deus qui diues ẽ
in mĩa ppt nimiã charitatẽ qua dilexit nos
cuz essemus mortui pctĩs cõuiuificauit nos
in xpo: hec ille. Quarto in infideliũ ꝯuersio
ne. vnde sanctus thomas pma parte. q. xxi.
arti. iiij. ad scõm dicẽdũ dic̃ sic. Justitia ⁊ mi
sericordia dei apparet in ꝯuersione iudeorũ
⁊ gentiũ ſm illud Roma. xv. Dico em̃ xpm
iesum ministrũ fuisse circũcisionis ppter ve-
ritatẽ dei ad confirmãdas pmissiones pꝛm:
gentes aũt sup mĩa honorificare deũ. Sed
aliqua ratõ iustitie apparet in conuersione
iudeoꝝ que nõ apparet in cõuersione genti
um. sicut ꝙ saluati sunt ppter pmissiões pa
tribus factas. hec ille. sic ergo apparet iustitia ⁊
mĩa. Quinto iustum cum impio puniendo
vnde sanctus thomas vbi supra. ad tertium
dicendũ dicit sic. In hoc etiam ꝙ iusti puni
unt in hoc seculo apparet iustitia ⁊ mĩa inq̃-
tum p hmõi afflictiones aliqua leuia in eis
purgant᷑ ⁊ ab affectu terrenoꝝ in deũ mag
erigunt᷑ ſm illud greg. Mala que nos h p-
mũt ad deum nos ire compellũt. h ille. vnde
Johãnes crisostomus vt hꝛ de pnĩa distin.
iiij. §. qñ itaq꞉ videmus dicit sic. qñ videm᷒
bonũ mala pati: nõ turbemur. Neq꞉ em̃ bo-
nus potest in omĩbus bonus esse: sed hꝫ aliq̃
pctã: hec ille. In hoc ergo ꝙ deus hic punit iu-
stos apparet iustitia in punitione ⁊ mĩa in
eterna retributione. pꝫ de lazaro mẽdico vt
dicit᷑ luce. xvi. Sexto a bonis tpalia subtra
hendo. vnde hiero. vt hꝛ. xij. q. v. c. duo dicẽs
sic. Unũ est genus xpianoꝝ quod mancipa
tum diuino officio ⁊ debitum cõtẽplationi
et oꝛoni ab omni strepitu temporaliũ cessa-
re cõuenit. vt sunt clerici ⁊ deo deuoti. s. con
uersi. Cleros em̃ grece latine sors dꝛ ĩde hu
iusmodi hoĩes clerici. i. sorte electi vocantur.
Om̃s em̃ in suos deus elegit. Hij nãq꞉ sunt
reges. i. se ⁊ alios in ṽtutibus regẽtes. ⁊ ita
in deo regnũ habent. ⁊ hoc designat corona
in capite. hanc coronã habuit ab institutiõe
rõane eccl'e in signũ regni qd̃ i xpo expectat᷑
Rasio ṽo capitis est temporaliũ oĩm depo-
sitio. hec ille. In hoc ꝙ subtrahunt᷑ eis bona
tpalia apparet iustitia: ⁊ put remunerantur
in alio seculo apparet mĩa. vt dicit sanctus
Thomas. iiij. senten. distin. xlvi. q. ij. arti. ij.
arg. vi. sic. Hoc ꝙ melioribus minus datur
de bono tpali. et qñq꞉ plus de malo in eoꝝ
pfectum cedit: quãtum ad spũale bonũ qd̃
est simpl'r hoĩs bonũ. bona em̃ tpalia nõ sũt
simpl'r hoĩs bona nisi ſm ꝙ organice deser
uiunt ad spũale bonũ. Septimo impiũ iusti
ficando. vnde sanctus thomas pma parte
q. xxi. ar. iij. ad scõz dicendũ dicit sic. De᷒ mi
sericorditer agit nõ q̇dẽ contra iustitiã suaz
faciẽdo sed aliquid supra iustitiã operãdo.
Exemplũ si alicui cui debent᷑ centũ denarij
aliq̃s ducẽtos det de suo: non cõtra iustitiã
facit sed liberaliter vel misericorditer facit.
Sil'r si aliquis offensam in se cõmissam di-
mittat: Qui em̃ aliq̃d remittit quodãmodo
donat illud. vñ apl's. Remissionẽ donatio-
nem vocat. ad Ephe. iiij. Donãtes inuicem
sicut ⁊ xps donauit vobis. Ex quo pꝫ ꝙ mi-
sericordia nõ tollit iustitiã. sed est quedã iusti
tie plenitudo. vnde dꝛ Jacobi. ij. ꝙ mĩa sup-
exaltat iudicium: hec ille. Naz in opere iusti-
ficationis peccatoꝛ culpam recognoscit ⁊ ve
niam petit ecce iustitia. Deus penam remit
tit eternam ⁊ commutat in temporalẽ ⁊ pre
stat ei suũ amorez ⁊ grãm. ecce mĩa. Sic ergo
vtrũq꞉ apparet ⁊c de pnĩa. distin. prima. §.
idem in ps. lxxiiij. veritas. Octauo iustos
pmiando. Nam eis dat᷑ gl'ia eterna. vt dicit
illud ad titũ. iij. Nõ ex operibus iustitie que
fecimus nos: sed ſm suã mĩam saluos nos
fecit. Unde sanctus thomas. iiij. sentẽtiarũ.
distin. xlvi. q. ij. arti. ij. dubio. i. argu. pmo sic
dicit. Cũ deus sit excellentissimus datoꝛ p-
pter superabundantiam sue bonitatis opor-
tet ꝙ semper eius datio in bonis superexce-
dat receptionem pportionatam recipienti.
Nono reprobos puniendo. Naz damnatis
dat penam ecce iustitia ⁊ eam dat citra con-
dignum: quia minus q̃ merẽtur. quia debe-
rent perdere esse propter crimẽ lese maiesta
tis: ⁊ tamen remanebunt vt possint᷒ dicere
illud Trenorum tertio. Misicordie domini
multe quia non sumus consumpti. vñ scũs
Thomas pma parte. q. xxi. arti. iiij. articu-
lo pmo dicit sic. In damnatiõe reproboruz
apparet mĩa nõ quidẽ totaliter relaxãs. sed

aliqualiter alleuiãs dum punit citra condi-
gnũ ꝛc. Decimo pctõres expectãdo. vnde
Leo eps vt habetꝛ de penitẽtia distin. pma.
c. multiplex. dicit sic. Multiplex mia dei ita
lapsibus humanis subuenit vt non solum p
baptismi grãz: sed etiã p penitẽtie medicinã
spes vite reparetur eterne: vt qui regenera-
tionis dona violassent propo se iudicio con
demnãtes ad remissionẽ criminũ pueniret
hec ille. Primo eñ expectauit cayn vsq; ad
septimã sui gñatõez q oẽs tãdẽ puniti fuerũt
qꝛ ñ egerũt pñiaz ĩ h ꝙ expectauit ad pñiaz
Ecce mia. in hoc ꝙ puniunt. ecce iustitia. Se
cũdo expectauit genus humanũ qñ diluuiũ
duobus milibus annoꝝ distulit cum tamen
essent pctã grauia sup terrã teste Augu. lib.
xv. de ciui. dei. c. xx. Tertio expectauit centum
viginti annis tpe quo fuit facta arca ꝛ trun
cati fuerũt viginti. vt hꝛ de pñia. distin. pma
§. idem pdixerat. Quarto expectauit sodo-
mã. vt habetur geñ. xviij. Quĩto expectauit
chananeos donec completa esset malitia po
puli. geñ. xv. que completa fuit in introitu io
sue: vt pꝫ Josue. v. vt hꝛ. xxiij. q. v. §. hinc no
tandũ. Sexto expectauit niniuitas quadra-
ginta diebus. Jone. iij. Septimo expectauit
oẽs pctõres. Jone. iiij. Octauo expectauit
ezechiã. Esa. xxxviij. Ecce quõ in qlibet ope
dei inuenitur mia simul cuꝫ iustitia. Sicut
eñ medicus nõ dat suas purgationes neq;
ex toto frigidas qꝛ nõ alterarent: neq; ex to
to calidas qꝛ nimis lederẽt: sed partim cali-
das ꝛ partim frigidas. i. tepidas ꝛ sic pficiũt
sic deus in opibus suis nõ est ex toto calidꝰ
ex mera iustitia: qꝛ sic pctõres possent despe-
rare: nec ex toto frigidus ex mera mia: qꝛ in
centiuũ delinquẽdi pberet: ſ potius tepidus
ex iustitia mixta cũ mia vt possemus ei dice
re illud apoc. iij. Scio opa tua qꝛ neq; frigi
dus es neq; calidus. ſ tepidus. Unde aug.
vt hꝛ de pñia. distin. i. c. taciturnitas dicit sic.
Deus q misericors ꝛ iustus est sicut cõseruat
miam in iustitia: ita iustitiã in mia vt sit ro-
ta in medio rote. Eze. i. vñ ps. Oẽs vie dñi
mia ꝛ vitas. Sic ergo patet ꝙ ĩ quolibꝫ ope
dei ꝛ in omni eius actiõe est misericordia cũ
iustitia ꝛc. C

Secundus flos est iste.

Sicut ante incarnationẽ filius dei magis de-
clinabat ad iustitiã: ita post humane nature
assumptionẽ magis declinat ad miam. Pri-
ma pars pꝫ p duos testes. Primꝰ est moy
ses. Legitꝛ eñ in leuitico ꝙ moyses defere-
bat vgã ꝛ aaron thuribulũ. ꝛ tñ plura mira
cula fecit Moyses vga ꝙ aaron thuribulo
Per moysen ꝛ aaron intelligitꝛ dei filius q ẽ
tanꝙ alter moyses ductor ppli ꝛ tanꝙ altꝛ
aaron doctor noster qm regit vt moyses ꝛ i
tercedit vt aaron vt dꝛ heb. v. Portabat vir
gam rõne punitionis quia multos puniuit.
Portabat thuribulũ rõne placationis: quia
multis penã remisit. ideo magis declinabat
ad iustitiã ꝙ ad miam. Scđs testis est Jo-
hannes apoc. vi. Ecce equus pallidus ꝛ qui
sedebat sup eũ nomẽ illi mors ꝛ infernꝰ seq
batꝛ eũ. Spũalr p illũ equuꝫ intelligitꝛ ppls
antique legis q fuit equus dyaboli ratione
ydolatrie. ꝛ pncipalr rõne pcti originalis.
Fuit pallidus: qꝛ multis tribulatiõibus im-
mutatus. Et dyabolꝰ sedẽs vocabatꝛ mors
qꝛ mortẽ induxit. Et infernus sequebatꝛ euꝫ
qꝛ oẽs antiq ad infernuꝫ descẽderũt pp̄ter
culpã. Ecce magna iustitia. Qꝛ aũt tũc magis
declinaret ad iustitiã ꝙ ad miam. Primo pꝫ
in pctõ ade quẽ expulit de paradiso pp̄ter
inobedientiã ligni vetiti cũ tota posteritate
sua. Ecce iustitia. Non tñ interfecit ipm: sed
viuũ multis tribulationibus ꝛ afflictionibꝰ
oppressit. ecce aliqlis mia. Scđo pꝫ in dilu-
uio vbi soli octo fuerũt reseruati. ecce aliqualꝛ
mia. Et oẽs alij fuerũt submersi. ecce ma-
gna iustitia. Tertio pꝫ in plagis pharaonis
et egyptioꝝ qñ tot penis fuerũt afflicti ꝛ tã
dem oẽs submersi in mari rubro. Quarto
pꝫ in filijs israel in deserto. Nam exierunt de
egypto sexaginta milia viroꝝ absq; mulie-
ribus ꝛ puulis: ꝛ tñ oẽs fuerũt varijs cedi
bus interfecti et solũ duo intrauerũt in terrã
pmissionis Quinto pꝫ in rege dauid qui p
eo ꝙ numerauit pplm octingẽta milia viro
rum angelus interemit. Ecce quõ magis de
clinabat ad iustitiã ꝙ ad miam. vñ noĩa eiꝰ
erant noĩa iustitie qñ dicebatꝛ deꝰ vltionum
deus exercituũ. deus bellator. Leges ẽt erãt
leges iustitie: vt pꝫ leuitici p totũ: vbi scribitꝛ
oculũ p oculo dentẽ p dente ꝛc: ꝛ quicũq; tã-
gebat immũdũ immũdus erat: ꝛ q tetigisset
leprosum erat excõicatus et extra castra po-
situs. Erat eñ filius dei tanꝙ alter gedeon
gladiũ deferẽs: sed nũc post incarnationem
magis declinat ad miam vt dicit scđa pars
pꝫ p duos testes. Primus est Hester. v. vbi
dꝛ ꝙ ꝙuis rex assuerus foret iustitia valde
seuerus mox vt hester ad euꝫ venit duabus
associata puellis suiam iustitie reuocãs in

mansuetudinē est cōuersus. Spūaliter per
assuerū intelligit dei filius ante incarnatio-
nem iustitia valde seuerus. Per hester regi-
nam intelligit btā vgo de stirpe regia q̄ post
q̄ fuit dei filio cōiugata vginitate ꝛ humili-
litate tanq̄ duabus associata puellis cōuer
sus in mansuetudinē extendit vgam suaꝫ.i.
immisit nobis miam suā. Nam illa vga erat
aurea ppt̄ charitatē ꝛ miaꝫ ꝛ nō ferrea ppt̄
iustitiā. Secūdus testis est Joh. apoc. x. dic̄
sic. Uidi angelū fortē descēdētē de celo ami
ctum nube ꝛ yris in capite eius. Spūaliter
p illum angelū designat dei filius descēdēs
de celo p carnis nostre assumptionē: hec nu
bes est humanitas. Per yridem intelligitur
patia ꝛ mia. hec yris est data noe in signum
federis ꝛ erat in capite eius: q̄ mia appare
bat pre iustitia in sua p̄dicatione ꝛ miraclo
rum opatione. Patet in magdalena. petro.
paulo. adultera. chananea ꝛ sic de alijs. idō
dr̄ pastor bonus. Joh. x. Qui si aliquando
portat vgam ad reducendū. in pluribꝰ tamē
etiā defert ramū ad oues post se trahenduꝫ.
vn̄ aug. Ramū viridē ōndis oui ꝛ trahis eā
ꝛc. et sic pꝫ ꝛc. D

¶ Terciꝰ flos est iste.

In vniuersali hoīm resurrectione p̄ualebit iusti
tia mīe p meritoꝝ retributione. pꝫ per duos
testes. Primꝰ ē moyses. gen̄. xli. vbi sic dic̄.
Pharao vidit septē spicas ꝛ septem vaccas
pinguissimas que p̄cedebāt ꝛ septē tenuissi
mas que seq̄bant. quod somniū Joseph ex
ponēs dicit hoc esse septē annos p̄ores ma-
xime fertilitatis: ꝛ septē posteriores maxime
egestatis. Spūaliter p annos fertilitat̄ in-
telligit totū tp̄s vite p̄ntꝭ: q̄ vt dic̄ ps. Mia
dn̄i plena est terra. Totū istud tp̄s diuidit
ī septem ānos: q̄ in septeꝫ etates. Et ppter
septē opa mīe q̄bus impinguant. Septem
anni steriles significāt dies iudicij ꝛ vniuer-
salis resurrectiōis in q̄bus nulla erit venia
nec cōtritio. Et dicunt septē ppter septē pec
cata mortalia q̄ tunc g̃uissime punient vel
ppter septem opa mīe de q̄bus pctōres du
re arguent. vt dr̄ Matth. xxv. Scd̄s testis
est Joh apo. xx. c. dicēs. Uidi thronū cādidū
ꝛ sedentē sup eum ꝛ corā eo libri apti sunt.
et vidi mortuos magnos ꝛ pusillos stantes
in cōspectu throni ꝛ iudicati sunt mortui ex
his que scripta erāt in libris ꝫm opa ipoꝝ
Et qui nō est inuētus in libro vite scriptus
missus ē i stagnū ignis. g̊ vtet fortissima iu
stitia. Ip̄e est ille de quo dr̄ apoca. i. Uidi si
milē filio hoīs ꝛ de ore eius exibat gladius
ex vtraq̄ parte acutus. q̄ de ore eius exibit
snīa iudiciaria ꝯdemnās pctōres in anima
ꝛ corpore. ideo dr̄ feriēs ex vtraq̄ pte q̄ feri
et aīam simul ꝛ corpus ꝯdēnando eos ad
ignē infernalē: ꝛ sic pꝫ. E

¶ Quartus flos est iste.

A xpi ascensiōe vsq̄ ad scd̄m aduentuꝫ: aliq̄n
magis declinat ad iustitiaꝫ ad puniendum.
aliq̄n magis ad benignitatē ad miserādum
pꝫ p duos testes. Primus est Salomō. iij.
Reg. vi. vbi dr̄ q̄ fecit portas tēpli de lignis
oliuarū q̄ in cardinibus ferreis voluebant.
Spūaliter p templū tpale intelligit celū qd̄
est templū dei spūale. Per portas oliuarum
intelligunt opa mīe. Per cardines ferreos
intelligunt tribulationes inflicte p iustitiaꝫ
Et q̄ deus quosdā deducit ad celū p exteri
ores tribulatiōes vt paulum. quosdā p inte
riores cōsolatiōes vt iohannē dilectū suuꝫ.
Quosdā ꝯuertit grauiter puniēdo. quosdā
in corde dulciter inspirādo. Ecce quomodo
rex salomō fecit portas paradisi de lignis oli
uarū ꝛ in cardinibus ferreis. Scd̄s est ioh.
apoca. v. qui dicit q̄ vidit agnū tanq̄ occisuꝫ
de quo p̄us dixerat q̄ erat leo de tribu iuda
hn̄s cornua septē ꝛ oculos septē. Spūaliter
p agnū ꝛ leonē intelligit filiꝰ dei. i. q̄ agno no
tat mansuetudo in leone fortitudo ꝛ iustitia
in cornibus potētia ad puniendūꝫ: in oculis
sapīa ad cognoscēdū. De isto agno dr̄ apo.
vi. q̄ hēbat in manu sua arcū. Nam in arcu
est lignū forte quod designat iustitiā. ꝛ chor
da tenuis q̄ designat miam. ꝛ tamē chorda
que est dei mia inclinat lignū ad se: q̄ iusti-
tiam dei ad miseroꝝ corda. ps. Cū iratꝰ fue
ris mīe recordaberis. Istū arcū accipit quā
do ad pcutiendū nos se cōminādo disponit:
tendit q̄n pcutit. pcutit aūt luto vel lapide:
q̄n pcutit aliqua leui tribulatōne: sed pcutit
iaculo ꝛ sagitta q̄n pcutit infirmitate vltima
Jlle aut qui videt aliquē cui nō pōt resistere
tenentē arcū ꝯ se tensum ꝛ trahentē non hꝫ
aliud remedium nisi ei humiliari ꝛ pro mia
supplicare. Cū g̊ nos videamus xp̄m lapi-
dibus tribulationū nos ferientē ꝛ se dispo-
nentē ad feriendū et pcutiendū sagitta vlti-
me ifirmitatꝭ ꝛ mortis isto tpe mīe debemꝰ
clamare ꝛ dicere. Jesu fili dauid misere mei
vt dicit vbū p̄mo ppositū i q̄ notant q̄ttuor.
Pr̄io ex pte p̄sone xpi nomē mire suauitatꝭ.

cum dicit iesu. Scdo ex pte psone patris sui
cognomē sūme prātis. cū d: fili dauid. Ter-
tio ex pte rei petite agnomē magne vtilitat.
cū d: miserere. Quarto ex parte viri petētis
pnomē multe calamitat. cū d: mei. Hec qt
tuo: patent in euāgelio hodierno. Pro cui9
notitia sciendū φ p istum cecū intelligit qli
bet pctō: q cōparat ceco. Primo q: errat in
eligēdo. Eligit em caduca τ trāsitoria τ post
ponit eterna τ celestia. Scdo q: palpat i am
bulādo. cognoscit em bn grossa. i. pctā guio
ra sicut homicidiū τc. s nō cognoscit minima
τ subtilia: q: nō hz psciam de minorib9 pctis
vt de cogitationib9 τ mēdacijs τ hmōi. Ter
tio q: cespitat in ascēdendo. s. p bona opera
Quarto q: cadit offendēdo p culpā i crimi-
na. Sedet aūt qn nō mouet ad bonū: s pse-
uerando in malū quietat. Per viā intelligit
xps. Joh. xiiij. Ego sū via. Justus manet in
xpo et ita in via. sed qnq incedit: quādoq
qescit. Incedit qn in bonis opibus crescit.
Quiescit qn in via p grām sistit. s p veniale
culpā. ibi sistit sicut pueri q et si a via nō de
uiāt. tn attendēdo ad aliqs curiositates stāt
s q: pctō: est ex grām xpi. iō est extra viam.
Qui autez est assuetus pctō est longe a via
Qui vo nō est in pctō diu inueterat9 ē secus
viā. Qui in pctō pseuerat mendicat qn ele-
mosinas dat orōnes alio: sibi obligat τ au
xilia postulat. nō aūt mendicat qn elemosi-
nas nō dat. Tūc g debet clamare ad xpm et
expiationē a culpa petere τ miam. Clamat
g qn hoc orat: non clamat qn nō orat. s qui
pibant increpabāt eū vt taceret. Jsti q pce-
cedūt sunt pctā pterita τ delectatiōes pteri
te q ad memoriā vēiūt et vt nō desistat a pec
cato nec miam petat sua delectatiōe inducūt
Et qn hoc sentit dz magis ac mag clamare
sicut iste cecus. Jesus trāsit qn in corde suo
ptritionē magnā nō sentit nec pfecte absti-
nere pponit. iō tūc debz mag clamare τ si bn
orauerit et clamauerit. Jesus mādabit euz
adduci ad se. nūcij xpi st ifirmitates τ tribu
latiōes. iste artāt nos venire ad xpm. Ecc9
g sic clamās p ifirmitates adducet ad xpz
et videbit pfestiz lumē grē infundēdo τ ocu-
los cordis aperiēdo et sequetur eum bonis
operibus ipm confitendo et magnalia eius
cōmendando τc.

Dñica pma in .xl. Sermo. xxxi.

Si fili9 dei es dic vt la
pides isti panes fiāt. Matth. iiij.
et in euāgelio hodierno; Scūs hiero. sup il

lo vbo. Naum pmo nō iudicat de9 bis in id-
ipm vel vt alia translatio hz nō psurget du-
plex tribulatio. dicit sic: vt hr de pnia. distin.
iij. c. sunt plures. §. auctas. Ct deus gen9 hu-
manum diluuio: sodomitas igne. egyptios
mari: israelitas in heremo pdidit. Scitote
iō tpaliter p pctis punisse ne in eternū puni
ret q: nō iudicat bis deus in idipm. Super q
dicit mngr sniarū. li. iiij. dist. xv. c. iiij. Attēde
lecto: his vbis et caue ne de oībus generalr
intelligas: s de his tm q inter ipa flagella pe
nitentiā egerūt credētes in deū hebreo: quā
et si breuē τ momētaneā tn nō respuit deus
Qui aūt p tpalia flagella nō corrigunt post
eternalr puniunt: h ille. Sup quo pono talē
casum. Sint duo pctōres in pctis obdurati
vt lapides flagellet deus tribulatiōib9 istū τ
illū vnus emollit ad pniam: ali9 obdurescit
p culpā. iō moueo talē qōnē. Utruz
homini q sine gratia dei nihil boni pōt opa
ri rōnabilr imputet si ex lapide in panē non
mutet. Ad hanc qōnē rūdent duo doctores
ecclie. Prim9 est aug. sup gen. ad lraz. vt hr
xxiij. q. iiij. c. nabuchodonosor dicens sic. Na
buchodonosor pniam meruit fructuosaz. nō
ne post iniurias impietates flagellatus peni
tuit τ regnū quod pdiderat rursus accepit.
Pharao aūt in ipsis flagellis durio: effect9
perijt. Hic mihi rōem reddat q diuinū psiliū
nimis alte τ sapiēti corde dijudicat. Cur me
dicamentū vnius medici pfectū alij ad inte-
ritū: alij valuerit ad salutē: nisi q: xpi bonus
odor est vite i vitā: alijs est odor mortis in
mortē. Quātū ad naturā ambo hoīes erāt
qtum ad dignitatē ambo reges. qtum ad
cām ambo captiuū dei pplm possidebāt. qn-
tum ad penā ambo flagellis clemēter admo
niti. Quid g fines eo: fecit eē diuersos nisi
φ vn9 manū dei sentiēs in recordatiōe pprie
iniqtatis ingemuit. alter liber p dei misico:
dissimā vitatē pugnauit arbitrio: h ille. Se-
cūdus est scūs tho. lib. iij. p gētiles. c. xvi. di-
cens sic. Ad hui9 qōnis solutionē psiderādū
φ lz aliqs p motū liberi arbitrij dinā grām
nec pmereri nec aduocare possit. pōt tn seipz
impedire ne eā recipiat. d: em de qbusdam.
Job. xxi. Dixerūt deo recede a nobis. scientiā
viarū tuarū nolumus. τ Job. xxiiij. Jpsi fue
runt rebelles lumini. Et cū hoc sit in ptāte li
beri arbitrij impedire: vel impedire dine grē
receptionē nō immerito in culpā iputat ei q
impedimentū pstat grē receptioni. De9 em
qtātum in se est paratus est oībus gratiaz
dare. Vult em oms hoīes saluos fieri τ ad

ꝯgnitionẽ veritatis ꝑuenire vt dr̃.ij.thimo.ij.ſ; illi grã ꝑuant q̃ in ſeipſis grẽ impedimẽtum p̃ſtant. Exemplũ ſicut ſole mundũ illuminãte in culpã imputat̃ ei q̃ ocl'os claudit ſi ex hoc aliquod malũ ſequat̃ licʒ videre nõ poſſit niſi lumine ſolis ꝑueniat̃: h̃ ille. vñ pono quattuor flores. B

¶ Prim⁹ flos eſt iſte. Peccatores obdurati lapidibus cõparant̃ ſicut iuſti charitate inflãmati panib⁹ aſſimilãtur. Prima pars patet Joſue.iiij. vbi dr̃ ꝙ dñs mandauit abſtrahi de medio alvei iordanis .xij. lapides. Spũalit̃ ꝑ lapidẽ intelligit̃ peccator rõne ſupbie. iõ nõ põt ſtare in celo ſupius. Exemplũ de lucifero q̃ ibi nõ potuit permanere vt dicat ſupbus de ſe illud. p̃s. Iniquitates mee ſupgreſſe ſunt caput meũ ⁊ ſicut onus g̃ne g̃uate ſunt ſup me. Scd̃o ꝑpt̃ frigiditatẽ. Nam pctõr eſt totus frigidus in exercẽdis bonis opibus rõne accidie velut lapis. Tertio ꝑpter duritiã. Nam pctõr ẽ totus durus ad elemoſinas largiẽdas ratiõe auaritie ꝑpter h̃ tria pctã p̃ncipalia pctõres cõparant̃ lapidibus. dicunt̃ .xij. ꝑpter decem p̃cepta legis ⁊ duo cõſilia xp̃i. ſ. vende oĩa q̃ habes. aliud veni ⁊ ſeq̃re me. Per alueũ iordanis intelligit̃ amor ⁊ honor terrenorũ q̃ ad inſtar fluuij eſt tot⁹ trãſitori⁹. g̃ lapides ſunt in iordanis alueo. i. pctõres ſũt ſubmerſi in amore ⁊ honore terreno: tũc p̃cepto Joſue abſtrahunt̃ qñ inſpiratiõe dĩna ꝑ miãʒ ꝯũtunt̃. Scd̃a ps pʒ Exo. xxv. vbi dñs p̃cepit moyſi ꝙ poneret in tẽplo mẽſaʒ ꝑpõnis ⁊ offerret .xij. panes calidos ⁊ recẽtes. Spũaliter ꝑ iſtos .xij. panes intelligunt̃ viri iuſti ꝑpter tres ꝑꝑetates ꝯrias lapidib⁹ p̃dictis. Primo ꝑp leuitatẽ. iuſti em̃ ſũt leues ſicut panes ⁊ mutabiles rõne hũilitat̃ ⁊ obediẽ. iõ paulus q̃ añ ꝯuerſionẽ fuit põderoſus et ſupbus ad terrã cecidit. mox poſt ꝯũſionem factus eſt leuis hũilis obediẽs ⁊ mutabilis dicẽs. Dñe q̃d me vis facere. iõ dr̃ ei. Surge ⁊ ingredere ciuitatẽ. ſ. celeſtẽ ⁊ dicet̃ tibi ⁊c. ⁊ rapt⁹ eſt in ꝑadiſum. Scd̃o ꝑpt̃ caliditatẽ. Nã ſicut panes ſunt calidi. vel formal'r vl' vꝫtual'r. ita iuſti rõne adepte fortitudis. Pʒ de ſcĩs martyrib⁹. Tertio ꝑpt̃ ſuauitatẽ. Nam ſicut panes ſuauẽ p̃ſtant odorẽ ⁊ saporẽ. ita iuſti ſũt ſuaues ⁊ pij rõe pietat̃ ⁊ elemoſine dicunt̃ .xij. ꝑpt̃ decẽ p̃cepta ⁊ duplicia opera mĩe. ſ. corpalia ⁊ ſpũalia. dicunt̃ calidi ⁊ recẽtes. q̃ in charitate feruẽtes: ponũt̃ in tẽplo ⁊. recõdũt̃ ĩ dei eccl'ia ⁊ fideliũ collegio. ¶ C

¶ Secundus flos eſt iſte.

Pctõris ꝯũſio ⁊ de lapidib⁹ in pães mutatõ eſt mai⁹ op⁹ q̃ toti⁹ mũdi creatio. Pʒ ꝑ duos teſtes. Prim⁹ ẽ ſcũs tho. ꝑma. ij. q. cxiiij. arti. ix. in r̃n. dicẽs. Aliq̃d op⁹ p̃t dici magnũ dupl'r. Uno mõ ex ꝑte modi agẽdi. ⁊ ſic maximũ ẽ op⁹ creatõis in q̃ ex nihilo fit aliquid. Alio mõ põt dici magnũ op⁹ ꝑpt̃ magnitudinẽ ei⁹ q̃d fit ⁊ ſm̃ h̃ maius eſt op⁹ iuſtificatiõis impij q̃ t̃minat̃ ad bonũ et'nũ dĩne ꝑticipatõis q̃ creatio celi ⁊ t̃re q̃ t̃minat̃ ad bonũ creature mutabil'. Jõ augu. cũ dixiſſet ꝙ mai⁹ eſt vt ex impio fiat iuſt⁹ q̃ creare celũ ⁊ terrã. Subiũgit celũ em̃ ⁊ t̃ra trãſibit p̃deſtinatio aũt ſal⁹ ⁊ iuſtificatio ꝑmanebit: h̃ ille. Scd̃s eſt Joh. apo. xij. vbi dicit ſic. Uidi ⁊ apertũ eſt templũ dei ⁊ fcẽ ſũt voces fulgura terremot⁹ ⁊ grãdo magna. Et ſignũ magnum appuit in celo mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedib⁹ eius ⁊ in capite ei⁹ corona ſtellarũ .xij. et in vtero hñs vt pariat. Spũal'r ꝑ tẽplũ intelligit̃ eccl'ia fideliũ. ſ. tẽplũ mãle in q̃ audiunt̃ voces. i. p̃dicatões fulgura ⁊ coruſcationes. i. ignite locutiões. t̃remot⁹. i. et'ne cõminatões ⁊ grãdo. i. tribulatões p̃ceptoꝝ et excõicatões. Et ꝑpt̃ iſtas pẽas ſignũ magnũ appuit in celo ⁊c. Per mulierẽ intelligit̃ aĩa fidel' q̃ cito m'cet̃ et inclinat̃ a dyabolo vel mũdo et cito mulcet lachrymis cõpũctõis ⁊ ꝯtritõis dei filiũ ad aõrẽ ſui. in capite ei⁹ corona ſtellarũ .xij. Quia in eius couerſatione apparent .xij. mirabilia lucentia tanq̃ ſtelle. Pĩa ſtella et mirabile eſt q̃ in ꝯũſiõe pctõris: celi mediũ t̃re medio ꝯiũgit̃. Nã mediũ celi ẽ iuſtitia. Sic em̃ celũ pũcto voluit̃: ita q̃cq̃d fit ĩ celo iuſtitia regit̃. mediũ t̃re ẽ mĩa. Sic em̃ oĩa t̃rena et põderoſa tẽdũt ad mediũ t̃re. i. ad cẽtrũ. ita hoĩes mũdani et pctõres tẽdũt ad mĩaʒ quã appetũt. vl' ꝑ mediũ celi ĩtelligit̃ dĩnitas q̃ a deo p̃re orta ẽ. ꝑ mediũ terre ĩtelligit̃ xp̃i hũanitas. In dĩnitate fulget iuſtitia. in hũanitate mĩa. p̃s. Duo h̃ audiui q̃ ꝑtãs dei ẽ et tibi dñe mĩa ⁊c. g̃ mĩa eſt in t̃ra. p̃s. Mĩa dñi plena eſt terra. Et iuſtitia ĩ celo. p̃s. Juſtitia d̃ celo ꝓſpexit. Celũ aũt ẽ ſurſũ. g̃ ⁊ iuſtitia: t̃ra deorſũ g̃ ⁊ mĩa. Celo attrahũt̃ leuia g̃ ⁊ a iuſtitia. Terra attrahũt̃ g̃uia g̃ ⁊ a mĩa. Juſti trahunt̃ ſurſuʒ iuſtitia. Pctõres ſuſtinẽt̃ deorſũ mĩa. Jſta duo media ꝯiũgũt̃ in pctõris ꝯuerſione. nã ex iuſtitia reus cognoſcit culpam ⁊ petit veniam. ⁊ ex mĩa deus ſibi indulget et veniam tribuit. vt dicatur illud p̃s. Mĩa ⁊ vꝫitas ⁊c.

¶ Secunda stella ⁊ mirabile est qꝛ tūc fel in mel ⁊ amarū in dulce ꝯuertit. vñ. iiij. Reg. iiij. dr. Qꝛ q̇dā coxit in olla pulmentū ex viti bus siluestrib⁹ ⁊ cū hoīes degustassent dixe rūt mors est in olla vir dei: ⁊ apposuit helize⁹ farinā ⁊ amaritudo in dulcedinē cōuersa est Spūalit̄ ꝑ ollā intelligunt̄ corda nr̄a. ꝑ vitē siluestrē intelligit̄ mūdana ⁊ apparēs dulce do: ſ; in rei ꝟitate amaritudo. Nā lȝ mūdi de lectatiōes videāt̄ q̇dē dulcediēs tñ sūt ama ritudiēs ⁊ āxietates. ꝗ olla ē plēa vitib⁹ silue strib⁹ amaricātib⁹ qñ cor nostrū est plenuȝ cogitationib⁹ terrestrib⁹ ⁊ anxietatib⁹. fari na imittit̄ ⁊ dulcorat̄: qñ gratia dei mēti in fundit̄ ⁊ letificat̄. Ecce amarū in dulce. Ter tia stella ⁊ mirabile est. qꝛ cū pctōr cōuertit̄ fons de rupe emittit̄. vñ Numeri. xx. dr. Per cussit moyses ꝟga silicē ⁊ emanauit fons in abundātia. Spūaliter ꝑ silicē durū intelligit̄ pctōr induratus. ꝑcutit̄ ꝟga qñ affligit̄ pe na. Bis ꝑcutit̄ qñ ⁊ p̄dicatione rep̄hendit̄ ⁊ afflictione terret̄ fons fluit in abundātia qñ fluūt ab eo limpida verba ⁊ sancta opa.

¶ Quarta stella ⁊ mirabile est qꝛ tūc pecus in hoīem ꝟtit̄. vñ Dañ. iiij. dr. Qꝛ nabucho donosor q̇ vt pecus. s. vt bos fenū comedit septē ānis postꝙ fleuit ⁊ oclos ad celū leua uit sensus est sibi reddit⁹ ⁊ in regnū restitu tus. Spūalit̄. ꝑ nabuchodonosor intelligit̄ pctōr q̇ tp̄alibus q̇ tanꝙ fenū crescūt ⁊ decre scunt ꝟtit̄ ⁊ inuoluit̄ ⁊ vt pecus ducit̄: qꝛ rōne non regit̄. p̄s. Erraui sicut ouis q̄ perijt. Septē tp̄a sunt septeȝ pctā mortalia q̇b⁹ sic tenet̄ qñ ꝗ lachrymat̄ ⁊ ad deū cōuertit̄ tūc a pecude in hoīem. i. ab irrōnabilitate ad rō nabilitatē. ⁊ a ferocitate in māsuetudinē ver tit̄: ⁊ tūc in regnū restituit̄ qꝛ ad regimē spū ale aīe sue ⁊ corporis sui ſm ꝟtutes. ¶ Quī ta stella ⁊ mirabile ē qꝛ debitor centū miliuȝ talentoꝝ ꝓ obolo dimittit̄. vñ Math. xviij. dr. Qꝛ seruus q̇dā erat obligat⁹ dño suo in de cē milib⁹ talentoꝝ ⁊ iussit illū dñs venūdari ⁊ vxoreȝ ⁊c̃. ⁊ ille ꝓiecit se ad pedes eius ⁊ dñs indulsit sibi. Spūaliter ꝑ ſuū intelligit̄ pctōr q̇ est debitor decē miliū talentoꝝ qñ est fractor decē dñoꝝ p̄ceptoꝝ: qñ veniaȝ petit dñs eū liberat ⁊ dimittit. Sexta stella ⁊ mi rabile est qꝛ reus ⁊ ꝓditor in gradū pristinū restituit̄. vñ dr. Gene. xl. Qꝛ pincerna regis pharaonis duȝ esset positus in carcere vidit ꝓdigiū ⁊ credidit ⁊ in gradū pristinū rex eū restituit. Spūaliter ꝑ pincernā regis admi nistratorē intelligit̄ ꝑsona scā deo seruiēs. in carcere ponitur qñ in pctō ⁊ crimine detinet̄ a quo petebat liberari dauid dicēs. Educ de carcere aīam meā vt ꝯfiteat̄ nomini tuo dñe Videt ꝓdigiū qñ diuinū verbū predicatio nis audit ⁊ credit ⁊ si tunc a pctō cōuertitur in amorē dei ⁊ gradum pristinū diuini serui tij restituit̄. Exemplū de petro q̇ ad pasto ris officium post pctm̄ restituit̄. Exemplū de filio ꝓdigo. vt ptȝ. Luce. xv. Septima stel la ⁊ mirabile est qꝛ reipublice dilapidator: tunc oīm diuitiarū totius mūdi ꝓnceps effi citur. Unde regi salomoni postmodū pctōri oēs reges terre tributū offerebant. vt dr. iij. Reg. v. Spūaliter per salomonē ꝑus fide lem intelligit̄ homo iustus q̇ infidelis ob a moreȝ mulierū efficit̄ qñ ob amorē terreno rum diuitiarū voluntati diuine opponitur. Salomon a dño visitat̄ qñ peccator in amo rem diuinū reformat̄. oīum bonoꝝ munera sibi tribuunt̄ qñ oīm spūalium bonoꝝ ꝑ pe nitentiā particeps efficit̄. p̄s. Participē me fecit deus. ¶ Octaua stella ⁊ mirabile est qꝛ pauperrimus tunc ditissimus constituit̄. Nā vt dicit̄. Dañ. iiij. Ppl's isrl' ꝓpter eoꝝ scele ra fuit captiuat⁹ sub nabuchodonosor ⁊ af flictus. lxx. annis post quos penituerunt ⁊ clamauerunt ad dñm ⁊ restituta est eis hie rusalem ⁊ vasa sancta etiā plura prioribus. Spūaliter per pplm israeliticuȝ dijs alienis seruientē intelligit̄ xp̄ianus fide deū vidēs sed pctōr mundo carni ⁊ diabolo tanꝙ dijs alienis seruiēs. Captiuat̄ qñ ab oñipoten te affligit̄ ⁊ flagellat̄. Cōuertit̄ qñ de pcō cō terit̄ ⁊ mox terra scā. i. corpus xp̄i ad cōicā dum sibi restituit̄. Vasa scā. i. opera bona prius in charitate facta sed post per pctm̄ de perdita q̇bus vinuȝ feruoris ⁊ deuotōis deo ꝓpinat̄ illico sibi restituūtur. ¶ Nona stella ⁊ mirabile est qꝛ ꝓditor non ex alio seruitio ni si qꝛ a ꝓditione desistit vt filius ver⁹ ⁊ legiti mus heres regni celoꝝ assumitur. Naȝ vt di cit̄. Luce. xv. Homo q̇dam habuit duos fili os ⁊ dixit adolescētior ex illis patri. Pater da mihi portionem substātie que me cōtigit q̇ consumptis oībus cū meretricibus redijt ad patrē veniā petens ⁊ de nouo est indut⁹ calciatus ⁊ annulus sibi datus ⁊ bonis pa ternis admissus. Spūaliter per istum patrē itelligit̄ deus. Per illum filiū ꝓdigum intel ligitur homo peccator ⁊ prauus q̇ dicit̄ fili⁹ rōne creationis: sed ꝓdigus rōne cōsumpti onis bonoꝝ spūalium: ⁊ ꝓditor rōne subie ctionis alteri dño. Veniā petit qñ recogno

scit pctm̄ qñ humiliaƒ qñ cōteriƒ τ mox stola claritatis induiƒ. Anulus gr̄e ei conferƒ. vitulo saginato assato in xp̄o deificato τ passo in cruce in sacro pascit. τ ad hereditatem paterne glorie admittitur. Decima stella τ mirabile est q: tunc totus cetus spūum beatoꝝ letus reddiƒ. vñ. i. Reg. xviij. d̄r. Q: dauid q: philisteū pcussit τ victoriaȝ obtinuit totuȝ ppl'm israeliticuȝ: letificauit puellis accurrentibꝰ τ cātantibus. Saul pcussit mille τ dauid decē milia. Spūaliter per dauid intelligiƒ pctōr cōuersus τ iustificatꝰ. philisteꝰ spurius deuincitur qñ a pctōre demon spurius contritiōe repelliƒ. pplus israeliticus letatur q: cetus angelicus deū videns letificatur. Luce. xv. Gaudiū est angelis dei super vno pctōre pniam agente. Undecima stella τ mirabile est q: turba demonū fugit τ deuinciƒ. vnde Judic. xv. d̄r. Q: sanson prius victus τ delusus multos philisteos fugauit Spūaliter per sansonem nazareū delusum intelligiƒ pctōr per baptismū deo consecratꝰ sed postmodum pctō fedatus. Carnis consensu deuincitur τ deludiƒ qñ delectatione peccati cōuinciƒ. Excitaƒ qñ ad deū cōuertitur. philistei vincūtur qñ a dño repelluntƒ demones: τ q̄ prius gaudebant de culpa postmoduȝ tristanƒ de venia. Duodecima stella τ mirabile est q: triū maximoꝝ regū mundi palacium peccator cōstruiƒ. vñ. iij. Reg. vij. diciƒ. Q: salomon cōstruxit templū dño in hierl'm. Spūaliter per tēplum salomonis intelligiƒ cor viri iusti qd̄ est tēplum xp̄i qui est plusq̄ȝ salomon. Luce. xi. In hoc templo requiescet pater filius τ spūssans. Joh. xiiij. Ad eum veniemus τ mansionē apud eum faciemꝰ. Ecce duodecim stelle in capite mulieris. i. aīe penitentis q̄ est amicta sole. i. charitatis fulgore. τ luna sub pedibꝰ eius. i. pctā calcata τ despecta cū suis affectibus. cōcipit sanctum ꝓpositum τ parit opus bonum τ deo gratum. D

Tertius flos est iste. Peccatoris conuersio τ ex lapidibus in panes mutatio est actus tam mirabilis ꝙ eius nulla pōt assignari rō nisi voluntas dei ineffabilis. ptȝ Hiere. xviij. vbi diciƒ sic. Factum est verbū ad Hieremiā a dño dicēs. Descende in. domū figuli τ ibi audies verba mea. Et descendi τ ecce faciebat opus suū super rotam τ dissipatū est vas qd̄ faciebat de luto manibus suis. Conuersusq; fecit aliud vas sicut placuit in oculis suis vt faceret. Et dixit dñs ad hieremiā. Nunq̄d sicut fecit figulus iste non potero ego facere filijs israel. Et ad iecit sicut lutū in manu figuli: sic τ vos in manu mea. Spūaliter per istam rotā intelligiƒ mundi fortuna q̄ facit nos ascendere: nūc descendere: nunc supbire: nūc humiliari. p vas factum de luto intelligiƒ corpus nostrū τ cor de limo terre formatuȝ. Job. x. Manus tue dñe fecerūt me τc̄. Manibꝰ premit qñ afflictionibus τ tribulationibꝰ affligit τ dissipat pmittendo in pctō pseuerare: vl' in pctm̄ ruere. Reedificat p pniam ƀm ꝙ placet in oculis suis. vñ sctūs Tho. lib. iij. ꝯ gentiles. ca. clxij. dicit sic. Licet aūt ille qui peccat impedimentū gratie prestet τ q̄ȝtum ordo rerū exigit non deberet gratiā recipere: tñ q: deus p̄ter ordinem rebus inditum operari pōt: puta cum cecū illuminat vel mortuū resuscitat. interdum ex abundātia bonitatis sue etiā eos q̄ impedimentū gr̄e prestant auxilio suo preuenit auertēs eos a malo τ ꝯuertens ad bonū. Et sicut nō oēs cecos illuminat nec oēs languidos sanat: vt etiā in illis quos curat opus ꝟtutis eiꝰ appareat τ in alijs ordo nature seruetƒ: ita non oēs q̄ gr̄am impediūt auxilio suo preuenit vt auertātur a malo τ conuertanƒ ad bonū: sed aliquos in q̄bus vult suā mīam apparere. ita ꝙ in alijs iusticie ordo manifesteƒ. Hinc est ꝙ aplus dicit Ad Roma. ix. Uolens ostendere deus iram τ notā facere potentiā suam sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitū: vt ostēderet diuitias glorie sue in vasa mīe que preparauit in gloriā. Cum autē deus hoīes qui in eisdem peccatis detinētur hos q̄dem preueniens cōuertat: illos autē sustineat siue p mittat ƀm ordinem rerū peccare. non est rō inquirenda quare hos cōuertat τ non illos. Hoc em̄ ex simplici voluntate eius depēdet sicut ex simplici voluntate eius ꝓcessit ꝙ cū oīa fierent ex nihilo q̄daȝ facta sunt alijs digniora. Et sicut ex simplici voluntate artificis ꝓcedit vt ex eadē materia similiter disposita q̄dā vasa formet ad nobiles vsus τ q̄dā ad ignobiles. hinc est ꝙ apl's dicit. Ad Ro. ix. An non habet potestatē figulus luti ex eadē massa facere aliud quidem vas in honorem aliud vero in contumeliam: hec ille. E

Quartus flos ē iste. Peccatoris cōuersio q̄uis nobis videaƒ difficil Est tñ deo valde facilis. pȝ Math. ix. vbi qñ

xp̄s matheo sedẽti ad theloneũ dixit. Surge
seq̄re me: statim surgẽs secutus est eũ. iõ cẽ⸗
turio dixit xp̄o. Math. viij. Tantũ dic vbo
⁊ sanabit̃ puer meus. s. corporal̃r ⁊ spũaliter
Si q̇s ꝗ est induratus vt lapis ⁊ velit cõuer
ti in panẽ roget filiũ dei vt verbo mãdet ⁊ ꝓ̄
cipiat hãc ꝯuersionẽ fieri. vñ Aug. i homel.
sup illud. Nemo põt venire ad me nisi pater
q̇ misit me traxerit euꝫ dicit sic. Magna grẽ
cõmendatio. Nemo venit nisi tract⁹. Quare
hunc trahat ⁊ illũ non trahat noli velle inue
stigare si nõ vis errare. Nondũ traheris: ora
vt traharis. h̃ ille. Quia vbo multi sumus ob
durati tanꝙ̄ lapis clamem⁹ dicẽtes. Si fili⁹
dei es dic vt lapides isti panes fiant. in quo
vbo notant̃ tres r̃nsiones ad tres q̄stiones
¶ Prima qõ est q̇d possumus ei allegare ad
insinuandã eius magnaꝫ auctoritatẽ. r̃ndet̃
filius dei es. ¶ Scđa qõ est quẽ modum pos
sumus assignare ad demonstrandꝫ ei⁹ ma⁸
gnã facilitatẽ. r̃ndet̃. dic. ¶ Tertia q̄stio ẽ q̇d
possumus ab eo postulare ad transmutãdã
nostri cordis rigiditatẽ. r̃ndet̃. vt lapides isti
panes fiãt. Hec tria patẽt in euãgelio hodi⸗
erno. ad cui⁹ euidentiã sciendũ ꝙ ꝑ iesuꝫ in⸗
telligit̃ q̇libet xp̄ianus q̇ est iesus a p̄tãte sal
uandi dictus ⁊ actiue ꝓximũ consulendo ⁊
monendo: ⁊ passiue p̄cepta decalogi obser⸗
uando. Iste spũ ducit̃ in desertũ qñ spũ san
cto inspirante a iordanis flumĩe. i. a mundi
vanitate ⁊ fluxibili voluptate transfertur ad
pnĩe statum que vocat̃ desertũ rõne corpo⸗
ralis afflictiõis q̇ in deserto cõiter hoĩes af
fligunt̃. ptꝫ de filijs israel qñ erant in deserto
Exodi. xvi. ⁊. xvij. Rõne spũalis consolatio⸗
nis q̇ in deserto viri scti fouent̃ cõsolationi⸗
bus interius. Ptꝫ de filijs israel qui fuerunt
refecti mãna. Rõne celestis ꝑegrinatiõis q̇
desertũ est via tendẽdi citius ad celũ. ptꝫ de
filijs israel q̇ ꝑ desertum venerũt ad terrã ꝓ
missionis. In istud desertũ ductus xp̄ianus
dꝫ ñ solũ vicijs ſ; etiã cibis ieiunare. Primo
ꝓpter pestis curationẽ: q̇ ieiunio ⁊ abstinẽ
tia curant̃ nõ solũ pestes mẽtis: ſ; etiã cauẽt̃
infirmitates carnis. Scđo ꝓpter hostis re⸗
pulsionẽ: q̇ ieiuniũ reddit hoĩem magis ha
bilẽ ad pugnãdũ ꝯ hostes ⁊ ꝯ demonẽ. Ter⸗
tio ꝓpter mẽtis eleuationẽ: q̇ ieiuniũ mẽtẽ
disponit ad ꝯtẽplationẽ celestiũ. Et istud ie
iuniũ dꝫ durare ꝑ. xl. dies. i. ꝑ totũ tp̄us vite
nr̃e. In fine hui⁹ tp̄is sequit̃ esuries ⁊ fames
celestis ꝯsolatiõis. Tẽptator accedit qñ dia
bol⁹ in pnĩa exñti suggerit cogitatõẽs pctõꝝ
Primo tẽptat de pctõ gule suggerẽs cordi
ꝙ si fili⁹ ⁊ amic⁹ dei ẽ nõ dꝫ se nimis affligẽ
q̇ peccaret ꝯsulẽs ei vt corpus suũ qd̃ de⁹ fe
cit ad tolerãda ieiunia: fortiora faciet panes
suaues ad tolerãda debiliora. isti nõ dꝫ crede
re ſ; repellere q̇ est vbuꝫ eccl'ie de ieiunio q̇
hõ viuit mẽte mag̃ ꝙ̄ cibo materiali corpore
Scđo tẽptat de pctõ vane gl'ie q̇ assumit eũ
cogitatione sup sctãm ciuitatẽ. i. eccl'iaꝫ fide⸗
liũ ⁊ sup pinnaculũ tẽpli. i. p̄latũ. Cum p̄lat⁹
cogitat se meliorẽ subditis: tẽptat̃ ꝙ cadit deor
sum qñ cogitat cõmittere aliqd̃ pctm̃. Nam
tales frequẽter de multis tẽptant̃ in q̇bus ex
p̄sumptione nõ credũt se peccare: iõ dꝫ repel
lere nec in se cõfidere. Tertio tẽptat de pctõ
auaricie qñ eleuat mentẽ cogitatiõe ⁊ auidi
tate ad aliquẽ gradũ honoris mũdi ĩmittẽs
gl'iaꝫ fauorẽ diuitias delicias mẽti ei⁹: q̇ oĩa
cõsequunt̃ ad talẽ gradũ dicẽs. Hec oĩa tibi
dabo si cõsenseris mihi. Sꝫ dꝫ repellere oĩa
p̄dicta ꝯtẽnendo: deũ diligẽdo: adorãdo mẽ
taliter: clamãdo vocaliter. vade sathana nõ
me tẽptabis. Tunc accedũt angeli offerẽdo
deo nr̃a merita ⁊ victorias: ĩmittendo sctãs
cogitationes: ⁊ cõsulẽdo in agẽdis: defendẽ
do ab insidijs: ⁊ tandẽ ad celũ aĩas nostras
deferẽdo vt ibi viuam⁹ ꝑ eterna scl'a. Amẽ.

¶ Dñica scđa in q̄dragesima. sermo. xxxij.

Miserere mei dñe fi⸗
li dauid. Math. xv. Et in euan
gelio hodierno. i. Mach. iiij. dr̃
sic. Nũc clamem⁹ in celũ ⁊ mise
rebit̃ nr̃i deus noster. Sup quo vbo talẽ mo
ueo q̄stionẽ. Posito ꝙ aliq̇s in vita sua mul
ta cõmiserit pctã ⁊ tũc nõ curauit confugere
ad dei miam. Accidit ꝙ infirmat̃ ḡuiter ⁊
ad mortẽ tũc reclamat xp̄i miam lachrymã
do: cõfitendo: satisfaciẽdo ⁊ mox migrat tali
ter ab hac luce. ¶ Quero vtrũ pctõr in fi
ne vite penitẽs xp̄i mĩa saluet̃: an poti⁹ eter
nis supplicijs deputet̃. Ad istã qõnẽ r̃ndẽt
duo doctores eccl'ie. Primus est Leo papa
vt habet̃ de pnĩa distin. vij. ca. nemo dic sic.
Nemo desperãdus est dũ in hoc corpore cõ
stitus est q̇ nõnunꝙ̄ qd̃ diffidentia etatis
differt̃ cõsilio maturiore perficitur. hec ille.
Secũdus ẽ Aug. vt habet̃ ibidẽ. ca. quãꝙ̄.
dicẽs sic. Si q̇s positus in vltima necessitate
sue egritudinis voluerit accipere pniaꝫ ⁊ ac
cipit ⁊ mox recõciliabit̃ ⁊ hinc vadit: fateor
vobis non illi negam⁹ qd̃ petit sed nõ presu
mimus q̇ bene hinc exit. Si secur⁹ hinc exie

rit ego nescio. pn̄iam dare possumus: securitatem dare nō possum⁹. Nunq̄d dico dānabitur: sed nec dico liberabit. Uis ergo a dubio liberari: vis qđ incertū ē euadere. age pn̄iaz dum sanus es: si sic agis dico tibi ꝙ securus es. q꞉ pn̄iam egisti eo tēpe quo peccare potuisti. Si aūt vis agere pn̄iaz qn̄ peccare nō potes: pctā te dimiserunt non tu illa. hec ille. Tamen: pono quattuor flores. B

¶ Primus flos est iste.

In extremis penitētē saluari lz sit possibile: ē tn̄ valdē difficile. Prima ps pz q꞉ istō tp̄s vltimū adhuc est intra tp̄s ei ad pn̄iam assignatuz. Exemplū posito ꝙ aliq̄s ꝓ suis criminibus sit iudici accusatus ⁊ tp̄s ad se purgandū ⁊ cōparendū ei a iudice assignatū sit ānus ⁊ dies. si iste nō curat cōparere vsq; ad vltimū diē anni. adhuc pōt se purgare de illato sibi crimīe ⁊ ita miam cōsequi. Sic in ꝓposito q̄libet pctōr cōmittit crimē heretice ꝑuitatꝭ: q꞉ ꝑ pctm̄ diuidit a deo ⁊ ab eccl'ia sua. Cōmittit etiā crimē lese maiestatis: q꞉ insurgit cōtra dn̄m suū: ⁊ adheret deo alieno ⁊ dei aduersario. s. dyabolo. Iste ꝓpria cōsciā ⁊ facti euidētia xp̄o oīz iudici accusat de crimine. ꝑfato cui prefigit ⁊ ꝯfert totū tp̄s vite sue ad se de crimine purgandū excusandū ⁊ supplicandū. Totū tp̄s sanitatis est ānus ⁊ tpus infirmitatis est dies. Si ergo iste cōparet ⁊ penitet vltima die tp̄is assignati scz in extrema infirmitate ante vltimā horā vel punctuz q̄ morit. Adhuc pōt se purgare ꝑ cōfessionē. ⁊ si bene de crimine se purgat adhuc valet sibi Ergo possibile est ꝙ tunc penitēs ⁊ veniaz petens miam ꝯsequat ⁊ saluet. Confirmat q꞉ ad pn̄iaz vtilē duo st̄ necc̄a. s. dolor de p̄terito ⁊ ꝓpositū nō peccandi de futuro: sz vtrūq; pōt esse in illo q̄ penitet sero. Exemplū latro q̄ in cruce sero penituit indulgētiā ⁊ miaz cōsecutus est: q꞉ tāto dolore penituit vt liberationē a culpa ⁊ pena eterna ꝓmeruerit. Secūda ps ptz q꞉ difficile est ꝙ deū super oīa diligat quē antea sup oīa odibat. Exēplum posito ꝙ q̄s sit maxime familiaris ⁊ amic⁹ regis anglie: naturalis tn̄ subditus regis frācie: fauet iste ⁊ obedit q̄ntum pōt regi āglie ⁊ nocet ⁊ cōtradicit ex toto posse regi francie ⁊ durauerit hoc per. xl. vel. xxx. annos Eueniat casus ꝙ rex francie capiat istū ⁊ incarceret affligēdo eū: nunq̄d foret valde difficile ⁊ mirabile ꝙ iste sic captus totū suū affectū subito verteret ⁊ amorē suū deduceret ad regē francie: ita vt diligeret eū super oēs hoīes mūdi: q꞉ tenz eū captiuū ⁊ affligit quē antea nolebat videre. Et ecōtra amorē suuz auerteret a rege anglie ⁊ odiret sup oēs homines mūdi: quē tantū ante dilexit ⁊ nullaz cām ei de nouo dedit. Utiq; hoc esset valde difficile. Sic in ꝓposito deus ⁊ dyabol⁹ sunt reges oppositi affectu ⁊ effectu valde diuisi Ecce dauid ⁊ saul q̄libet nr̄m est naturaliter deo subditus ⁊ subiect⁹ q꞉ ab eo formatus ⁊ in pr̄ia sua populatus. i. in terra que eius est ps. Dn̄i est terra ⁊ plenitudo eius ⁊c. qn̄ peccamus fugim⁹ ⁊ dyabolo adherem⁹: qn̄ in pctō perseueramus voluntatez suā facim⁹ ⁊ mandata eius seruam⁹: illa q̄ sunt dei ꝯtēnimus: ⁊ ꝓximū non diligim⁹. Tūc deus nos capit ⁊ ponit in carcerē qn̄ nos affligit infirmitate maxima ⁊ p̄sertim extrema. Cur ergo tūc dyabolū odiam⁹ ⁊ eius delectatiōes quas forte. xxx. vel. xl. ānis tm̄ diliximus: ⁊ deum sup oīa diligamus ponēdo in corde nr̄o ꝙ si essemus sani vt prius idē facerem⁹. Uere si nō est impossibile est tamē valde difficile. Presertim cū dēamus hr̄e tale ꝓpositū ꝙ si essem⁹ sani vt p̄us nihilomin⁹ deo ꝑuiēdo ⁊ eū supra oīa amādo faceremus qđ nūc facimus. vn̄ Greg. dicit. Tanto diabolus grauiores tēptationes ingerit: q̄ntomagis pctōrez appropinquari fini conspicit. Si ergo non potuimus paruas tētationes tolerare qn̄ caderemus qn̄ fuim⁹ sani quō grauiores tolerabimus: qn̄ sumus infirmi. Uere est difficile Nunq̄d vulnus antiquū difficile curat: nunquid sordes inueterati difficile abluunt: certe sic. Sic peccata grauiora scz aīe vulnera ⁊ sordes sunt praue ⁊ imunde cogitatōes. Si ergo sint inueterata cū magna difficultate curant. vn̄ Prouerb. xxx. dr. Tria sūt m̄ difficilia. scz via aq̄le i celo. i. supbi. via colubri sup petraz id ē auari. via nauis i medio mari. i. luxuriosi i cui⁹ figurā ppl's isrl' q̄ lōgo tpe fuerat i ptāte pharaōis captiu⁹: ⁊ sub nabuchodonosor cū magna difficultate. p̄ma vice sub moyse ⁊ scdā vice a daniele fuit liberat⁹. Sic in ꝓposito vir xp̄ianus vidēs deū ꝑ fidē captiuat⁹ a pharaone. i. a demone pctīs irretit⁹ cū difficultate liberat ⁊ difficile deo recōciliat. C

¶ Secūdus flos est iste.

Talē penitentē miam ꝯseq̄ est multū dubitabile Sic ꝙ ei⁹ oppositū est magis opinabile. p̄ma ps pz q꞉ ꝙ sit plene ⁊ itegre ꝯfessus de oib⁹ pctīs suis ē multū dubitabile. exēplū ponat ꝙ aliq̄s egerit negocia dn̄i sui ⁊ dispēsauit illa ꝑ. l. vel. lx. annos. ⁊ iste fuerit ita imprudēs

ꝙ nihil scripserit nec notauerit. Post q̇nq̄gi
ta annos dñs vocat eũ die illi inexcogitata
et vult oĩno audire computum ⁊ rõciniũ de
his que dispensauit: non dans ei spaciũ nisi
vnã diez. Iste reddit coactus nunq̇d reddet
clarũ ⁊ integrũ rõciniũ oĩm bonoꝝ? Certe ē
valde dubiuz: q2 dubitat an possit recordari
oĩm. Sic in ꝓposito deus cõmisit nobis oĩa
bona tꝑalia dispẽsanda a ꝑma die nr̃e nati-
uitatis vsq3 ad diẽ mortis. Cõmisit etiã no-
bis magnã pecunie quãtitatem. s. duo milia
q̇ngenta milia librarũ. i. corpus ⁊ aĩaz ⁊ q̇n
q3 sensus corꝑis vt negotiemur dicẽs nobis
Negotiamini dũ venio. Iste q̇ nõ confitetur
vsq3 in finẽ tenet istã dispẽsationẽ ꝑ q̇nqua
ginta annos vel plus q̇bus viuit ⁊ nihil scri
bit nec ad mentẽ reducit. Deus vocat eũ qñ
in infirmitate vltĩa citat eũ: ñ h3 nisi vnã diẽ
vel duos quõ poterit iste ꝑfecte ꝯfiteri ⁊ oĩz
cogitationũ. locutionũ. oꝑationũ subito re-
cordari? Certe est multũ dubitabile. vñ eccl'.
xxvi. dr. Due species difficiles ⁊ ꝑiculose ap-
paruerũt mihi. Difficile exuit negotiãs a ne
gligẽtia sua: ⁊ nõ iustificabit caupo a peccat̃
labioꝝ. Per negociatorẽ intelligit pctõr: et
silr ꝑ cauponẽ. ⁊ Job. xxxviij. dr sic. Nũquid
ingressus es ꝓfunda maris ⁊ in nouissimis
abyssi ambulasti? quasi dicat. Quis põt itra
re interiora pctõris ⁊ nouissima eius scire. ⁊
sequit. Nunq̇d apte sunt tibi porte mortis ⁊
ostia tenebrosa vidisti ⁊c. Secũda pars pt3
q2 magis est opinabile ꝙ tũc defleat ⁊ con-
fiteat timore q̃3 amore. Exemplu3 ponat ꝙ
aliq̇s iudex compꝛhẽdat aliquẽ in furto mul
to tꝑe ꝑseuerantẽ. iudex mandat istũ suspen
di. videt iste ante se patibulũ si tũc clamaret
et veniã peteret cu3 ꝓposito nunq̃ deinceps
attentãdi silia: magis posset opinari ꝙ hoc
diceret timore mortꝭ q̃ amore rei cõis vel iu
dicis. Sic in ꝓposito qñ deus ten3 aliquẽ pec
catorẽ in infirmitate tũc tenet eũ in vinculo
⁊ carcere suo. tũc exponit q̃õnibus qñ tribu
lat ꝑ criminibus. Videt patibulũ ãte se qñ
videt mortẽ approximari: Si tunc fateatur
veritatẽ ⁊ confiteat pctã sua ⁊ petit miam pa
tibulo inferni ꝓpinquus magis est opinabi
le ꝙ hoc facit timore pene ĩfernalis q̃ amo-
re dei. Unde aug. lib. de pnĩa vt hr̃ de pnĩa di
stin. vij. c. hec aũt. dicit sic. Quẽ sero penitet
op3 nõ solũ deũ timere iudicem: sed iustum
diligere nõ tm̃ de pena timeat: s3 anxietur de
gloria. Debet eñi dolere de crimine ⁊ de omi
eius ꝑdicta varietate. Sed qm̃ vix vel raro
est tam iusta cõuersio timendũ est de penitẽ-
te sero. Que3 eñi morbus vrget ⁊ pena fret
ad verã vix veniet satisfactionẽ. maxime cũ
filij q̇s illicite dilexerit sint pñtes: vxor ⁊ mũ
dus ad se vocet. multos solet serotina peni-
tentia decipere: hec ille. D

¶ Tertius flos est iste. Di

gnus est ꝯfusione qui cũ nõ possit gl'iatur de
fructifera oꝑatione. pt3 ꝑ casum. Ponat ꝙ
aliq̇s dñs multos adduxerit ad excolenda3
vineã suã: aliq̇ oꝑant: aliqui dormiũt ⁊ nihil
volunt oꝑari: sero facto dñs vocat oĩs vt
eis soluat. Iste aũt q̇ ꝯtinue fuit ociosus vi-
dens ꝙ dñs soluit dixit dño ꝙ ip̃e vult ex-
colere vineã ⁊ tũc incipit laborare. Certe il-
le est dignus cõfusione. Sic in ꝓposito deus
ꝯduxit nos oĩs ad laborandũ ⁊ ad vepres
. i. vitia anime extirpãda. Finis vite est tp̃s
solutionis nobis ꝓmisse. Cũ g̃ aliq̇s vsq3 tũc
expectet ⁊ qñ sol vite sibi occidit velit vitia ex
tirpare ⁊ solutionẽ petere: est dign⁹ magna
ꝯfusione. Scõm exemplũ ponat ꝙ tempore
quo habuisti vñ soluere potuisti creditorib⁹
tuis noluisti soluere: ⁊ qñ nihil hñs vocas
creditores vt soluas eis. nunq̇d fatu⁹ reputa
beris. Sic in ꝓposito tẽpe sanitatis habem⁹
virtutẽ faciẽdi pnĩam ⁊ nolumus. tꝑe aũt in-
firmitatꝭ volum⁹ ⁊ nõ possumus. iõ sumus di
gni cõfusione. Tertiũ exemplũ qñ q̇s est sa
nus ⁊ fortis dicit se nõ posse pugnare qñ est
debilis ⁊ infirmus: ita ꝙ nõ põt se mouere:
petit campũ certamis: nunq̇d tal' est dign⁹
ꝯfusione. Sic in ꝓposito iste qñ fuit san⁹ no-
luit campũ pnĩe intrare. Nunc aũt debilis et
morti ꝓpinqu⁹ vult pnĩam agere. ⁊ certe de
risorie: iõ talib⁹ loq̇t ioh. apo. viij. Ve. ve. ve
hitãtib⁹ in t̃ra. Primũ ve ꝯ pctm̃ cogitatõis
scõ3 ve ꝓpt pctm̃ locutõis. t̃tiũ ve ꝓpt pctm̃
cõmissiõis. vl' ꝑmũ ve ꝓpt penã mortꝭ. scõm
ve ꝓpt penã dãni vẽturã. t̃tiũ ve ꝓpt penam
sens⁹ futurã. ꝑmũ ve abijt ⁊ adhuc vẽiũt duo
ve. s. q2 pẽa mortꝭ trãsit: s3 alie due pene supue
niũt mãsure. In figurã hoꝝ dr Judi. xvi. ꝙ
sanson qñ hẽbat fortitudinẽ ⁊ ptãtẽ poterat
vitare dalilã ⁊ sine morte sui ꝑcutẽ philisteos
s3 ꝑmisit se vicl'ari ⁊ radi ⁊ tc̃ fuit obcecat⁹ ⁊ ca
pt⁹ ⁊ deris⁹: ⁊ tc̃ voluit oñdere suã ptãtẽ ⁊ int̃
fecit se ⁊ alios. sic ĩ ꝓposito hõ fortꝭ ad oꝑa pe
nitẽtie ꝑmittit se a carne duci ⁊ ñ agit pnĩa3
s3 ĩ ĩfirmitate debilitat⁹ ⁊ virtute nãli ꝑuat⁹ vult
agẽ pnĩa3 ⁊ ĩuadẽ dẽones. ⁊ ita ẽt fit dign⁹
confusione ⁊c̃. E

Quartus flos est iste. Ad dei miam implorandã nõ congruit tp̃us extreme infirmitatis sed vigor pfecte sanitat̃. Prima pars pʒ Apocal. x. vbi dr sic. Vidi angelũ tenentẽ pedẽ dextrũ sup mare ⁊ sinistrũ sup terrã ⁊ leuauit manũ suam ad celũ ⁊ iurauit per viuentẽ in secula q creauit celum ⁊ ea q̃ in eo sunt: ꝙ amplius non erit tempus Spũaliter p istũ angelũ intelligit̃ xp̃s q est angelus cõsilij: natus de ꝟgine q posuit pedem dextrũ sup mare oñdendo miam pctõribus cõuersis. Et sinistrũ sup terrã oñdendo iusticiã peruersis: q adinstar terre in malicio perseuerãt. Iurauit: qr ab eterno p̃ordinauit: ꝙ amplius nõ erit tp̃s: scʒ post mortẽ ad miam implorandã: ergo in morte nõ est tempus cõgruũ. vñ Aug. vt habet̃ de pnia distin. vij. ca. nullus. dicit sic. Latro em̃ ille lʒ veniã meruisset de oĩ crimĩe in fine nõ tamẽ dedit baptizatis peccãdi ⁊ pseuerãdi auctoritatem: Tunc em̃ baptizatus est q tunc primũ in cruce xp̃ʒ cõfessus est. hec ille. Exẽplũ ij. Machab. ix. dr. Qr antiochus q ibat cõtra hierl'm duris penis oppressus viscerũ: pmittebat se iudeos liberaturũ ⁊ tẽplũ dei p̃uilegiaturũ ⁊c. tñ orauit scelestus dñʒ a quo nõ erat miam consecuturus. rõ est: qr orauit nõ amore sed attritus pene dolore ⁊c. Secũda pars pʒ. Math. xxv. vbi dr. Qr q̃nqʒ prudẽtes virgines qr sumpserunt oleũ secũ in lampadibus ante aduentũ sponsi: ideo intrauerunt cũ eo ad nuptias. Quinqʒ aũt fatue qr congruo tẽpore non emerunt ideo nõ intrauerũt. Spũaliter per sponsum intelligit̃ xp̃s p vas cor nostrũ. p lãpades exteriores operationes. p oleum mĩe donũ. ergo ante temp⁹ iudicij ⁊ extreme infirmitatis emam⁹ a deo patre oleũ mĩe: ⁊ intrabimus palatium celestiũ nuptiarũ. vñ Aug. vt habet̃ de peni. di. vij. ca. quãꝙ. dicit sic. Baptizatus ad horam securus hinc exit. Agens pniam ⁊ recõciliatus dũ sanus est postea bñ viuens securus hinc exit. Agens pniam ad vltimũ ⁊ reconciliatus si securus hinc exit: ego non sum securus. Unde securus sum dico ⁊ do securitate. vñ securus nõ sum pniam dare possuʒ securitatẽ dare non possum. Due sunt res aut ignoscit̃ aut nõ ignoscit̃. Quid hoꝝ tibi pro futurũ sit nescio: g̃ tene certũ ⁊ dimitte incertũ. h̃ ille. iõ dr Apoc. iij. sic. In mẽte habe q̃liter accepis ⁊ audieris ⁊ serua: ⁊ pniam age. Si nõ vigilaueris veniã ad te tãqʒ fur ⁊ nescies q̃ hora veniã ad te. pʒ g̃ solutio q̃õnis ꝙ q deũ ĩ m'ltis pctĩs offendit si vult sine dubio veniã ĩpetrare dʒ humiliter ⁊ lachrymabilit̃ xp̃i miam inuocare dũ san⁹ est ⁊ dicẽ. Miserere mei dñe fili dauid. vt dicit ꝟbũ ppositũ ⁊c. In q̊ notant̃ tria q̃ dʒ facere pctõr p mĩa ĩpetranda. Primũ est mõstrare sue necessitatis indigẽtiã: cũ dr. Miserere mei. Scd̃m est cõmendare dĩne maiestat̃ potentiã: cũ dr. dñe. Tertiũ ẽ implorare supne pietat̃ clemẽtiã: cũ dr. fili dauid. Hec tria patẽt in euãgelio hodierno. Ad cui⁹ euidentiã sciẽdum ꝙ p mulierẽ chananeã intelligit̃ q̃libet persona: q est mulier: qr mulcet ⁊ est mollis aer: qr adinstar aeris ad modicũ ventũ temptationis flectit̃: ⁊ ad modicũ ictũ tribulatõnis psternit̃. Chananea a canis cõditiõe dicta: qr sicut canis redit ad vomitũ: ita misera psona redit ad pctm̃ iaʒ p miam abolitũ Hec hʒ infirmã filiã. i. peccatricẽ aĩam. A demonio vexat̃. i. a pctõꝝ cogitatione q̃ est a demone ꝯtinue agitat̃. In terra chananeoꝝ morat̃: qñ in cogitationib⁹ pctõꝝ ⁊ mũdanoꝝ delectat̃ ⁊ q̇etat̃. Egredit̃ a finib⁹ illius qñ custodit se a peccãdi occasionib⁹. ad xp̃ʒ filia lachrymat̃: qñ miam a deo p aĩa sua postulat. Xp̃s nõ rñdet ꝟbũ nisi hẽat ppositũ cõfitendi eius ministro. Accedit ad discipulos tãqʒ ad mediatores: qñ sacerdotib⁹ pctã sua ꝯfitet̃ vt eã absoluãt ⁊ p ea orẽt. discipuli p filia rogãt: qñ sacerdotes peccatricẽ aĩaʒ absoluũt: ⁊ deũ p ea exorãt: s; infidelitas ei obijcit̃ qñ pctõꝝ grauitas ⁊ ingratitudo ⁊ spũalis infidelitas in corde eius rep̃hendit̃ a sacerdote q gerit viceʒ xp̃i cogitando quõ deo infidelis fuit: qr ita ꝯ eũ peccauit. bñficia q̃ deus ꝯtulit amicis suis ⁊ gr̃e in eius mẽte reuocant̃. ⁊ ex h̊ aĩa peccatrix plus se ꝯtẽnit ⁊ humiliat̃ ⁊ canẽ redeuntẽ ad vomituʒ se vocat: ideo nõ illas nec tales nec tãtas gr̃as sicut hñt sui cari petit: s; modicũ. s. dei miam non se reputãs dignã alia gr̃a nisi pctõꝝ remissione: ⁊ tũc si sic agit ex sua magna fide ⁊ deuotione obtinet gr̃am. i. pctõꝝ veniã. Magna fides est credere ꝙ ꝯfitens hoĩ sacerdoti mortali ⁊ pctõri veniã obtineat pctõꝝ. Et magna est humilitas ꝙ reges mũdi ⁊ p̃ncipes ⁊ alij corã sacerdote genuflectãt ⁊ pctã sua occultissima ei detegãt. ppter quod consequimur gratiam in presenti ⁊ gloriam in futuro. Amen.

Dñica tertia in quadragesima de peccato lingue. Sermo. xxxiij.

Locutus est mutus
τ admirate sunt turbe. Luce.xi.
τ in euãgelio hodierno. Berñ.
in quodã ſmõe dicit sic. Leuis qdẽ ſmo qꝛ
leuiter volat:sed grauiter vulnerat:leuit trã
sit:sed grauiter vrit.leuiter aĩam penetrat:ſ
nõ leuiter exit.leuiter pferť:sed nõ leuiter re
uocať. Facile volat:ideo facile vitaré violat
Teneru mẽbrũ lingua:attamẽ vix teneri pt.
substãtia qdẽ infirmũ atqꝫ exiguuꝫ inueniť
τ validũ est.hec ille. Sup quo verbo talẽ mo
ueo qõnem. A Utrũ oĩs homo ꝯueniẽ
ter admireť si pꝑter petm̃ locutionis tantaꝫ
aĩarũ multitudinẽ demon lucreť. Ad istã qõ
nem rñdent duo doctores eccl'ie. Prim⁹ est
Aug.lib.iij.de vbis dñi sermone scđo circa
finẽ dicẽs sic. Proposuit deus mercedẽ vitã:
dies bonos.dies boni sunt vita sine fine. re-
quies sine labore. in tanta mercede pposita
non iussit onera grauia portare: nec aliquaꝫ
machinã erigere:nec fodere iussit rẽ laborio-
saꝫ ſ mẽbrũ qđ inter oĩa mẽbra cito moues
ipsum continere tibi precepit. Cohibe in-
qt linguam tuam a malo. Non est labor eri-
gere fabricam: τ labor est tenere linguam.
Cohibe linguam tuam a malo noli loqui-
mendaciuꝫ.noli loq criminationes. noli loq
calũnias.noli loq falsa testimonia. noli loq
blasphemias. Cohibe linguã tuã a malo. vi-
de quõ irasceris si qs de te mala loqť. Quo-
modo irasceris alteri qñ alter de te mala lo
quiť:sic irascere tu tibi qñ de altero male lo-
queris. Labia tua ne loquanť dolũ:qđ ẽ in-
tus in corde tuo hoc dicať foris:nõ aliud pe
ctus tegat τ aliud lingua deferat. Declina a
malo τ fac bonũ. Nam quõ dicturus sum ei
vesti nudum:qui adhuc vult spoliare vestitũ
Nam q pmit vicinũ suũ quõ hꝫ suscipere pe
grinũ.ergo p ordineꝫ prius declina a malo τ
fac bonũ.pus accinge lumbos tuos: τ tunc
accende lucernã τ cũ hoc feceris securus ex-
pecta vitã τ dies bonos.hec ille. Secũdus ẽ
Hugo li.ij.de aĩa dicẽs sic. Lingua dꝛ qꝛ lin-
git adulando mordet.detrahẽdo occidit.mẽ
tiendo ligat.τ ligari non põt. labilis est τ te
neri non põt:ſ labiť vt anguilla:penetrat vt
sagitta:tollit amicos: multiplicat inimicos:
mouet rixas:semĩat discordias:vno ictu mľ
tos pcutit:vulnerat τ interficit:blanda est τ
subdola:τ lata ad exhauriẽda mala τ miscẽ
da parata. Qui custodit linguam suã:custodit
aĩam suã:qm̃ mors τ vita in ptãte lingue sũt
posita.ħ ille. Et Jacob⁹ in epľa sua. iij.c.dic
sic. Ecce τ naues cũ magne sint τ a vẽtis va
lidis mineť circũferunť aũt a modico gub
naculo:vbi ĩpet⁹ dirigentꝭ voluerit:ita τ lin-
gua modicũ qdẽ mẽbrũ est τ magna exaltat
Ecce quãt⁹ ignis ꝙ magnã siluã incẽdit. Et
lingua ignis ẽ vniuerse iniqtatꝭ.lingua cõsti
tuiť in mẽbris nr̃is:q maculat totũ corp⁹ τ
inflãmat rotã natiuitatꝭ nr̃e inflãmata a ge-
hẽna. Oĩm em̃ natura bestiarũ τ volucrũ τ
serpẽtũ τ ceteroꝝ domať τ dõita sunt a na-
tura humana:linguã aũt null⁹ hoĩm doma-
re põt.inqetũ malũ est plena veneno morti-
fero.ħ ille. B Tamen p maiori declaratio
ne sciendũ ẽ ꝙ de⁹ creauit quandã ciuitatẽ q
vocať ciuitas iusticie.de q dicit Joħ. Apoc.
xxi.sic. Ego Jo.vidi ciuitatẽ sctãꝫ hierľm no
uã descendẽtẽ de celo a deo patã sicut spõsam
ornatã viro suo. Hec em̃ ciuitas dꝛ hierľm
qꝛ ex cultu iusticie τ vtutũ puenim⁹ ad visio
nẽ dei q est pax nr̃a.ps. Ibũt de vtute in vtu
tẽ videbiť deus deoꝝ in syon. dꝛ etiã noua qꝛ
in hac ciuitate dẽmus deponere vicia. Juxͣ il
lud. Ephe.iiij. Deponẽtes veterẽ hoĩem cũ a-
ctib⁹ suis:induite nouũ hoĩeꝫ q ſm deũ crea
tus est in iusticia sctitate vitatꝭ.dꝛ descẽdere
de celo:qm̃ celestis est gr̃a qua de⁹ fecit eã τ
ornauit. In hac ciuitate posuit de⁹ aĩam hu
manã vt opareť τ custodiret iusticiã:quã ar
mauit multipliciter.qꝛ vt dꝛ in euãgelio ho-
dierno. Dũ fortis armat⁹ custodit atriũ suũ
in pace sunt oĩa q possidet. Et sctũs Effrem
in ſmonib⁹ suis dic sic. Talẽ armaturã dꝫ si
bi acqrere q p xp̃o certare instituit vt possit
p eã τ dyabolo resistere τ placere in ꝯspectu
dei saluatoris nr̃i.ħ ille. Que aũt sit hmõi ar
matura hũane aĩe. Sciẽdũ ꝙ ipa pmo ĩduit
thoracẽ.i.fidẽ.vñ dñs ait. Si hũeritꝭ fidẽ sic
gnũ sinapis dicetꝭ mõti huic tollere τ mittere
in mare τ fiet vob. Nã gnũ sinapis ẽ leue τ
rotũdũ nullã hñs scissurã nec angulũ τ ꝯtri
tũ hꝫ feruorẽ insignẽ. Sic fides leuat hoĩem
ad celestia τ facit eũ pfectũ τ ignitũ ad om̃e
op⁹ bonũ. Exẽplũ petr⁹ cũ ꝯfitereť xp̃m esse
filiũ dei viui. accepit claues regni celestis τ
adeptus est ptãtẽ oĩm celestiuꝫ τ terrenoꝝ.
Qui g vult hitare in ciuitate iusticie.pmo as
sumat fideꝫ. Ad Ro.x. Corde crediť ad iu
sticiã.ħ em̃ fides dat aĩe intelligẽtiã diuoꝝ.
Esa.vij. Nisi credideritꝭ nõ intelligetꝭ:aľs nõ
pmanebitꝭ.dat vt nõ iudicet pximũ dat vt cu
ret infirmos dat vt erigat lapsos corde. dat
vt sit feruẽs pposito ad exequẽda mandata

saluatoris cui de⁹ dixit. Euge serue fidelis in
tra in gaudiũ dñi tui. Math. xxv. Scdo assu
mit aĩa galeã .i. spẽ futuroꝝ bonoꝝ q̃ oculus
non vidit nec auris audiuit nec in cor hoĩs
ascẽdit: q̃ pparauit de⁹ diligẽtib⁹ se. Esa. lxiiij.
⁊ .i. Corin. ij. Exẽplũ de Job q̃ dicit. Scio ꝙ
redẽptor meus viuit ⁊c̃. Reposita est h̃ spes
mea in sinu meo. Hec eñ spes dat cõsolatio
nẽ aĩe inter afflictiões ⁊ vexatiões suas, exẽ
plũ: sctĩ martyres xp̃i inter eculeos ⁊ varia
tormẽtoꝝ gña prõpte ⁊ libẽter oĩa tolerabãt
sũma spei ꝟtute roborati. Tertio assumit aĩa
baltheũ .i. charitatẽ pfectã in deũ ⁊ in pximũ
Hec eñ facit aĩam currere absq3 vllo ĩpedi-
mento. Naz q̃ baltheo accintus est facit oĩa
leuit ⁊ sollicite: sic q̃ se dĩna charitate pcingit
supat oĩa sũma facilitate .i. Corin. xiij. Chari
tas oĩa tolerat oĩa sustinet: iõ plenitudo leg
est charitas. Exemplũ paulus succẽsus cha-
ritate dicebat. Quis infirmat ⁊ ego nõ infir
mor? Quis scandalizat ⁊ ego nõ vror? Vidi
sti cõpassionẽ charitat. Vidisti miseratiõis
affectũ, ppterea dicit bonũ certamẽ certaui
cursum ꝯsummaui: fidẽ seruaui: in reliq̃ repo-
sita ẽ mihi corona iusticie. Quarto assumit
aĩa calciamẽta .i. humilitatẽ. Sicut eñ calci-
amentũ iugiter calcat: sic quẽ humilitas scã
repleuerit studet ab oĩbus cõculcari: qm̃ hu
militas est calciamẽtuz spũale: nõ carnale. q̃
custodit aĩam ne offendat lapidẽ suũ. lapis
eñ est xp̃s. Humilitas g̃ custodit aĩam ne
offendat xp̃m. Exẽpluz de dauid q̃ dicebat.
ego aũt sum vermis ⁊ nõ hõ. Ecce regis ⁊ p
phete reginã humilitatem, deus maxime di-
ligit humilitatez. ps. Qui in altis habitat ⁊
humilia respicit, ideo dicit .i. Petri. v. Hu-
miliamini sub potenti manu dei. ¶ Quĩ
to assumit aĩa scutũ .i. cruc̃ signũ: signãs cor
suũ ⁊ oĩa mẽbra corporis. Cant. viij. Pone
me sicut signaculũ sup cor tuum. Hec eñ ar
matura est validissima ⁊ null⁹ ei nocere po
terit si hac fuerit pĩecta aĩa. Exemplũ si q̃s
ferat signaculũ regis terreni nullus audebit
eũ ledere: ꝙtomagis aĩa nullũ timebit si por
tauerit signũ impatoris celestis. Si g̃ volu
mus euadere laqueos tẽptationũ diaboli si
gnemus nos signo crucis. Qualiter autem
debeamus nos signare hoc signo docet Au
gusti. sermone primo de vita xp̃iana dicens
sic. Rogo vos vt attentius cogitemus qua
re xp̃iani sumus ⁊ crucem xp̃i in fronte por
tamus. Scire eñ debemus ꝙ non sufficit
nobis ꝙ nomen xp̃ianum accepimus si ope
ra xp̃iana non fecerimus. Si quis eñ chri-
stianum se dicat ⁊ iugiter se cruce xp̃i signet
⁊ elemosynas ẽm vires suas nõ fecerit: cha
ritatem ⁊ iusticiã, ⁊ castitatem habere nolue
rit: nihil ei pdest nomen xp̃ianum. Magna
res est signũ xp̃i ⁊ crux christi: ⁊ ideo taz pre
ciosum est signaculum vt res magnas ⁊ pre
ciosas signare debeat. Quid eñ pdest si the
sauro signũ facias ⁊ putridas paleas intus
recludas. Quid pdest si signũ xp̃i in fronte
⁊ in ore portamus ⁊ intus inimici crimina ⁊
peccata recondimus? Qui eñ male cogitat
male loquitur: male operat: si se emendare
noluerit qm̃ se signat peccatũ illius non mi-
nuitur sed auget. Multi cũ ad furtum ⁊ ad
adulterium vadunt si pedem impinxerint si
gnant se ⁊ tamen de malo opere non reuo-
cant, se: ⁊ nesciũt q̃ crimen includit in se ma
gis demonem ꝙ excludat. Qui vero a se cũ
dei adiutorio vicia peccataq3 repellit ⁊ quod
bonũ est cogitare simul ⁊ implere contendit
iuste signũ crucis labijs suis apponit. Talia
oportet agere q̃ signũ crucis merent accipe
re ⁊ xp̃ianũ nomen non ad iudiciuz sed ad
remediũ habere. hec ille. ¶ Sexto assu
mit aĩa arcum .i. orationẽ. ps. Posuisti vt ar
cum ereum brachia mea. Nam manus extẽ-
se in oratione sunt arcus ꝯtra inimicos. Sa
gitta aũt emissa est attentio orant. Qui eñ
orat ⁊ pmittit animũ vagari est similis ei q̃
tenet arcum in manu ⁊ sagittam nequit diri
gere contra aduersariũ. Et interdum metus
vulneris terret hostem dum cõsiderat arcuz
sed dum vider alio diuerti sagittã metuz de-
ponit. vnde Aug. in quodã ẽmone dicit sic.
Oratio est aĩe sancte presidium: angelo bo
no solatiũ: dyabolo suppliciũ: gratũ deo ob-
sequiũ: ⁊ penitẽtie ac religionis laus tota p
fecta gloria spes ⁊ sanitas incorrupta. h̃ ille
¶ Septimo assumit aĩa gladium .i. timo-
rem dei. Est eñ velut gladius anceps conci
dens omẽm malam concupiscentiam. psal.
Gladij ancipites in manib⁹ eoꝝ. vnde Au-
gusti. super prima canonica Johãnis home
ix. dic̃ sic. Est timor quẽ charitas foras mittit
⁊ est timor castus permanens in seculum
seculi. sicut sunt homĩes qui timent deum ne
mittãt in gehennã: iste timor introducit cha
ritatez: s; sic venit vt exeat. Si enim propter
penas times deum: non amas non bona
desideras sed mala caues. Si ex eo ꝙ ma-
la caues corrigis te ⁊ ĩcipis bona desiderare
cũ ĩcipis bona desiderare ẽ in te timor cast⁹

q̄ est ne amittas ipsa bona. Sicut si ponas
duas mulieres maritatas quarū vna velit
adulteriū facere sed timet maritū ne veniat.
hec diligit nequitiā ⁊ onerosa est ei mariti p̄
sentia. Altera amat virū ⁊ nulla se adulterij
immundicia vult maculare: optat p̄ntiā viri
Timet illa timet ista. illa timet virū ne veni
at. ista timet virum ne discedat. Illa dicit ti-
meo ne dānet: ista dič timeo ne deserat. Po
ne hoc in aīo xp̄ianorū ⁊ videas timorem
quē charitas foras mittit ⁊ aliū timorē castū
p̄manentē in seculū seculi. hec ille. ¶ Octa
uo assumit aīa tubā. i. scripturā diuinā. sicut
enī tuba sonās cōgregat milites: ita scriptu
ra diuina dū clamat ad nos cogitatiões no
stras colligit in timorē dei q̄r cogitatiões no
stre sunt milites resistentes aduersarijs reg
Et sicut tuba tēpe belli suo clangore excitat
mentes bellatorū ⁊ auget voluntatē eundi ɔ̄
aduersarios: ita scriptura dīna auget p̄posi
tum nostrum ⁊ in melius excitat ⁊ cōtra vi-
cia passionesq̄ʒ corroborat. ps. Beati q̄ scru
tantur testimonia eius: in corde exquirūt eū
Et iterū. In iustificationib⁹ tuis meditabor
nō obliuiscar sermones tuos. Et rursus. In
corde meo abscondi eloq̄a tua vt non peccē
tibi. Rursumq̄ʒ. In quo corrigit adolescen-
tior viam suā: in custodiendo s̄mones tuos.
In hac ciuitate iusticie vt melius se ɔ̄seruet
aīa edificauit de⁹ quattuor arces: q̄r ciuitas
hec est in quadro posita. Et in quolibet qua
dro posuit vnā arcem: ⁊ vnū angelū custodē
¶ Prima est arx veritat̄ q̄ custodit aīaʒ
ne cor discordet a lingua: sed sicut gerit men
te sic loquat̄ ore. Nam v̄itas est adequatio
totius vite hoīs: qua scʒ intentio ⁊ sermo ⁊
actus hoīs inuicē in bono concordāt: nec in
vllo inter se dissentiunt. Hec enī arx est ro-
tunda: q̄r veritas nō hʒ angulos. Cuʒ in oēʒ
sui p̄tem eadē sit. vn̄ Bern̄. in quodā s̄mōe
dicit sic. Non amat v̄itas angulos: nō ei di-
uersoria placent: in medio stat: cōi vita: cōi
disciplina: cōibus studijs delectat̄. hec ille.
Ad hanc arcem vel turrim ascendit aīa per
scalam triū graduū. vn̄ Bern̄. de gradib⁹ hu
militatis dicit sic. Cum sint tres gradus v̄tu
tis. ad primū per laborē humilitatis. ad secū
dum p̄ affectionē cōpassionis. ad tertiū p̄ p̄
cessum ascendimus cōtemplationis. In pri
mo veritas reperit̄ seuera. in secūdo pia. in
tertio pura. Ad primuʒ ratio ducit qua nos
discutimus. Ad secūdum affectus p̄ducit q̄
alijs miseremur. ad tertium puritas rapit q̄

ad inuisibilia subleuamur. Sup̄ hanc turris
est vnus angelus custos q̄ custodit aīam ne
deserat veritatem. Unde Bern̄. in sermone
de angelis dicit sic. Ue nobis si q̄n sancti an
geli p̄uocati nostris negligentijs ⁊ peccatis
nos indignos iudicauerint sua presentia ⁊
visione vltima: quorum presentia protege-
re nos ⁊ p̄pulsare poterant inimicum. Or si
tam necessariā habemus familiaritatem di
gnationis angelice cauenda est nobis eorū
offensa: ⁊ in hijs vnūquēq̄ʒ exercenduʒ qui
bus eos nouimus oblectari. Hec auteʒ pla-
cent eis que in nobis inuenire delectant: scʒ
sobrietas: paupertas volūtaria: castitas. ge-
mitus ⁊ super hec oīa a nobis exigūt verita
tem ⁊ paceʒ. hec ille. Custodit ergo angelus
veritatem in aīa nostra. de qua veritate lo-
quit̄ sanctus Tho. ij. ij. q. cix. arti. i. ad tertiuʒ
dicendū sic. Ueritas cuʒ sit virtus moralis
est in medio inter sup̄fluū ⁊ diminutū dupli
citer. Uno modo ex parte obiecti. Alio qui
dem modo ex parte actus. Ex p̄te q̄dem ob
iecti q̄r verū s̄m suam rōnem importat quā
dā equalitatē. Equale aūt est medium inter
maius ⁊ minus. Unde ex hoc ipso q̄ aliq̄s
dicit verū de seipso tenet mediū inter eum q̄
maiora dicit de seipso ⁊ inter euʒ q̄ minora.
Ex parte aūt actus tenet mediū inquantuʒ
verū dicit q̄n oportet ⁊ s̄m q̄ oportet. sup̄-
fluū aūt cōuenit illi q̄ importune ea que sua
sunt manifestat. Defectus aūt cōuenit illi q̄
occultat q̄n manifestare oportet. hec ille. Nā
q̄r homo ē aīal sociale naturaliter: ideo vn⁹
homo dʒ alteri illud sine quo humana socie-
tas cōseruari non posset. Non autē possent
hoīes cōuiuere nisi sibijnuicē crederent tan-
q̄ʒ sibijnuicem veritatem manifestātes. Un
de qui vult habitare in ciuitate iusticie debʒ
veritatem obseruare: quia veritas est pars
iusticie prout attendit debitum morale inq̄ʒ
reduxit ab inferis incolumē: ꝛ cōtinue per-
duxit ad sue glorie sedē. Quis em̄ illuc possȝ
ascendere ꝛ ethereos demones trāsilire: nisi
ille q solus pctm̄ nullatenus potuit habere.
Crux ergo illa non obfuit sed pfuit. q2 in no
bis xp̄s vicit ꝛ ipse in ea superari non potuit
Non sepulchrũ: non inferi: victricē detinue-
runt carnē. Expendit em̄ de⁹ p hoīe qđ de-
creuerat: ꝛ eripuit quē volebat. hec ille. B
¶ Tertio vadunt simul ioseph ꝛ iudas pr̄iar
che. de ioseph dicit Aug. in sermone de eo sic
Quotiens lectiones vobis de veteri testamē
to recitant: non hoc soluȝ debetis attendere Joseph
qđ auditis: qđq3 sonat in verbo: sed etiā qđ
intelligit ꝛ qđ sapit in spũ. Ecce audiuimus
ꝙ btūs iacob genuit filium cuius nomē fuit
ioseph. hoc loco iacob figurā habuit dei pr̄is
ioseph typum gessit dñi saluatoris. Dilige-
bat iacob filium suũ: ꝛ deus pater vnicũ suũ
sicut ipse dixit. Hic est filius meus dilectus
ꝛc. Misit iacob filiũ suũ vt de fratribus sol-
licitudinē gereret: ꝛ deus pater misit vnigeni
tũ: vt genus humanũ pctīs languidũ quasi
oues pditas visitaret. Joseph dũ fratres qre
ret errabat in heremo xp̄s gen⁹ humanũ qre
bat qđ errabat in mũdo. Jlle fratres quere-
bat in sichimis q interpretāt humeri: semp
em̄ pctōres dorsum ponunt in faciem iusti:
humeri em̄ retro sũt. Et sicut fratres ioseph
fraterne dilectioni dorsum magis ꝙ faciem
offerebant: ita infelices iudei venienti ad
eos salutis auctori: inuidere potius ꝙ dili-
gere maluerunt. Venit auteȝ ad eos in do-
thaym que interpretat defectio: vere em̄ in
grandi defectione erant quando de fratrici
dio cogitabāt. Jlli eũ videntes de eius mor
te tractauerũt: sic iudei dñm xp̄m vt eũ cru-

cifigerent oēs in cōsilio statuerūt. Illi eū ex⸗
poliauerūt veste polimita ⁊ talari: iudei cru
cifigentes xp̄m expoliauerunt eum tunica
mortali. Exutus ille tunica mittit̄ in lacum:
expoliatus carne humana xp̄s descendit ad
infernū. Eleuatus de cysterna hysmaelitis
vendit̄: xp̄us ab inferis rediens oībus gen⸗
tibus fidei cōmercio cōparat̄. Per consiliū
iude ioseph. xx argenteis distrahitur: xp̄us
iuda tradente. xxx. argenteis venundatur.
Joseph descendit in egyptū. xp̄s in mundū
Ille a penuria frumenti saluat egyptū: xp̄s
a fame verbi dei liberat mundum. Nisi fra⸗
tres sui illum vendidissent defecerat egyptꝰ
nisi iudei xp̄um crucifixissent perierat mun⸗
dus. hec ille. Portat autem ioseph in mani⸗
bus septē spicas frumenti eo ꝙ interpreta⸗
tus est somniū pharaonis: sup̲ septem ānis
fertilitatis. vt dicit̄. Gen̄. xli. de quo frumen
to dicit xp̄s. Joh̄. xij. Nisi granum frumenti
cadens in terram mortuū fuerit ipsum solū
manet: si autē mortuū fuerit multū fructum
affert. Super quo Aug. sermone. vi. de sctō
laurentio dicit sic. Non indignus debet redē
ptor noster videri: si assumpta humanitate
grano frumenti cōpararet̄: q2 etiā vilibꝰ ver
mibus assimilat̄: sicut ipse per ꝓphetā dicit.
Ego autē sum vermis ⁊ non homo. Et pul⸗
chre dñs g̃no tritici cōparat̄ q2 sicut in oībꝰ
ānonis nihil frumēto pulchrius: nihilq̄z est
delectabilius: ita ipse oēs creaturas excessit
q2 nihil eo suauius: nihilq̄z dulcius inuenit̄.
Sed hinc certe grano frumēti cōparat̄: quia
alimento corporis ⁊ sanguinis sui fidelium
refecit aīas: sicut ipse ait ī euāgelio. Ego suz
panis viuus ⁊c. hec ille. Sunt aūt septē spi⸗
ce: q2 per sacramentuz corporis ⁊ sanguinis
dñi nostri iesu xp̄i conferunt̄ nobis septem
dona spūssancti. Cantat vero ioseph illud.
Esa. lxij. Ecce saluator tuus venit: ecce mer⸗
ces eius cū eo: ⁊ opus eius coram illo. quasi
velit dicere. ꝙ passio xp̄i fuit satisfactoria ꝑ
peccatis totius mundi. ſm ꝙ declarat sctūs
Tho. iij. parte. q. xlviij. arti. ij. in r̄nsione prin
cipali dicens sic. Ille ꝓprie satisfacit ꝓ offen
sa: qui exhibet offenso id qđ eque vel magis
diligit q̄ȝ oderit offensam: xp̄us autē ex cha
ritate ⁊ obedientia patiendo magis aliquid
deo exhibuit: q̄ȝ exigeret recompensatio to⸗
tius offense humani generis. Primo quidē
ꝓpter magnitudinem charitatis ex qua pa⸗
tiebat̄. Secūdo ꝓpter dignitatē vite sue q̄
ꝓ satisfactiōe ponebat: q̄ erat vita dei ⁊ hoīs

Tertio ꝓpter generalitatē passionis ⁊ ma⸗
gnitudinez doloris assumpti: ⁊ ideo passio
xp̄i non solū sufficiēs: sed etiā sup̲abundās
satisfactio fuit ꝑ peccatis humani generis. Iux̄
illud. i. Joh̄. ij. Ipse est ꝓpiciatio ꝑ peccatis
nostris: non ꝑ nostris aūt tantū: sed etiam
ꝑ totius mundi. hec ille. Cum isto iosephva
dit iudas frater eius. de quo Aug. lib. xvi. de
ciuitate dei. ca. xli. dicit sic. Cuz in egypto mo
riturus israel filios suos benediceret: queād
moduz iudā ꝓphetice benedixerit audiamꝰ
Juda inquit te laudabūt fratres tui: manꝰ
tue sup̲ dorsum inimicoꝝ tuoꝝ: adorabunt
te filij patris tui. Catulꝰ leonis iuda: ex ger⸗
minatione fili mi ascendisti: recūbens dor⸗
misti vt leo ⁊ vt catulꝰ leonis. Quis suscita⸗
bit eū? Non deficiet princeps ex iuda: ⁊ dux
de femoribꝰ eiꝰ donec veniāt q̄ reposita sunt
ei: ⁊ ipse erit expectatio gentiū. Alligans ad
vitē pullum suū: ⁊ cilicio pullū asine sue: la⸗
uabit in vino stolā suā: ⁊ in sanguine vue a⸗
mictum suū. Fului oculi eius a vino: ⁊ den⸗
tes eius candidiores lacte. Exposui hec ad⸗
uersus manicheum faustum disputans ⁊ sa
tis notum esse arbitror: q̄ȝtum veritas huiꝰ
ꝓphetie elucet. Ubi ⁊ mors xp̄i predicta est
verbo dormitionis: ⁊ non necessitas sed po
testas in morte noīe leonis. quā potestatez
in euangelio predicat dicens. Potestatem
habeo ponendi aīam: ⁊ potestatē habeo ite
rum sumendi eam. Nemo eā tollet a me: sed
ego eā pono a me: ⁊ iterum sumo eam. Sic
leo fremuit: sic qđ dixit impleuit. Ad eā nā⸗
q̄ȝ ꝑtinet ꝑtātem qđ de resurrectione eiꝰ ad
iunctū est. Quis suscitabit eum? Hoc est: q2
nullus hoīm nisi seipse: qui ꝛ etiā de suo corpo
re dixit. Soluite tēplum hoc: ⁊ in triduuz re⸗
suscitabo illud. Ipsum aūt genus mortis. h
est sublimitas crucis vno verbo intelligitur
qđ ait. ascendisti. Qr vero addidit: recūbens
dormisti. euāgelista exponit vbi ait. Et incli
nato capite tradidit spm̄. Aut certe sepultu
ra eiꝰ agnoscit̄ in qua recubuit dormiēs. Et
inde illū nullus hoīm sicut ꝓphe aliquos vl̄
sicut ipse alienos suscitauit: ſ ipse sicut a sō⸗
no surrexit. Stola q̄ppe eiꝰ quā lauit in vino
id ē mūdat a peccatis in sanguine suo: cuiꝰ san
guinis sacrm̄ baptisati sciūt. Unī etiā qđ ad
iungit. Et in sanguine vue amictū suū. q̄d ē
nisi eccl'ia? Et fului oculi eius a vino. Spūa⸗
les em̄ inebriati poculo eiꝰ. de quo canit. ps
Et calix tuus inebriās q̄ȝ p̄clarus est. Et dē
tes eius cādidiores lacte. Qđ potant apud

apl'm paruuli: v̄ba scz nutriētia nondū ydo
nei solido cibo. Ipse ergo ē in quo reposita
erant pmissa iude. q̄ donec venirent: nunq̄z
principes: hoc est reges israel ab illa stirpe
defuerūt. Et ipse est expectatio gentiuz. Q̄d
clarius est videndo q̄ sit exponēdo. hec ille.
Portat aūt ī manu sua calicē plenū sangui
ne. de quo dicit. Apocal. i. Lauit nos a pctis
nostris in sanguine suo. Nam xp̄s effundē-
do sanguinē suū diuersimode pctā nostra la
uit. In circūcisione lauit nos a pctō luxurie:
que viget in mēbro genitali. In sudore post
cenā in orto: lauit nos a pctō gule. In flagel
latione lauit nos a pctō inuidie: quā effusio
nē inuidi fecerūt. Effusione sanguinis a pe-
dib⁹: lauit nos a pctō accidie. Effusione san
guinis a latere: lauit nos a pctō ire. Effusio-
ne sanguinis a manibus: lauit nos a pctō a-
uaricie. Effusione sanguinis a capite p' spi-
narū aculeos: lauit nos a peccato superbie.
Ideo dicit Aug. sup ps. lxi. sic. Eya fratres
opus erat sanguine iusti ad delēdū cyrogra
phum pctō2 nostro2. Opus erat exemplo
patientie: exemplo humilitatis. Opus erat
signo crucis ad dyabolū ⁊ angelos eius de
bellandos. Opus nobis erat passione dn̄i.
Nam passione dn̄i redēptus est orbis. h̄ ille.
Cātat aūt iudas illud psal. Hoīes. i. iudeos
⁊ iumenta. i. gentiles: saluabis dn̄e. Quēad
modū multiplicasti miam tuā deus: filij aūt
hoīm in tegmine alarū tuarū sperabūt. Ine
briabunt ab vbertate domus tue: ⁊ torrēte
voluptatis tue potabis eos. Qm̄ apud te ē
fons vite: ⁊ in lumine tuo videbunt lumen.
Super quo dicit Aug. sermone p̄mo de pa
rasceue sic. Ante nomen crucis erat cdena-
tionis: nūc facta est res honoris. Prius in
dānatione maledicti stabat: nūc in occasiōe
salutis erecta est. Hec em̄ crux innumerabi
liū bono2 extitit cā. hec nos de erroribus li-
berauit. hec nos sedētes in tenebris illumīa
uit. hec nos a dyabolo expugnatore recōcili
auit deo: ⁊ ex alienatis restituit in domesti-
cos. De longinq̄s p̄ximos fecit. de pegrinis
reddidit ciues. Hec est inimicitiarū interem
ptio: pacis firmamētū: ⁊ oīm nobis bono2
thesaurus. Propter hāc iā nō erram⁹ in soli
tudinib⁹. viā em̄ v̄itatis agnouim⁹. nec iaz ex
regnū positi sum⁹. ianuā em̄ regiā intrauim⁹
Iaz ignitas dyaboli sagittas nō timem⁹: fō
tē em̄ vite q̄ extinguerent inuenim⁹. h̄ ille. ⁊
sic pz p̄m⁹ ordo. ¶ Sequit ordo mulierū
in q̄ primo vadūt simul sarra ⁊ agar. Sarra

de Cruce

fuit vxor abrahe q̄ p̄mo vocata est saray. i.
p̄nceps mea cū esset tm̄ vni⁹ domus mater
familias. Postea cā nōis imutata dicta est
sarra. i. p̄nceps. oīm q̄ppe gentiū futura erat
princeps: sicut ⁊ dn̄s pollicitus fuerat ad a-
brahā. Gen̄. xvij. dicēs. Dixit quoq̄z deus ad
abrahā. Saray vxorē tuam non vocabis sa
ray sed sarrā. Et benedicaz ei: ⁊ ex illa dabo
tibi filiū cui benedicturus sum. Eritq̄z in na
tiones: ⁊ reges pplo2 orient ex eo ⁊c. Por-
tat aūt sarra in manu sua iuuencā. caprā: ari
etem: turturē: ⁊ columbaz. Iuuēca significat
plebē positam sub iugo legis. Capra eandē
sigt: s3 peccatricē. aries eādē plebē significat
sed regnaturā. vtraq̄z auis simplex ⁊ inoxia
in illo isrlitico pplo futuros significat indiui
duos filios pmissiōis: ⁊ heredes regni in et
na felicitate mā̄suros p passionē iesu xp̄i. vt
declarat Aug. lib. xvi. de ci. dei. ca. xxiiij. Cātat
aūt sarra illud. Coll. ij. Donās vobis oīa de
licta: delens q̄d aduersus nos erat cyrogra
phū decreti q̄d erat 2triū nobis: affigēs illud
cruci. Cū ista vadit simul ⁊ agar ancilla ei⁹ q̄
vsus ē abrahā ad generādū ple: nō ad exple
dam libidinem: vbi demonstrauit abrahā se
nō amatorē seruū: sed liberū fuisse genitorē.
Et in agar sane pudicitiā custodisse: nec vo
luntatē suā: sed voluntatē illius impleuisse:
accepisse nec petisse: accessisse nec hesisse: se-
minasse nec amasse. ait em̄. Ecce ancilla tua
in manibus tuis est: vtere ea quomodo tibi
placuerit. vt dicit Augusti. vbi sup. ca. xxv.
Portat autē in manu sua panem ⁊ vtrē aq̄.
vt dicit. Gen̄. xxi. Sup quo dicit glo. sic. Cū
Abraham eijceret agar: tollens panē in hu-
meris imposuit ⁊ vas aq̄ ⁊ pueruz. Exiens
agar infantē humeris imposuit: q2 pctō2 po
pulus ⁊ insipiens ceruicē matris synagoge
grauauit dicēs. Sanguis eius sup nos ⁊ su
per filios nr̄os. Panes aūt significāt q̄ vet⁹
sacerdotiū panes ppositionis portaret secū
⁊ vesceret. Uter v̄o aque q̄ defecit: iudaica
purificatio defectura: vel doctrina carnalis ī
pelle mortua clausa. i. ī carne veteris hoīs p̄
uaricatiōis snīa dānata: q̄ nec refrigerat nec
satiat: sed est tepida ⁊ vomitū facit. Errat a
gar in solitudine cū filio suo: ⁊ synagoga per
orbez cū populo suo expulsa a terra sua sine
sacrificio ⁊ sacerdotio: ⁊ viam que est xp̄us
ignorat. Filius siti perit. scz populus nullam
habēs spiritalē purificationē. Filiū siti mori
entez sub arbore p̄ijcit: ⁊ monstrāte angelo
fontē aspicit. q2 q̄dā de pplo sub vmbra ligni

crucis refugiũ petituri sunt. Puer exclamat
plorans: ⁊ deus exaudit. Et monstrante an⸗
gelo illa fontẽ aspicit. p illis dr qui ad xp̃m
conuertunt ⁊ flentes peccata exaudiunt: et
apꝫ oclis cordis vidẽt fontẽ aq̃. i. xp̃ꝫ q̇ ait.
Qui sitit veniat ad me ⁊ bibat. Angelus he
lyam significat: p quez populus crediturus
est. vnde. Ecce ego mittã vobis helyam qui
conuertat corda patrum in filios ⁊c. hec ibi
Cãtat aũt agar illud Canticoꝝ. ij. Sub vm⸗
bra illius quem desiderauerã sedi: et fructus
eius dulcis gutturi meo. De q̇bus fructibꝰ
dicit. Bern̄. sup cantica ſmone. lxv. sic. Chri⸗
stus in passione patiam exhibet: humilitatẽ
commẽdat: obediam implet: charitatem de⸗
monstrat: his ꝟtutuꝫ gẽmis quattuor ornã
tur cornua crucis. Sursum est supeminens
charitas: a dextris obediẽtia: a sinistris pati
entia: in pfundo radix ꝟtutum humilitas: h̃
ille. Secũdo vadũt simul rebecca ⁊ thamar
De rebecca dicit Aug. lib. xvi. de ciuitate dei.
c. xxxiij. Post mortẽ thare Rebeccã neptem
nachor cuꝫ annoꝝ quadraginta esset ysaac
duxit vxorem. s. centesimo ⁊ quadragesimo
anno vite patris sui: triennio post mortem
matris sue. Ut aũt eam duceret quãdo ab
eius patre in mesopotamiã ſuus missus est
quid aliud demonstratũ est cum eidem ſuo
dixit abraham. Uade ⁊ pone manũ tuã sub
femore meo ⁊ adiurabo te p dñm deuꝫ celi
et dñm terre: vt non sumas vxorẽ filio meo
ysaac de filiabus chananeoꝝ: nisi dñm deuꝫ
celi ⁊ dñm terre in carne que ex illo femore
trahebat̃ fuisse venturũ: Et. xxxvi. c. dicit sic
Iste patriarcha nec vxorẽ habuit aliam nec
aliquã concubinã: sed posteritate duorũ ge⸗
minoꝝ ex vno cõcubitu pcreatoꝝ contentus
fuit. Timuit sane ip̃e etiã periculũ de pulchri
tudine cõiugis cum habitaret inter alienos:
fecitqꝫ qd̓ pater vt eã sororẽ diceret: taceret
vxorem. Erat em̃ ei ppinqua ex p̃mo ⁊ mat̃
no sanguine: hec ibi. Portat autez in manu
sua hydriã. sicut dr Gen̄. xxiiij. Celeriterqꝫ
deposuit hydriam sup vlnã suam. De q̃ dicit
aug. sup Ioh. sermone. xv. sic. Nam recepto
xp̃o dño quid faceret nisi iam hydriam di⸗
mitteret ⁊ euãgelizare curaret. Proiecit cu
piditatem ⁊ pparauit annũciare ꝟitatem. Di⸗
scant qui volunt euãgelizare: pijciãt hydriã
ad puteum: hec ille. Cantat aũt illud Gal.
vi. Mihi aũt absit gloriari nisi ĩ cruce domi⸗
ni nostri iesu xp̃i. p quem mihi mũdus cruci
fixus est ⁊ ego mũdo. Cum ista vadit Tha
mar nurus iude. de qua dr Gen̄. xxxviij. q̄
depositis viduitatis vestibus assumpsit teri⸗
strum ⁊ mutato habitu sedit in biuio itine⸗
ris quod ducit thannã: eo q̄ creuisset sela ⁊
non cum accepisset maritũ. Quam cum vi⸗
disset iudas suspicatus est meretricem esse.
Operuerat em̃ vultũ suum ne agnosceretur.
Ingrediẽsqꝫ ad eaꝫ ait. Dimitte me vt coeã
tecuꝫ. Nesciebat em̃ q̄ nurus sua esset. Qua
rñ dente. quid mihi dabis vt fruaris concu⸗
bitu meo: dixit. Mittam tibi hedũ de gregi⸗
bus. Rursum illa dicẽte. Patiar quod vis
si dederis mihi arraboneꝫ donec mittas qd̓
polliceris: ait iudas. Quid vis tibi pro arra
bone dari: Respondit. Annulũ tuũ ⁊ armil
lam ⁊ baculũ quem manu tenes: h ibi. Sup
quo Isidorus. vt habet̃ in glosa ordinaria:
dicit sic. Thamar plebs iudaica cui de tribu
iuda reges tanq̄ mariti dabant̃: que amari
tudo interpretat̃: qr dño fellis poculuꝫ dedit.
Thamar habitum mutat: nam ⁊ cõmutans
interp̃tat̃. Mutat habitũ ⁊ nomen: ⁊ fit de
synagoga eccl̃ia: sed nomen amaritudinis
manet nõ in qua dño fel ministrauit: sed in
qua petrus amare fleuit. Nam iudas ꝯfessio
dr. Confessioni ꝗ amaritudo misceat̃: vt ꝟa
pn̄ia designet̃: ac pn̄ia fecundet̃ in omnibꝰ
gẽtibus eccl̃ia ꝯstituta. Oportebat em̃ pati
xp̃m ⁊ resurgere: ⁊ p̄dicare in noĩe eius peni
tentiã ⁊ remissionẽ pctõꝝ p oẽs gẽtes. Ha
bitus meretricis cõfessio peccatoꝝ est. Tha
mar quippe eccl̃iam de gẽtibus vocatã signi
ficat: sedens cũ hoc hitu ad portã

 euã q̇ inter
pretat̃ fons. qr currebat velut ceruus ad fon
tes aquarũ: puenire ad semen abrahe. Illo
nõ cognoscẽte fecundat̃. Scdꝫ illud. Popu
lus quẽ nõ cognoui ſuiuit mihi. Accepit in
occulto annulũ monile ⁊ ꝟgam: qr vocatiõe
signat̃: iustificatõe decoratur: glorificatõe ex
altatur. Quos enim predestinauit. vocauit
glorificauit: sed in occulto. vbi conceptio scẽ
vbertatis fit. Postea ꝟo publicis signis an
nuli: monilis ⁊ virge vicit temere iudicãtes
iudeos: quos iam iudas significabat: qui ho
die quoqꝫ dicunt. Non hunc esse populum
christi nec semen Abrahe: sed prolatis do⸗
cumentis nostre vocationis: iustificatiõis:
glorificatõnis confundunt̃. ⁊ nos magis q̄
se iustificatos esse confitent̃. Pignora eniꝫ
se habere refert eccl̃ia: que accusat̃ a iudeis
quasi adultera legis: sed ostendit virgaꝫ: sci⸗
licet signum passionis: ⁊ monile: legitims
legis: et annulum: pignus immortalitatis.

hec ille. Portat aūt in manu sua hedū sicut
dr. Geñ. xxxviij. Misit aūt iudas hedū: scz
vt plebs iudaica veteri vite renūciaret. Per
pastorem suū odollamiten: scz Johānez ba
ptistam dicentē. Genimina viperarum ⁊c̄.
Math. iij. Ut recipet pign⁹ qd̕ dederat mu-
lieri: scz vt sacramenta cōmissa non perderet
Cantat aūt illud psal. Aduersum me letati
sunt ⁊ cōuenerūt. Congregata sunt sup me
flagella ⁊ ignoraui: dissipati sunt nec cōpun
cti. Tentauerūt me: subsannauerūt me: sub
sannauerūt subsānatione. Frenduerūt super
me dentib⁹ suis: dñe qñ respicies. Restitue
aīam meā a malignitate eoꝝ: a leonib⁹ vni-
cam meā. Confitebor tibi in ecclia magna: i
pplo graui laudabo te ⁊c̄. ⁊ sic ptz ordo mu-
lierū. ❡ Sequit̄ ordo contēplatiuoꝝ scz
pphetarū, in quo primo vadūt simul moy
ses ⁊ Aaron. De moyse dicit Aug. lib. iij. de
vbis dñi. ser. xij. sic. Personam xpi gerebat
moyses: ⁊ ideo veluz ante se ponebat qñ lo
quebat̄ populo. qr q̄diu illi in lege carnali-
bus gaudijs ⁊ voluptatibus dediti erant: ⁊
regnū terrenū q̄rebant: velamen positū erat
cōtra faciē eoꝝ ne viderent xp̄um in scriptu
ris. Ablato em̄ velamine postq̄ passus est
dñs: visa sunt secreta tēpli. ideo cuz in cruce
penderet scissum est velum tēpli a sūmo vsq̄
deorsum. Et apte dicit aplus. Cum aūt trās
ieritis ad xp̄m aufertis velamen: q aūt non
transierit q̄uis legat moysen: velamē est po
sitū sup cor eius. hec ille. Portat autē moy-
ses in manu sua vgā. de q dic̄ Aug. s̄mo. ij.
de pasceue sic. De egypto dei pplm credētez
moyses eduxit: ⁊ mare vga diuisit: pharao-
nem pstrauit: ⁊ pplm dei triūphali palma
redemit. Aduersus pharaonem regē exerci
tūq̄ eius ⁊ drachones eius solaz vgā leua-
uit. O potēs vga: q terraz ymbribus inun-
dauit: celū tenebris obduxit: siccauit ⁊ mare
fluctibus. Einxerant hebreos egyptij moy-
ses tm̄ orabat ⁊ dñs r̄ndebat ei. Diuisuz est
mare ⁊ pplus intrauit: ⁊ secutus pharao im
pius ptinax cū curribus ⁊ quadrigis defecit
⁊ moyses virgā tenens q lignum figurabat
crucis: de medijs fluctibus liberat̄: ⁊ incolu-
mis cū populo dño decātauit. Ergo vt lignū
qd̕ figurā ostendebat crucis laudibus prefe
ramus: ordinē cōsequamur. Dum venissent
in marath: non poterāt bibere aquā: amara
em̄ erat. Idem moyses iussu dei lignuz in a-
quā misit: ⁊ eaz in dulcedinē cōmutauit. Ex
lignea virga de tali petra salutaris vnda p-
fluxit. Et vt amelech gens barbara vinceret̄
cōtra vgam moyses expansis manib⁹ extē
dit̄. Cātauit autē moyses illud. Joh. iij. Sic
moyses exaltauit serpentē in deserto: ita ex-
altari oportet filium hoīs: vt oīs q credit in
ipsum non pereat: sed habeat vitā eternam.
Sup quo dicit Aug. lib. de pctoꝝ meritis ⁊
remissione sic. Quid est exaltatus serpens:
nisi mors xp̄i: eo significādi mō quo p effici
entē id qd̕ efficit̄ significat̄. A serpente q̄p-
pe mors venit: q peccatuz quo moreremur
hoī persuasit. Dñs autē in carnē suā non pec
catum transtulit tanq̄ venenū serpētis: sed
transtulit mortē: vt esset in similitudine car-
nis pcti pena sine culpa. Unde in carne pec
cati ⁊ culpa saluaret̄ ⁊ pena. Sicut ergo tūc
q̄cunq̄ aspiciebat exaltatum serpentez ⁊ a
veneno sanabat̄: ⁊ a morte liberabatur: sic
nunc q cōformat̄ similitudini mortis xp̄i p
fidem baptismi eius: ⁊ a pctō p iusti ficatio
nē: ⁊ a morte per resurrectionē liberat̄. h ille
Cuz isto vadit aaron sūmus sacerdos q suo
sacerdotio figurabat sacerdotiū xp̄i. eo q si-
cut ille fuit medius inter deū ⁊ populum: sic
xp̄us fuit mediator inter deū patrē ⁊ huma
num genus. De sacerdotio aaron dicit Au-
gusti. lib q̄stionum veteris ⁊ noui testamen
ti. vt habet̄. i. q. i. ca. dictū est a dño in nume
ris ad Aaron. Uos ponite nomen meū su-
p filios israel: ego dñs benedicā eos: vt grāz
traditio per ministeriū ordinati transfundat
hoībus. Nec volūtas sacerdotis obesse aut
pdesse possit: sed meritū benedictionē poscē
tis. De merito vero xp̄i dicit sctūs Tho. ter-
tia parte. q. xxij. art. i. in r̄nsione sic. Propriū
officiū sacerdotis est esse mediatorē inter de
um ⁊ populū: scz inquātum diuina populo
tradit. Unđ sacerdos dicit̄ quasi sacra dās
s̄m illud Malach. ij. Legem requirēt ex ore
eius: scz sacerdotis. Et item inq̄tum preces
populo deo offert: ⁊ p eoꝝ peccatis deo ali-
qualiter satisfacit. Unde aplus dicit. Heb.
v. Omnis pontifex ex hoībus assumptus p
hoībus constituit̄ in his q sunt ad deum: vt
offerat dona ⁊ sacrificia p pctīs. Hoc autez
maxime cōuenit xp̄o. Nam per ipsum dona
hoībus sunt collata. s̄z illud. ij. Petri. i. Per
quē: scz xp̄m: maxima ⁊ preciosa nobis pro-
missa donauit: vt per hec efficiamini diuine
consortes nature. Ipse autem humanū ge-
nus deo reconciliauit: s̄m illud. Coll. i. In ip
so: scz xp̄o: cōplacuit oēm plenitudinē inha-
bitare: ⁊ per eum recōciliari oīa. Unde xp̄o

maxime cõuenit esse sacerdotẽ.hec ille. Por
tat aũt aaron in manu sua ṽgã q̃ floruit frõ
duit: ⁊ fructum fecit. De qua Aug. in sermo
ne de virga aaron dicit sic. Unus solus est
verus pontifex cuius illa virga p̃ferebat fi-
guram. Sicut enĩ ṽga aaron germinauit in
populo iudeorꝝ: ita crux xp̃i in populo gen-
tium. In virga vnuz ꝓmisit dñs ⁊ plura de
dit. Consuetudinis enĩ sue est plura ⁊ maio
ra tribuere q̃ꝫ ꝓmiserit. Promisit ergo dñs
vt virga germinaret ⁊ non solum germina-
uit: sed frondes ⁊ flores ⁊ fructus attulit: in
q̃bus videmus resurrectionis sacramentuz.
virga est arida: germinauit. corpus est extin
ctum: reuiuiscet. in quo quattuor supradicta
presentant̃: scꝫ vt seminatuz in corruptione
surgat ĩ incorruptiõe: seminatũ ĩ ignominia
surgat in gloria: seminatũ in infirmitate: sur
gat in virtute: seminatũ corpus aĩale: surgat
corpus sp̃uale. hec ille. Cantat Aaron illud
p̃s. Uirga directionis ṽga regni tui. Dilexi
sti iusticiã ⁊ odisti iniquitatẽ. Bern. in s̃mo
ne de passione dicit sic. Uere q̃r rex israel est
titulum regni non deserat: ṽgã imperij nõ de
ponat: cuius imperiũ nimirũ sup humerum
eius est ⁊c. ¶ Secundo vadunt simul
esaias ⁊ hieremias. De esaia dicit Aug. lib.
xviij. de ciuitate dei. ca. xxviij. sic. Esaias int̃
illa q̃ arguit iniqua: ⁊ iusta precepit: ⁊ pctõri
populo futura mala predixit. Etiam de xp̃o
⁊ eccl̃ia. hoc est de rege ⁊ de ea quã cõdidit
ciuitate multo plura q̃ꝫ ceteri ꝓphetauit: ita
vt a q̃busdã euangelista q̃ꝫ ꝓpheta potius di
ceret̃. Portat autẽ in manu sua vineã. de q̃
dicit̃ Esa. v. Uinea facta est dilecto meo: in
cornu filio olei. Et sepijt eam: ⁊ lapides ele-
git ex ea: ⁊ plantauit vineã electam. Uinea
enĩ dñi exercituũ domus israel est. Super q̃
dicit Aug. sic. Uinea est om̃is aĩa xp̃iana
plantata manibus apl̃orꝝ: rigata vocibus ꝓ
phetarum. Cuiꝰ radix xp̃s est: que dilecta di
cit̃: q̃r amando tenet xp̃m: vt fructũ per eum
afferat bonũ. Cantat aũt Esaias illud eius-
dem. iiij. ca. In die illa erit germẽ dñi in ma
gnificentia: ⁊ gloria fructus terre sublimis
⁊ exultatio his qui saluati fuerint de israel
⁊c. Cum isto vadit Heremias propheta. de
quo Augustinus libro. xviij. de ciuitate
dei. ca. xxxiiij. dicit sic. Prophetans ergo de
xp̃o Hieremias. Spiritꝰ inquit oris nostri
dominꝰ christus captus est in peccatis no-
stris. Sic breuiter ostendens ⁊ dñm nostrũ
iesum xp̃m ⁊ passum esse pro nobis. De vo

catione etiam gentium que fuerat futura: ⁊
eam nunc impletam cernimus sic locutꝰ est
Dñs deus meus ⁊ refugiũ meum in die ma
lorꝝ: ad te gentes venient de extremo terre: ⁊
dicent. Uere mendacia coluerũt patres no
stri simulachra ⁊ non est vtilitas in eis. quia
vero non erant eum agnituri rei iudei a qui
bus eum etiam occidi oportebat: sic idem ꝓ
pheta significat. Graue cor per oĩa: ⁊ homo
est: ⁊ quis agnoscet eum. hec ille. Portat au
tem Heremias in manu sua lignuz in cuius
summitate est panis ꝓut ipse dixit. xi. capi.
Uenite: mittamus lignuz in panem eius: ⁊
eradamus eum de terra viuentiũ. Quasi di
cerent: ꝑperemus ei passionẽ ponentes xp̃z
qui est panis viuus in ligno: scꝫ crucis cruci
figentes euz. Cantat autẽ Hieremias illud
Apocal. ij. Dabo ei mãducare de ligno vite
q̃d est in paradiso dei mei. Super quo dicit
August. in apocalipsi. homel. ij sic. Dabo ei
manducare de ligno vite. i. de fructu crucis
q̃d est in paradiso. diuinũ enĩ paradisum di
cit ecclesiam. Om̃ia enĩ in figuram illius fa
cta sunt. hec ille. ¶ Tertio vadunt simul
dauid ⁊ salomon. De dauid dicit Augusti.
super psal. xcvi. sic. Dauid est christus: quia
interpretatur dauid manufortis: ⁊ quis taz
manufortis q̃ꝫ christus: qui cruce mundum
vicit. Portat aũt dauid in manu sua psal-
terium. De quo dicit Augustinus in sermo-
ne de vtilitate ⁊ cantu personarum in prin-
cipio sic. Dauid adhuc puer ĩ cythara suaui-
ter canens malignum spiritũ qui operaba-
tur in saule compescuit: non quia in cythara
illius tanta virtus erat: sed quia signuz cru-
cis xp̃i qui in ligno extensione neruorũ my
stice figurabatur: iam tunc spiritum demo-
nis opprimebat. hec ille. Cantat autem da-
uid illud psal. lxxxviij. Quis est homo qui vi
uet ⁊ non videbit mortem: eruet animã suã
de manu inferi. Super quo dicit Augusti
nus libro. xij. de ciuitate dei. capitulo. xi. sic.
Quis est iste nisi de substantia illa israel ex
semine dauid iesus xp̃s. De quo apl̃us di-
cit. Qui surgens a mortuis iam non moritur
⁊ mors ei vltra non dñabitur. Sic enĩ viuet
⁊ non videbit mortẽ: ⁊ tamen mortuus fue
rit: sed animaz suam eruit de manu inferni:
quo ꝓpter quorũdã soluenda peccata vel in
infernalia vincula descenderit. Eruit autem
potestate illa qua in euãgelio dixit. Potesta
tẽ habeo ponendi aĩam meaz: ⁊ p̃tãtem ha-
beo iterũ sumendi eaz. hec ille. Cũ isto vadit

salomon. de quo dicit Aug. super psal. vij.
sic. Salomon quippe interpretaꝛ pacificus.
Aperte hoc vocabulũ illi verissime atq; opti
me congruit: per quẽ mediatorẽ ex inimicis
concepta remissione peccatorum: reconcilia
mur deo. hec ille. Portat autẽ in manu sua
coronam dicens illud Cant. iij. Egredimini
filie syon: ⁊ videte regem salomonem in dya
demate quo coronauit eum mater sua. Su-
per quo dicit Augus. in sermone de corona
dñi sic. Synagoga quidẽ mater xpi ẜm car-
nem nouercam se exhibens affectu crudeli-
tatis ⁊ effectu: nostrum salomonẽ corona
spinea coronauit. Scripsit nãq; Johes euã
gelista. Exiuit iesus portans coronã spineã
⁊c. Cantat autẽ salomon illud. Sapie. xiiij.
Benedictũ est enĩ lignũ per quod fiet iusti-
cia. Super quo dicit Aug. lib. xiij. de trinita
te. ca. xiiij. sic. Que est iusticia qua victus est
dyabolus nisi iusticia iesu xpi? Et quomo-
do vict⁹ est? quia cũ in eo nihil morte dignũ
inueniret: occidit eũ tamẽ. Et iustũ est vtiq;
vt debitores quos tenebat liberi dimittanꝛ
in eum credentes quẽ sine vllo debito occi-
dit. hoc est ꝙ iustificari dicimur xpi sangui-
ne. Sic quippe in remissione peccatoꝝ no-
stroꝝ innocens ille sanguis effusus est. Vñ
se dicit in psalmo in mortuis liberũ. Solus
enĩ a debito mortis est liber mortu⁹. hec ille
Ecce qualiter patres veteris testamẽti asso
ciant xpm honorifice in hierlm ad passionẽ
M ¶ Post istos vadit summus sacerdos
xpus. de quo dicit Augusti. super psal. cxlix.
sic. Christus a chrismate dictus est. i. ab vn-
ctione. Reges enĩ vngebanꝛ ⁊ sacerdotes:
ille vero vnctus est rex ⁊ sacerdos. Rex pu
gnauit ꝓ nobis: sacerdos obtulit se ꝓ nobis
quando ꝓ nobis pugnauit. Quãdo victus:
ꝟtute vicit. Crucifixus est enĩ: ⁊ de cruce sua
in qua erat fixus dyabolum occidit: inde rex
noster. Sacerdos autem qꝛ se ꝓ nobis ob-
tulit. Date sacerdoti qᵭ offerat. Quid inue-
niret homo qᵭ daret mũdã victimã? Quid
mundum põt offerre peccator? O inique: o
impie: quicquid obtuleris ĩmundum est: ⁊
tamen aliqd mundum deo offerendum est?
Quid est apud te qᵭ illi offeras? Non dele-
ctaꝛ arietibus: nec hyrcis: nec thauris. Oĩa
sunt ipsius etiã si non offeras. Offer ḡ illi
mũdũ sacrificiũ: sed pctõr es ⁊ impius: ⁊ in
q̃natam habes ꝯscientiã. Poteris ḡ aliqd
mũdũ offerre purgat⁹: sed vt purgeris aliqd
ꝓ te mundũ offerendũ est. Quid ḡ ꝓ te ob-
laturus es vt mũderis? Si mũdatus fueris
poteris offerre qᵭ mundũ est. Offerat ergo
seipsum mũdus sacerdos vt mũderis. h̃ est
qᵭ fecit xp̃s. Nihil inuenit mundũ in hoĩb⁹:
qᵭ offerret ꝓ hoĩbus: seipsum obtulit. Mũ
da victima: felix victima: ꝟa victima: hostia
ĩmaculata. Non ḡ hoc obtulit qᵭ illi dedim⁹
ĩmo hoc obtulit qᵭ a nobis accepit: ⁊ mũdũ
obtulit. Carnẽ enĩ a nobis accepit: hanc ob-
tulit. Sed vñ illã accepit? De vtero virginis
marie vt mundã offerret ꝓ ĩmundis. Ipse ḡ
rex: ipse sacerdos: in illo letemur. h̃ ille. Non
aũt solus vadit: sed oẽs ordines angeloꝝ ip
sum circunstãt in modũ crucis: vt pateat ꝙ
ipsi ordines ꝑ crucẽ sunt reparati. Ante va-
dũt seraphin ⁊ cherubin. Post vadũt archã
geli ⁊ angeli. In latere dextro vadũt ꝟtutes
⁊ ptãtes. In latere sinistro vadũt ṗncipat⁹
⁊ dñationes. In medio aũt sedet xp̃s super
thronos. Ecce crux facta ex nouẽ ordinibus
angeloꝝ: ad designandũ ꝙ xp̃s in cruce pen
dens: est in quolibet dictoꝝ ordinũ. Primo
in ordine seraphin: q̇ interptaꝛ incendiũ. ⁊
de xp̃o dꝛ. Deut. iiij. Deus tu⁹ ignis ꝯsumẽs
est. Scd̃o in ordine cherubin. qui interptat
plenitudo sciẽtie. Et de xp̃o dꝛ. Coll. ij. In q̊
sunt thesauri sapientie ⁊ sciẽtie dei abscõditi
Tertio in ordine archangeloꝝ. Quarto ĩ or
dine angeloꝝ simul. Quia de xp̃o dꝛ Esa. ix.
Et vocabiꝛ nomen eius magni cõsilij ange
lus. Quinto in ordine ꝟtutũ. ps. Dextera
dñi fecit ꝟtutem: dextera dñi exaltauit me.
Sexto in ordine ptãtum. Math. vlti. Data
est mihi oĩs ptãs in celo ⁊ ĩ terra. Septimo
in ordine ṗncipatuũ. Esa. ix. Fact⁹ est princi
patus suꝑ humerũ eius. Octauo in ordine
dñationũ. ps. Et dñabiꝛ a mari vsq; ad ma
re. Nono in ordine thronoꝝ. ps. Thron⁹ tu⁹
de⁹ in sclm̃ scli. T ¶ Portat aũt xp̃s in manu
sua oliuã: in q̃ vt potes expiri sunt cruces in
finite. vt sic xp̃s sua mĩa reformaret qᵭ cor-
ruptũ erat. ⁊ sic hoĩeẽ magnificaret q̊ ad. xi.
cruces. Primo ꝑ crucẽ moralẽ q̃ sensus ⁊ cõ
cupiscẽtia rõni subdiꝛ. s. vt sublimitas sit pru
dẽtia: ꝓfundũ tẽperãtia: latitudo iusticia: lõ
gitudo fortitudo. ꝓut declarat sctũs Tho i.
ij. q. lxi. art. ij. in rñs. dicẽs. ꝙ numer⁹ aliquoꝝ
accipi põt: aut ẜm ṗncipia formalia: aut ẜm
subiecta. Et vtroq; mõ ĩueniũꝛ q̃tuor ꝟtutes
cardinales. ṗncipiũ enĩ formale ꝟtutꝭ moral
est bonũ rõnis: qᵭ q̇dẽ q̃druplicíꝛ ꝯsideraꝛ
Pr̃o ẜm ꝙ in ipsa rõnis ꝯsideratiõe ꝯsistit
⁊ sic ẽ prudẽtia. Scd̃o ꝓut ordo rõnis poniꝛ

circa operatiões ⁊ sic est iusticia. Tertio ſm ꝙ passio impellit ad aliqͩ cõtrariũ rõni: ⁊ sic necesse est ꝙ passio reprimat̃ per rõnẽ: ⁊ sic est tẽperantia. Quarto ſm ꝙ passio retrahit ab eo qͦ rõ dictat: sicuti timor periculoꝝ vel laboꝝ: ⁊ sic necesse est ꝙ homo firmetur in eo qͦ est rõnis ⁊ nõ recedat: ⁊ sic est fortitudo. Simil'r ſm subiecta inuenit̃ idẽ nũerꝰ Quadruplex enĩ est subiectũ ꝟtutꝭ moralis Primo rõnale per essentiã: ⁊ hoc prudentia ꝑficit. Secũdo rõnale per ꝑticipationez: scz voluntas q̃ est subiectũ iusticie. Tertio vis ɔcupiscibilis q̃ est subiectũ tẽperãtie. Quarto vis irascibilis: q̃ est subiectũ fortitudinis. hec ibi. ⁊ sic apparet crux. Secũdo ꝑ crucez intellectualẽ qua ratio ꝑficit̃. scz vt sublimitas sit sapientia: ꝓfunduz sciẽtia: longitudo ītellectus: latitudo cõsiliũ. Quia vt dicit sanctus Tho. i. ij. q. lvij. arti. ij. ꝟtus intellectualis speculatiua est per quã intellectꝰ speculatiuus ꝑficit̃ ad cõsiderandũ veruz: hoc enĩ ẽ bonũ opus eius. Sed verum cõsiderat̃ quadrupliciter. Uno modo vt ꝑ se notuz: qͦ se hꝫ vt principiũ ⁊ percipit̃ statim ab intellectu: ideo habitus ꝑficiẽs intellectũ ad hmõi veri cognitionẽ vocat̃ intellectus q̃ est habitus ꝓncipioꝝ. Secũdo vt per aliud notum tanq̄ vltimũ in aliquo genere respectu totius cognitionis humane: ⁊ qꝛ ea q̃ sunt posterius nota quo ad nos: sunt priora ⁊ magis nota ſm naturã: vt dicit̃ ꝓmo ꝓhicoꝝ. ideo illud qͦ est vltimũ respectu totius cognitionis humane: est id qͦ est ꝓmũ ⁊ magis cognoscibile maxime ſm naturã: ⁊ circa hmõi est sapiẽtia q̃ cõsiderat altissimas cãs. vt dꝛ ꝓmo metaphẽ. Unde cõuenienter iudicat ⁊ ordinat de oĩbus: qꝛ iudiciũ perfectuz ⁊ vl'e hẽri nõ põt nisi ꝑ resolutionẽ ad ꝓmas cãs. Tertio ſm id qͦ est vltimũ in hoc vel in illo genere cognoscibiliũ perficit intellectũ sciã. Quarto sicut ad cõprehensionẽ veritatis ꝑficit̃ speculatiua ꝑ intellectũ: sic practica perficit̃ per cõsiliũ ad recte iudicanduz. hec ibi. Et sic ꝑꝫ crucis figura restaurata. ¶ Tertio ꝑ crucem trãsformalẽ per quã homo supra rõnem extollit̃: scz vt sublimitas sit ꝟtus exemplaris: ꝓfundũ virtus politica: latitudo virtus purgati animi: longitudo ꝟtus purgatoria. Has q̄ttuor ꝟtutes posuit Macro. in secũdo de sõno scipiõis: quas declarat sanctus Tho. i. ij. q. lxi. arti. v. in r̃nsione dicens. ꝙ sicut Aug. dicit lib. de moribꝰ eccl'e. Oportet ꝙ aĩa aliqͩ sequat̃ ad hoc ꝙ ei ꝟtus possit innasci: ⁊ hoc est deus: quẽ si seq̄mur bene viuimus. Oportet ergo ꝙ exẽplar humane ꝟtutis in deo preexistat: sicut in eo ꝓexistũt oẽs rerũ rõnes. Sic ergo ꝟtus põt cõsiderari ꝓut est exẽplariter in deo: ⁊ sic dicũtur virtutes exẽplares: ita scz ꝙ ipsa diuina mens in deo dicat̃ prudẽtia. tẽperantia ꝟo cõuersio intentionis diuine ad seipũz: sicut in nobis tẽperantia dicit̃ ꝑ hoc ꝙ concupiscibilis cõformat̃ rõni. fortitudo aũt dei est eius immutabilitas. iusticia vero dei obseruatio legꝭ eterne in suis opibus. sicut Plotinus dixit. Et qꝛ homo ſm suã naturã est aĩal politicũ ꝟtutes hmõi ꝓut sunt in hoĩe ſm conditionẽ sue nature dicunt̃ politice: scz ꝓut homo ſm has virtutes recte se hꝫ in rebus humanis gerẽdis. Sed qꝛ ad hoĩem ꝑtinet vt etiã ad diuina se trahat q̄ntuz põt: vt ꝓhus dicit x. ethicoꝝ. ⁊ hoc nobis in scriptura multipliciter cõmendat̃. vt est illud. Math. v. Estote ꝑfecti sicut pater vester celestis ꝑfectꝰ est necesse est ponere quasdã ꝟtutes medias inter politicas q̃ sunt virtutes humane ⁊ exemplares q̃ sunt ꝟtutes diñe. Que quidẽ ꝟtutes distingunt̃ ſm diuersitatẽ motꝰ ⁊ termini: scz ita ꝙ quedã sunt ꝟtutes transcendentiũ: ⁊ in diuinã similitudinẽ tendentium ⁊ hẽ vocãt̃ ꝟtutes purgatorie: ita scz ꝙ prudentia: oĩa mundana diuinoꝝ ɔtẽplatione despiciat: omẽmq̄ aĩe cogitationez in diuina sola dirigat. Temperãtia vero relinquat in q̄tum natura ꝑatit̃ q̃ corporis vsus req̃rit. Fortitudinis aũt est vt aĩa ne terreat̃ ꝓpter recessum a corpore ⁊ accessum ad superna. Iusticie vero est vt tota aĩa cõsentiat ad hmõi ꝓpositi viã. Quedam vero sunt ꝟtutes iam assequentiũz diuinã similitudinez q̃ vocant̃ ꝟtutes purgati animi: ita scz ꝙ prudentia sola diuina intueat̃: tẽperantia terrenas cupiditates nesciat: fortitudo passiões ignoret: iusticia cũ diuina mẽte ꝑpetuo federe societ̃: scz eam imitando. quas q̃dem virtutes dicimus esse btõꝝ: vel aliquoꝝ in hac vita ꝑfectissimoꝝ. ¶ Quarto per crucẽ doctrinalẽ. qꝛ vt dicit sanctꝰ Tho. parte. iij. q. xlvi. artic. iiij. in r̃nsione. ꝙ. Sexta rõ est ⁊c̃. Per hoc genus mortis diuerse ꝟtutes designantur. vñ Aug. dicit in libro de q̄stionibꝰ veteris ⁊ noui testamẽti. Non frustra tale genꝰ mortis elegit vt latitudinis ⁊ altitudinis et longitudinis ⁊ ꝓfunditatis. De q̃bus apl's loquit̃: magr̃ existeret. Naz latitudo que est in eo ligno: qͦ transuersum desuper figit̃ h

ad bona opa ptinet q: in eo extendunt ma-
nus. Longitudo in eo qḋ ab ipo ligno vsqȝ
ad terrã cõspicuũ est. ibi ei quodãmõ statur
.i. psistit ꝛ pseuerat: quod longanimitati tri
buit. Altitudo est in ea ligni parte q̃ ab illa
que transuersa figit: sursum vsus relinquit.
hoc est ad caput crucifixi: q: bene sperantiũ
supna expectatio est. Jam vo illud ex ligno
quod fixuȝ occultat vnde totũ illud exurgit
significat pfunditatẽ gratuite gratie. ꝛ sicut
idem Aug. dicit sup Joh. Lignũ in q erant
fixa mẽbra patientis: etiã ad cathedraȝ fuit
magistri docẽtis. hec Thomas. ecce figura
crucis reformata. ¶ Quinto p crucẽ vnitiuã
scȝ vt sublimitas sit reparatio ruine angelice
pfundũ sit liberatio sanctoꝝ patrũ a limbo
Latitudo sit vocatio vtriusqȝ ppl'i. Lõgitu-
do sit ↄtinuatio redẽpti ppl'i. ecce ꝛc. Sexto
p crucẽ mortificatiuã. s. vt sublimitas sit mor
tificatio pprie volũtatis cũ aplo. Galat. ij.
Viuo ego iam nõ ego. viuit vo in me xp̃us
pfundum sit mortificatio carnis cuȝ aplo.
Gal. v. Qui aũt sunt xp̃i carnẽ suã crucifixe
runt cũ vitijs ꝛ ↄcupiscẽtijs. Dexterũ sit mor
tificatio in mũdanis. Gal. vlti. Mihi mun
dus crucifixus est ꝛ ego mundo. sinistrũ sit
mortificatio in naturalibus. Phil. i. Mihi
viuere xp̃us est ꝛ mori lucrũ. ecce crux refor-
mans ea p que homo peccauerat vt pȝ. Se-
ptimo p crucẽ recõciliatiuã. s. pñie vt sublimi
tas sit amor dei quẽ offendisti. pfunduȝ sit
dolor p grã quã amisisti. dextrũ sit tior mor-
tis ad quã cucurristi. sinistrũ sit horror pene
ad quã trãscurristi. iõ dicit xp̃us. Si q̃s vult
venire post me abneget semetipm et tollat
crucẽ suã ꝛ sequat me. ecce crux. Octauo per
crucem gratificatiuã. s. grẽ cũ grãrũ actione
vt sublimitas sit habere bñficia in memoria
recordando. pfundũ in intellectu cõtemplã
do. dexterũ in voluntate amãdo. sinistrũ in
sensu cogitãdo crucis ꝛ passionis mysteriũ:
ↄput nobis in sacrificio memorie dominice
passionis ostendit. Unde sanctus thomas
iij pte. q. lxxxiij. arti. v. ad tertium dicenduȝ
dicit sic. Sacerdos in celebratiõe misse vtit
crucis signatione ad exp̃mendã passionem
xp̃i que est ad crucẽ terminata. Est aũt pas
sio xp̃i quibusdã quasi gradibus pacta. Nã
p̃mo fuit xp̃i traditio facta a iuda ꝛ a iudeis
quod significat trine crucis signatio sup illa
vba. hec dona. hec munera. hec sancta sacri
ficia illibata. Secũdo fuit christi venditio.
Est aũt vẽditus sacerdotibus: scribis ꝛ pha
riseis ad quod designandũ fit trina crucis si
gnatio sup illa vba: ascriptã: ratã: rõnalem.
vel ad ostendendũ p̃cium vẽditionis. s. in. xxx.
denarijs. Addit aũt duplex crux sup illa v-
ba: vt nobis corpus ꝛ sanguis ꝛc. ad designã
dum psonã iude venditoris. Tertio fuit p̃si
gnatio passionis xp̃i facta in cena: ad quod
designandũ fiũt due cruces. Una in cõsecra-
tione corpis: altera in ↄsecratõe sanguis. vñ
vtrobiqȝ dr bñdixit. Quarto fuit ipa passio
xp̃i. vnde ad rep̃ntandũ q̃nqȝ plagas fit q̃n
tuplex crucis signatio supra illa vba. hostiã
purã. hostiã sanctã. hostiã immaculatã. pa-
nem sanctũ vite eterne ꝛ calicẽ salutis ppe-
tue. Quinto rep̃ntat extensio corpis ꝛ effu-
sio sanguinis ꝛ fructus passionis p trinam
crucissignationẽ que fit sup illa vba. Corp⁹
et sanguinẽ sumpsimus omni bñdictione ce
lesti ꝛc. Sexto rep̃ntat triplex oratio quam
fecit in cruce. vna p psecutoribus cum dixit.
Pater ignosce illis ꝛc. Scḋa p liberatione a
morte cũ dixit. deus meus: deus me⁹: vt q̃d
dereliquisti me. Tertia ptinet ad adeptiõeȝ
glorie cũ dixit. Pater in man⁹ tuas cõmẽdo
spm̃ meũ. Et ad h̊ significandũ fit trina cru-
cissignatio sup illa vba: sctificas: viuificas:
bñdicis. Septimo rep̃ntantur tres hore q̃
bus pependit in cruce. s. a sexta hora vsqȝ ad
nonã. Et ad hoc significandũ fit iterũ trina
crucissignatio ad illa vba: p ipm: ꝛ cũ ipo: ꝛ
in ipo. Octauo rep̃ntat separatio anime a
corpe p duas cruces subsequẽtes ex calicẽȝ
factas. s. ad illa vba exq. deo pr̃e oĩpotente in
vnitate spũssancti ꝛc. Nono rep̃ntat resurre
ctio facta tertia die p tres cruces q̃ fiunt ad
illa vba. Pax dñi sit semp vobiscũ. Uñ con
secratio huius sacramẽti ꝛ acceptatio sacri-
ficij ꝛ fructus ei⁹ pcedit ex vtute crucis xp̃i.
Ecce magnificatio hoĩs ex cruce vt pȝ. No-
no p crucẽ exprobratiuã. s. qñ crux appebit i
iudicio cũ in forma hũanitatis appebit xp̃s
vñ Criso. sup Mat. dicit sic. Cõsidera quan
ta sit vt⁹ crucis: sol obscurabit: ꝛ luna ñ da-
bit lumen suũ: vt discas q̃ptum crux ꝛ luna
lucidior. ꝛ sole pulchrior est ꝛc. vñ in excellẽ
tia gl'ie tũc erit. Decio p crucẽ gl'ificatiuã scȝ
in q̃ttuor dotibus corpis glorificati vt subli
mitas sit claritas. pfundũ agilitas. dextrum
subtilitas. sinistrũ impassibilitas: de his dr
in die pasche. Undecimo p crucẽ q̃etatiuaȝ
scȝ btitudinis aie vt sublimitas sit clara visio
pfundũ comp̃hẽsio. latitudo fruitio. lõgitu-
do eterna vnio. s. cũ trinitate bñdicta. Pro-

pter has rōnes xp̄s portat oliue lignū cōti-
nens signū crucis exp̄sse. ¶ Cātat aūt
xp̄s illud Esa.lxv. Scōm dies ligni erūt di
es ppl'i mei. quasi dicat ꝙ ppl's xp̄i semper
veneratus est lignū: ⁊ signū crucis xp̄i. qui
aūtē nō venerebant̄ crucē xp̄i nō erant xp̄i.
vn̄ oms electi ⁊ sancti dei incipiēdo ab abel
vsq; in finē seculi venerati sunt ⁊ adoraue-
rūt crucē xp̄i. Cuius figurā rep̄ntauit signū
Tau quod sil'itudinē crucis exp̄mebat. De
quo dicit dn̄s p ezechielē pphetā. signa Tau
in frontibus eoꝝ. ⁊ scūs tho.iij.pte.q.xxv.ar
ti.iiij.in rn̄.dicit ꝙ crux xp̄i ē adorāda ado-
ratione latrie: qꝛ honor seu reuerētia nō de-
bet̄ nisi rōnali nature. Creature aūt insensi-
bili nō debet̄ honor vel reuerētia nisi ratiōe
nature rōnalis. ⁊ hoc dupl'r. Uno modo in-
qn̄tum rep̄ntat naturā rōnalē. alio modo in
qn̄tū ei qcūq; mō ꝯiūgit̄. Prio mō ꝯsueuert̄
hoīes venerari reg' ymaginē. scdo mō ei⁹ ve
stimētū. vtrūq; aūt venerāt̄ hoīes eadē vene
ratōe q venerant̄ ⁊ regē. Si g̃ loqm̄ de ipsa
cruce in qua xp̄s crucifix⁹ est vtroq; mō ē a
nobis venerāda. Uno modo. scz inquātum
rep̄ntat nobis figurā christi extēsi in ea. alio
modo ex ꝯtactu ad mēbra xp̄i: ⁊ ex h ꝙ ei⁹
sanguine est pfusa. vn̄ vtroq; mō adoratur
eadē adoratōe cū xp̄o. s. adoratōe latrie. Et
ppter hoc etiā crucez alloqmur ⁊ dep̄camur
quasi ip̄m crucifixū. Si v̄o loqmur d effigie
crucis xp̄i in quacūq; alia materia puta la-
pidis vel ligni: argēti vel auri: sic veneramur
crucē tm̄ vt ymaginē xp̄i. Un̄ Damas. dicit
li.iiij. sic. Preciosuz lignū vt scīficatū ꝯtactu
sancti corpis ⁊ sanguis decenter adorandū
dicimus. clauos: indumēta: lanceā ⁊ sac eius
tabernacula: h ibi. Isto mō honorifice asso-
ciatus xp̄s dū transiret p viā veniēs in hie-
rusalē. alij vestimēta sup aīalia imponūt: alij
in terrā sternūt: alij ramos de arborib⁹ cedūt
Et vt dr̄ in homel'. Qui vestimēta sup aīa-
lia ponūt apl'i sunt. q mentē audientiū p suā
p̄dicationē emūdant. Qui v̄o vestimēta sua
in via sternūt sancti martyres sunt: q duz p
testamēto dei sua corpa ad supplicia tradi-
derūt ostenderūt nobis viā regiā per quam
ad celestia gradi debeam⁹. Qui autē ramos
de arborib⁹ cedūt cōfessores accipiunt̄: q dū
ad nostrā eruditionē prīuz p̄cedētiū sniās p
ferūt: quasi ramos de arboribus cedūt. h ibi
Hi oēs portāt in manibus ramos palmarū
de qbus dicit augu. in s̄mone hodierno sic.
Rami palmaruz laudes sunt significantes
victoriā qua dn̄s iesus xp̄s mortē moriēdo
superatur⁹ ⁊ tropheo cruc de dyabolo mor-
p̄ncipe triūphatur⁹ ē: h ille. s vt dic Hiero.
in homelia. Cūq; opa cūcta fecissent vocis
quoq; tribuūt testimoniū: ⁊ p̄cedētes ac se-
quētes: nō breui silentij ꝯfessione: s clamore
plenissimo resonāt. Osanna filio dauid: bn̄-
dictus q venit in noīe dn̄i. Perspicue ostē-
dit̄ ꝙ aduētus xp̄i nō tm̄ hominū salus: sed
etiā toti⁹ mūdi fuit: terrena ꝯiūgens celesti-
bus. cui om̄e genu flectat̄ celestiū terrestriū
et infernoꝝ: h ille. ¶ Introeūte aūt ie
su cū tota turba hieresolymoꝝ ciuitas com-
mouet̄ mirās frequētiā: nesciēs v̄itatem: ⁊
dicens. Quis est h? Populi aūt dicūt. Hic ē
iesus ppheta a nazareth galilee: propheta
quem moyses similez sui dixerat venturum
a nazareth autem galilee. quia ibi educa-
tus vt flos cāpi enutriret̄ in flore v̄tutū. Et
statim intrauit in tēplū dei. ibiq; docebat po
pulos de regno celoꝝ. Erāt aūt gētiles qdaz
q ascenderāt vt adorarēt in die festo. Hi g̃
accesserūt ad philippū q erat a betsaida ci-
uitate galilee: ⁊ rogabāt eū dicētes. Dn̄e vo
lumus iesum videre. vt dr̄ Joh.xij. Hi figu-
rabāt eccl'iam xp̄i ꝯgregatā ex gētibus: q ve
nit audire sapiaz iesu xp̄i: sicut regina saba
sapiam salomonis: put declarat aug. s̄mōe
ij. de dedicatōne eccl'ie dicēs. Hec est regina
illa q venit de ptib⁹ ethiopie audire sapiam
salomonis. sed hec nō tam ex vna regiōe ꝙ
ex diuersis mūdi ptibus regē auditura ꝯue
nit: sicut scriptura cōmemorat. Regia saba
vēit a finib⁹ terre audire sapiam salomonis
venit eccl'ia ad redēptorē ⁊ eruditorē suum
vt de stultitia erroris: doctrinā audiret v̄itat
Ingressa regia saba in hierl'z cū ml'to comi
tatu ⁊ diuitijs: cū camelis portātib⁹ aroma-
ta ⁊ aurū infinitū nimis: ⁊ gēmas p̄ciosas
Uenit ad salomonē ⁊ locuta est vniuersa q
hēbat in corde suo. g̃ in figura illi⁹ vēit eccl'a
ex gētibus imponens finē cupiditatibus vi
tijsq; frenis audire sapiam salomonis. i. viri
pacifici dn̄i nr̄i iesu xp̄i q fecit vtraq; vnum
soluēs inimicitias inter deū ⁊ hoīem ī carne
vna. venit post veteres ⁊ vanas sup̄stitiones
audire ⁊ discere de fidei illuminatōe: de iudi-
cio futuro: de aīe immortalitate: de spe resurre
ctionis ⁊ glie. Uenit aūt in hierl'm cū multo
comitatu. i. nō iam cū vna tm̄ gēte iudeoruz
sicut synagoga solos habuit iudeos: s toti⁹
mūdi gētibus diuersisq; natiōibus. Uenit
g̃ exhibēs mūera digna xp̄o aurū ⁊ gēmas
p̄ciosas: ⁊ h camelis portātibus. i. ex gentili
ppl'o veniētib⁹ q p̄us fuerūt vitioꝝ feditate

distorti: ⁊ maloꝝ onere curui: ac pctōꝝ pra/
uitate difformes. Cū his tanq̄ muneribus:
regina hec ingredit̄ ad pacificū regem xp̄m
exhibēs secū aromata fidei aurū ꝓciosum
incensum ꝓciosum: splendoresq̄ gemarū .i.
ornamēta ꝟtutū. Et locuta est vniuersa que
habebat in corde suo .i. aperuit ei cor suum ⁊
manifestauit ei occulta ꝯscīe in ꝯfessione et
plenitudine ꝓcedentiū delictoꝝ. Uideamus
q̄d hec regina agat. Uidēs inq̄ regina saba
oēm sapiam salomonis ⁊ domū quā edifica
uerat ⁊ cibos mēse eius: ⁊ holocausta q̄ offe
rebat in domo dñi nō hēbat vltra spm̄. q̄d
erat rōnis vt hec potens regina domū: expē
sas ⁊ cibos regios tantope miraret̄: ḡ hoc
loco aliq̄ maiora opꝫ nos inq̄rere. Uidit er/
go eccl'ia ꝯgregata ex gētibus sapiam xp̄i .i.
post carnalia instituta gentiliū: post hūanaꝫ
⁊ aīalē doctrinā pħoꝝ: accepit intellectum
salutis sue: inspexit spūaliū mirabilia bono/
rum. Agnouit vnū fabricatorē celi ⁊ terre et
potētissimū ꝯditorē humani generis de cuiꝰ
sapia d̄r. Omnia in mensura pondere ⁊ nu
mero ꝯstituisti dñe. Uidit etiā domū quaꝫ
edificauerat .i. incarnationē hoīs assumpti.
De qua domo dicit apl's. In quo hītat oīs
plenitudo diuinitatis corꝑaliter. Uidit etiam
cibos salomonis .i. altaris sacramēta celestia
de q̄bus d̄r. Panē celi dedit eis: panē ange/
loꝝ mādūcauit homo. Uidit ēt holocausta
eius .i. orōnē sine dubio supplicationūq̄ my
steria: ⁊ obstupuit. Ibi vidit inestimabiles
diuitias dñi sui. Dixitq̄ ad regē. Uerus est
ꝟmo quē audiui in terra mea suꝑ ꝟmonibꝰ
tuis ⁊ suꝑ sapia tua: ⁊ nō credebā narrātibꝰ
donec ip̄a veni ⁊ vidi oculis meis ⁊ probaui
q̄ media ps mihi nūciata n̄ fuissꝫ. Maiora
sūt sapia tua ⁊ oꝑa tua q̄ rumor quē audi/
ui. Cū ḡ ꝑuenerit regina h̄ .s. eccl'ia in eternā
hierl'm .i. visionē pacis. ⁊ ingressa fuerit btāꝫ
requiē ⁊ gl'iaꝫ celestiū ꝓmissoꝝ multo plura
⁊ magnificētiora ꝑspiciet q̄ ei sint ꝑ scā elo
quia: ꝑ ꝓphas: ꝑ apl'os in hac terra nūciata
Nūc em̄ tāq̄ ꝑ speculū ⁊ in enigmate: tc̄ aūt
ocul' suis videbit facie ad faciē. ⁊ his ꝟbis
vti poterit dicēs. Uerus est ꝟmo quē audiui
in t̄ra mea suꝑ ꝟmonibꝰ tuis. Maiora sunt
oꝑa tua q̄ rumor quē audiui: h̄ est dicē. O
dñe de retributōibꝰ tuis magna q̄dē spare p̄
sumpsi sed maiora ꝑcepi ⁊c. h̄ ille. Ex occa/
sione ḡ gētiliū iustoꝝ q̄ eū videre cupiebāt:
ānūciat ip̄e xp̄s plenitudinē futurā gentiū.
Promittit nāq̄ adesse horā clarificationis
sue: quā factā in cel' gētes fuerāt credi[t]ure.
Pharisei ḡ dixerūt ad semetip̄os. Uidet̄: q̄a
nihil ꝓficimꝰ. Ecce mūdus totꝰ post eū abit.
ecce volūt iudei xp̄m occidē. gētiles ꝟo vidē
⁊ tūc oēs q̄ añ euāgeliū ⁊ q̄ pꝰ euāgeliū dño
crediderūt: ꝯsona ꝯfessiōis voce iesuꝫ laudāt
dicētes. Bñdictꝰ q̄ venit in noīe dñi rex isrl'.
Qui viuit cū p̄re ⁊c.

In cena dñi. Sermo .xli.

Unusquisq̄ cenā suā
mādūcet. ij. Coꝝ. xi. ⁊ in ep̄la ho
dierna. Dauid ꝓpħa. ps̄. cx. dicit
Memoriā fecit mirabiliuꝫ ⁊c. ⁊
ps̄. cxxxiiij. Oculi oīꝫ in te sperāt dñe ⁊c. fil'r
Luce. xiiij. d̄r. Homo q̄dā fecit cenā magnā
⁊ vocauit mltos. In cuiꝰ exēplū ponit̄ hester
ꝓmo .c. q̄ rex assuerus fecit grāde cōuiuium
cūctis ꝓncipibꝰ ⁊ optimatibꝰ suis. vñ apoc.
xix. c. dicit Ioh. Et vidi vnū āgelū stāteꝫ in
sole ⁊ clamauit voce magna dicēs oībꝰ aui/
bus q̄ ꝑ mediū celi volabāt. venite ⁊ ꝯgrega
mini ad cenā ⁊ comedet̄ carnes. Iste āgelꝰ
est xp̄s. Esa. ix. Et vocabit̄ nomē eiꝰ magni
ꝯsilij angelꝰ q̄ stat in sole diuinitat̄: q2 i sole po
suit tabernaculū suū: ⁊ clamat voce magna
oībus fidelibꝰ xp̄ianis q̄ sunt aues celi: q̄m
nr̄a ꝯuersatio in celis est. Phil'. ij. Et vbi fue
rit corpus illic ꝯgregabunt̄ ⁊ aq̄le. Matth.
xxiiij. Itē venite ⁊ ꝯgregamini ad me oēs q̄
laborat̄ ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiam vos.
Mat. xi. Suꝑ q̄bꝰ ꝟbis moueo istā q̄ōneꝫ.
A. Utrū sacrm̄ eucharistie int̄ cetera sacrā
noui testi sit tāte excellētie ⁊ dignitat̄ q̄ sine
eo nll'a sit spes vite ⁊ imortalitat̄. Ad istā q̄ō
nē r̄ndēt duo doctores. Prīo dyo. iij. c. eccl'.
hierar. dic̄ q̄ n̄ ꝯtigit aliquē ꝑfici ꝑfectione
hierarchica nisi ꝑ diuinissimā eucharistiā. Se
cūdo scūs tho. iij. ꝑte. q. lxv. ar. iij. i rn̄. vbi di
cit q̄ simpl'r loq̄ndo sacrāꝫ eucharistie ē potis
simū int̄ alia sacrā. ⁊ ꝓbat tribꝰ rōibꝰ .s. rōe ꝑ
fectōis rōe ordiatōis rōe ꝯsūmatōis. Prīo
rōe ꝑfectōis q̄ ad ꝯtinētiā: q̄m i h̄ sacro ꝯtinet̄
ip̄e xp̄s substātial'r. i alijs aūt sacrīs ꝯtinet̄.
q̄dā ꝟtꝰ instrāl' ꝑticipata a xp̄o. Sēꝑ āt q̄d
ē ꝑ eēntiā ē potiꝰ eo q̄d ē ꝑ ꝑticipatōeꝫ. vnde
Alex. papa q̄ntus a petro: vt h̄r de ꝯsec̄. dist.
ij. c. nihil dicit sic. Nihil in sacrificijs maiꝰ eē
pōt q̄ corpus ⁊ sanguis xp̄i. nec vlla obla/
tio hac potior est: sed hec omnes excellit que
pura consciētia est dño offerēda: ⁊ pura mē
te sumenda atq̄ ab omnibus veneranda
Et sicut potior est ceteris: ita potius excoli

ꝛ venerari debet. hec ille. Et Hieroñ. ad ru-
sticū narboñ. epz. vt habet in decr. di. xcv. c.
ecce ego. dicit sic. Quid maius est xp̄o? Et
qd poterit corpori ꝛ sanguini eius anteponi
Et Greg. vt habet. i. q. i. ca. multi seculariū.
dic sic. Quid melius corpore ꝛ sanguie xp̄i?
quasi dicat nihil. Secūdo rōne ordinatiōis
sacroꝝ adinuicē. Nam oīa alia sacramēta vi
dent ordinari ad hoc sacramentū sicut ad fi
nē, qd̄ p3 inductiue in oībus. Primo sacra
mentū ordinis ordinat ad eucharistie cōse-
cratione. Joh. xiij. ca. Hoc facite in meā cō-
memorationē. Secundo sacr̄m baptismi or-
dinat ad eucharistie pceptionē in quo etiā
pficit aliqs per cōfirmationē: scz vt non ve
reat se substrahere a tali sacramēto. Tertio
p pniam ꝛ extremā vnctionē preparat ho-
mo ad digne sumendū corpus xp̄i. Quarto
matrimoniū saltē sua significatione attingit
hoc sacr̄m inquantū significat cōiunctionē
xp̄i ꝛ eccl'ie: cuius vnitas p sacramentū eucha
ristie figurat. vñ aplus dicit. Eph. v. Sacra
penetratione. Sicut p3 de christo qui intra
uit ad discipulos ianuis clausis: ⁊ exiuit de
clauso sepulchro. Et beatus Bartholomeus
qui intrauit ad regem ianuis clausis: sic erit
de corporibus. Octaua stella in ꝓximi tan-
q̄ suipsius in omĩ veritate ⁊ sanctitate dile
ctione. tunc implebit illud. Marci. xij. Dili-
ges ꝓximum tuũ sicut teipsum: qđ in hac vi
ta compleri non põt. vt dicit August. Nona
stella est videre ꝓximum suũ se sicut semet-
ipsum diligere vera dilectione. Nam volun-
tas beatoꝝ est maxime concors: qꝛ oẽs hoc
volunt quod deus. Luce. xix. Ceperunt oẽs
turbe descendẽtiũ laudare deũ dicentes. Be
nedictus qui venit rex in nomine dñi: pax
in celo ⁊ gloria in excelsis. Decima stella est
deum suũ perfecte plusq̄ seipsum habere in
amore. Undecima seipsum solum ꝑpter de-
um diligere. Duodecima videre deum se dili
gentẽ: sic q̄ diligat seipsum cum perpetuatio
ne. hec ille. Isto modo coronati sancti beati
ficant in gloria sumentes corpus xp̃i. i. dele-
ctabiliter inherentes xp̃o per fruitionem di
uinitatis ⁊ humanitatis. Joh. x. Ingrediet
⁊ egrediet ⁊ pascua inueniet. vbi dic Aug.
Ingrediet per contẽplationẽ diuinitatis: ⁊
egrediet per contẽplationẽ humanitatis ⁊
pascua eterne felicitatis inueniet. Cõicare
ergo ⁊ sumere corpus xp̃i a sanctis nihil est
aliud nisi contẽplari beatifice iesum christum
⁊ vniri ei per gloriam. Unde Augusti. libr.
de contẽplatione iesu xp̃i. ca. xiij. dicit. O vi
ta sempiterna ⁊ vita beata. vbi gaudium si-
ne merore: requies sine labore: dignitas sine
timore: opes sine amissione: sanitas sine lan
guore: abundantia sine defectione: vita sine
morte: perpetuitas sine corruptione: ⁊ beati
tudo sine calamitate. vbi om̃ia bona in cha-
ritate perfecta. vbi species ⁊ visio facie ad

faciem: vbi plena scientia in oībus ⁊ per oīa vbi a bonis deitas cernitur ⁊ lumen illuminans a sanctis glorificatur: vbi presens dei maiestas conspicit̄ ⁊ hoc vite cibo sine defectu mens intuentiuȝ satiat̄ ⁊ desiderat̄: sine anxietate desideratur: ⁊ sine fastidio satiat̄ Ubi verus sol iusticie mira sue pulchritudinis visione omēs reficit ⁊ ita vniuersos celestes patrie ciues illuminat vt luceant ipsi lumen videlicet illuminatum per deū lumē illuminas super omēm splendoreȝ nostri solis atq̄ cunctarū stellarum claritatem īmortali adherentes claritati deitatis: ⁊ per hoc immortales atq̄ incorruptibiles facti iuxta promissionē saluatoris. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum ⁊ illi sint mecum: vt videant claritatem tuam ⁊ omēs vnum sint. hec. ille. Et beatus Bern̄. in quodaȝ sermone. O vere gloriosa satietas. O sanctuȝ cōuiuium. O desiderabiles epule vbi nimirum anxietas nulla: nulluȝ poterit esse fastidium: q̄nīmo satietas summa ⁊ summū inerit desiderium. hec ille. Unde in cōione ista beatifica ⁊ gloriosa omēs beati ꝑfecte satiabunt̄ quo ad q̄nq̄ sensus corporis.

¶ Nam visus satiabitur in visione xp̄i: qm̄ visus delectat̄ in colore viridi qui est mediꝰ color constans ex albo ⁊ nigro. Color albꝰ est deitas lucida. Color niger est caro de terra formata. hij duo colores sunt coniūcti in xp̄o: ideo totus amenus ⁊ viridis est effectus. Unde vocat se viridem. Luce. xxiij. dicēs. Si in viridi ligno hoc faciūt in arido q̄d fiet? Ideo quilibet sanctus pōt sibi dicere illud Hester. xv. Ualde mirabilis es dn̄e ⁊ facies tua plena est grārū. Et. i. Petri. i. dicit̄. In que desiderant angeli ꝓspicere. Auditus satiabitur audiendo vocem xp̄i que taȝ dulcis est vt quilibet sanctus clamet ⁊ dicat Cantico. ij. Sonet vox tua in auribus meis vox em̄ tua dulcis. Tactus satiabit̄ in tangendo xp̄m. multum delectatur homo in tāgendo amicum plus in amplexando amicū multo plus in osculando amicū. Tunc ergo sancti xp̄m tangent ⁊ tenebunt fortiter. Cāticoꝝ. iij. Tenui eum nec dimittam. tunc amplexabunt̄ hylariter. Prouerb. iiij. Arripe illaȝ: scȝ sapientiā que est xp̄us: ⁊ exaltabit te glorificaberis ab illa cum eaȝ fueris amplexatus. Tunc osculabunt̄ dulciter. Canticoꝝ viij. Quis mihi det te fratrem meū sugentem vbera matris mee vt inueniā te foris. s. quando naturam humanā assumpsit: ⁊ deosculer te ⁊ iam me nemo despiciat? Olfactꝰ satiabit̄ in redolētia xp̄i. In ipso em̄ est balsamū ⁊ cynamomū deuote aīe: myrra carnis mortificate. Eccl'. xxiiij. Sicut cynamomum ⁊ balsamū aromatizans odorem dedi quasi myrra electa dedi suauitatē odoris. Ex hijs tribus speciebus aromaticis sancti tantum odoreȝ sentient ꝙ clamabunt ⁊ dicent illud Canticoꝝ. i. Trahe me post te curremus in odorem vnguentoꝝ tuoꝝ. Gustus satiabit̄ in gustando dulcedinem xp̄i. Unde cantat ecclesia. vt habet̄ Johel'. iij. In die illa stillabunt montes dulcedinē ⁊ colles fluent lac ⁊ mel. Per lac signatur caro xp̄i mundissima. Montes ergo ⁊ colles. i. sancti magni ⁊ minores haurient suas dulcedines a carne xp̄i mundissima: ab aīa xp̄i dulcissima: ⁊ a deitate christi suauissima. Propterea hortat̄ nos Bernardus in quodā sermone dicens. Festinemus ad locum tutiorem: ad agrū vberiorem: ad pastum saniorē vt habitemus sine metu: abundemus sine defectu: epulemur sine fastidio. hec ille. Et Aug̃. lib. xxij. de ciui. dei. ī fine dicit. Ibi aderit q̄cquid amabit̄: nec desiderabitur quod non aderit. omne q̄ḋ ibi est bonum erit ⁊ summus deus summū bonū erit ⁊ q̄ḋ est om̄ino beatissimū semper ita fore certuȝ erit. ibi vacabimꝰ ⁊ videbimꝰ videbimꝰ ⁊ amabimꝰ amabimꝰ ⁊ laudabimꝰ. Ecce q̄d erit in fine sine fine? Nam q̄s alius noster est finis nisi peruenire ad regnuȝ cuius nullꝰ est finis? Propterea dicit psal'. Beati qui habitant in domo tua dn̄e: in secula seculoꝝ laudabunt te. Ad quā laudem satiati visione xp̄i gloriosa perueniamus. nūc ꝑ gratiā ⁊ tandem per gloriam. Amen.

¶ In die veneris sancta. Sermo p̄mus ꝙ xp̄s sustinuit. xl. passiōes ꝓpter. xl. ade pctā.

Adam exemplū meum ab adolescentia mea Zach. xiij. Btūs Greg. lib. xx. moral'. dicit sic. Cum em̄ posset xp̄s iesus vel etiā non moriendo succurrere voluit tm̄ hoībus moriendo subuenire: q² videlicet nos minus amasset nec tantā vim sue dilectionis ōnderet: nisi hoc q̄ḋ a nobis tolleret ad tēpus ipse sustineret. hec ille. Super quo talem moueo q̄stionē. ¶ Utrū necesse fuerit xp̄m subire corporalē passionē ad peccati ade salutarē expiationē? Ad istā q̄ōneȝ respondent quatuor doctores. duo veteris testamenti ⁊ duo noui. Primus est Esaias

xlv.c.dicens. Nunq̄d non ego dñs: τ non est
vltra deus absq̄ʒ me. deus iustus τ saluans
non est p̄ter me. Cōuertimini ad me τ salui
eritis oēs fines terre: q2 ego dñs τ non est a
lius: he sunt iusticie τ imperiū. Ego dñs lo-
quēs iusticiā τ annūciās recta. ꝯgregamini
τ venite τ accedite simul q̄ saluati estis. q̄s
auditū hoc fecit ab initio. Secūdus ē Hiere
mias. xiiij. c. dic̄. Tibi peccauimꝰ expectatio
israel saluator noster in tēpe tribulationis.
Quare q̄si colonꝰ futurꝰ es in terra τ q̄si via
tor declinās ad manendū. Quare futurꝰ es
velut vir vagus τ fortꝫ q̄ nō pōt saluare. Tu
aūt in nob̄ es dñe τ nomē tuū ē sup̄ nos ne
derelinq̄s nos dñe. Tertiꝰ est Petrꝰ apl's. i.
Petri. iij. Xp̄s semel p̄ pctis nr̄is mortuꝰ ē
iustus p̄ iniustis vt nos offerret deo mortifi-
catos q̄dē carne viuificatos aūt spū. Quar
tus ē Paulus apl's. Ro. v. dic̄. Sicut p̄ inob
edientiā vniꝰ hoīs pctōres ꝯstituti sūt m'lti
ita p̄ vniꝰ hoīs obediētiā iusti ꝯstituent̄ m'lti
Sciendū q̄ necessariū fuit xp̄z pati p̄ hūani
gn̄is liberatōe nō necessitate coactiōis: s̄ ne
cessitate finis q̄ q̄dē pōt tripl'r itelligi. Prio
ex p̄te dei cuiꝰ diffinitionē circa passionē xp̄i
p̄nūciatā in scripturis: τ p̄figuratā in obs̄uā
tia veteris testī oportebat ipleri. τ h̄ est qd̄
dr̄. Lu. xxij. Filiꝰ hoīs vadit sicut diffinitū ē
de illo. τ Lu. vlti. Hec sūt v̄ba q̄ locutus sum
ad vos cū adhuc eēm vobiscū: qm̄ necesse ē
ipleri oīa q̄ scripta sūt i lege moysi τ p̄phis
τ psalmis de me: τ qm̄ oportebat xp̄m pati τ
resurgere a mortuis. lʒ em̄ nā angelica sit ex
cellētior q̄ʒ nā hūana, vt dic̄ Dyon. iiij. ca. de
diuis noibꝰ. tn̄ pctm̄ angeli nō fuit remedia
bile sicut pctm̄ hoīs, iō deꝰ sua mīa p̄ordina
uit ab eterno: vt fructꝰ humane salutꝫ nō seq̄
ret̄ nisi xp̄o patiēte. vn̄ Math. xxvi. Dñs di
xit ad patrē. Pat̄ mi si nō pōt calix iste trāsi
re a me nisi bibā illū fiat volūtas tua. Loq̄t̄
aūt ibi de calice passiōis q̄ p̄teriri nō poterat
nisi biberet illū, p̄pt̄ hoc q̄ pr̄ disposuerat. iō
subdit̄. fiat volūtas tua. τ Hylariꝰ dic̄. Ideo
calix trāsire nō pōt nisi illuʒ bibat: q2 saluari
nisi eius passione nō possumꝰ. Queadmod̄.
Ioh. xij. dixit. Nisi ḡnū frumēti cadēs in ter
rā mortuū fuerit ip̄m solū manet: si aūt mor
tuū fuerit multū fructū affert. vbi Aug. dic̄.
q̄ seipsuʒ granū dicebat: nisi ḡ mortē passus
esset aliter fructū nostre liberatiōis nō fecis-
set. Secūdo pōt intelligi ex p̄te ipsius xp̄i q̄
p̄ humilitatē passionis meruit gloriam exal
tationis. Et ad hoc p̄tinet qd̄ dicit̄. Luc̄. vlt.
Hec oportuit christū pati τ sic intrare in glo
riam suam. Meritum ergo importat quan
dam equalitatē iusticie. Unde apl'us dicit.
Roma. iiij. Ei q̄ operat̄ merces imputatur
s̄m debitū. Et sicut cū aliquis ex sua iniusta
voluntate sibi attribuit plus q̄ʒ sibi debeat̄:
iustū est vt sibi diminuat̄. etiam q̄tuʒ ad id
qd̄ sibi debebat̄. Exemplū vt cum q̄s fura-
bat̄ vnaʒ ouē debebat reddere quattuor. vt
dicit̄. Exodi. xxij. Et hoc dr̄ mereri inq̄tum
p̄ h̄ punit̄ eiꝰ iniq̄ volūtas: ita etiā cuʒ quis
sibi ex iusta volūtate subtrahit qd̄ dēat ha-
bere meret̄ vt sibi amplius aliq̄d sup̄addat̄
q̄si merces iuste volūtatꝫ. Exēpluʒ de illo cui
data sunt. v. talēta q̄ tn̄. x. talēta hēbat. vt dr̄
Math. xxv. Et de illo qui hēbat. x. mnas cui
data est mna serui negligētꝫ. Luce. xix. Quē
admodū aūt dr̄. Luc̄. xxiiij. Qui se humiliat
exaltabit̄. Xp̄us vero in sua passione seip̄m
humiliauit infra suā dignitatē q̄tuʒ ad qua
tuor. Primo q̄dem q̄tū ad passionē τ mor
tem cuiꝰ debitor nō erat. Secūdo q̄tū ad lo-
cū q2 corpus eius posituʒ est in sepulchro: τ
aīa in inferno. Tertio q̄tum ad cōfusionē τ
obprobria q̄ sustinuit. Quarto q̄tū ad h̄ q̄
est traditus humane p̄tāti s̄m q̄ ipse dixit
pylato. Ioh. xix. Non haberes in me p̄tāteʒ
nisi tibi datū eēt desup̄. ideo p̄ suā passioneʒ
meruit exaltationē quo ad quatuor. Primo
q̄dem q̄tum ad resurrectionē gloriosam. vn̄
dr̄ in p̄s. Tu cognouisti sessionē meū. i. hūili
tatē passionis mee τ resurrectionē meā. Se
cūdo q̄tum ad ascensionē in celū. vn̄ dicit̄.
Ephe. iiij. Descendit primū in inferiores p̄-
tes terre. Qui aūt descēdit ipse est τ q̄ ascē-
dit sup̄ oēs celos. Tertio q̄tum ad ꝯsessuʒ
paterne dextere: τ manifestationē diuinitatis
ipsiꝰ: s̄m illud Esa. lij. Exaltabit̄ τ eleuabit̄
τ sublimis erit valde. Sicut obstupuerūt su
per eum multi: sic inglorius erit inter viros
aspectꝰ eius. τ Phil. ij. dr̄. Factus est obedi
ens vsq̄ʒ ad mortē τc̄. Propter qd̄ τ deꝰ ex-
altauit illū τ donauit illi nomen qd̄ est super
omne nomen. vt scʒ ab oibus noiet̄ deus: τ
oēs ei reuerentiā exhibeant sicut deo hoc ē
quod subdit̄. vt in noīe iesu omne genu fle-
ctat̄ celestiū terrestriū τ infernoꝝ. Quarto
q̄tum ad iudiciariā p̄tātem. dicit̄ em̄. Iob.
xxxvi. Causa tua quasi impij iudicata est: iu-
dicium causamq̄ʒ recipies. Quāuis autem
christus per priora merita meruerit exalta-
tionem ex parte ipsius anime cuius volūtas
charitate τ alijs virtutibus informabat̄: tn̄

in passione meruit suā exaltationē p modū cuiusdā recōpensationis etiā ex parte corpo ris. Iustuz est eñi vt corpus quod fuerat ex charitate passioni subiectū accipet recōpen sationem in gloria. Tertio potest intelligi ex parte nostra qui p eius passionē liberati su mus sm illud Ioh.iij. Sicut moyses exal tauit spen tem in deserto: sic opz exaltari filiū hominis vt omnis qui credit in ipm nō per eat sed habeat vitam eternā. Quod quidez de exaltatione intelligit in cruce. Et aug.xiij. de trinitate.c.x.dicit. Sanāde nostre miserie cōuenientior modus alius nō fuit q̄ per xp̄i passionem. Ratio est qr tanto aliquis mo dus conuenientior est ad exequendum finez. q̄to per ipz plura ɔcurrūt que sunt expediē tia fini. Per hoc aūt q homo per xp̄i passio nem est liberatus multa concurrūt ad salu tem hominis ptinentia preter liberationez a peccato. Primo eñi per hoc homo cogno scit q̄tum deus diligat hominē. et per hoc p uocatur ad eum diligendum. in quo pfectio humane salutis consistit. Unde apostolus dicit Roma.v. Cōmendat autē deus suam charitatem in nobis: quoniam cum inimici essemus xp̄s p nobis mortuus est. Secūdo quia per hoc dedit nobis exemplum obediē tie: humilitatis: constantie: iustitie: τ cetera rum vtutum in passione xp̄i ostensarū que sunt necessarie ad humanam salutem. vnde i.petri.ij.dr. Christꝰ passus ē p nobis vob re linquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Tertio quia xp̄us per suam passionem non solum hominem a peccato liberauit: sed etiam grām iustificantem et gloriam beati tudinis ei pmeruit. Ioh.xij.dr. Ego si exal tatus fuero a terra omnia traham ad meip sum. Per hoc eñi q in alto moriet ascensuz nobis parat in celum: vt Crisostomus dicit Quarto quia hoc ad maiorem hominis di gnitatem cessit: vt sicut homo victus fuerat et deceptus a dyabolo: ita etiaz homo esset qui dyabolum vinceret. Et sicut hō mortez meruit. ita homo moriēdo superaret. Unde dr.i.Corinth.xv. Deo gratias q̄ dedit nobis victoriam per iesum xp̄m. B Unde po no quattuor cōclusiones. Prima cōclusio Nullus purꝰ homo poterat satisfacere perfe cte p pctō ade. sed solus deus τ homo iesus xp̄s. Patet: quia satisfactio est sufficiēs per fecte qñ est condigna p quādā adeq̄tionez ad recompēsationē culpe commisse. τ sic ho minis puri satisfactio esse nō potuit p pctō. Tum qr tota natura humana erat p pctm̄ corrupta: nec bonū alicuius psone nec etiaz plurium poterat p eq̄parantiam totius na ture detrimentū recōpensare. Tum etiaz q̄a pctm̄ cōtra deum cōmissum quādā infinita tem hz ex infinitate diuine maiestatis. tanto eñi offensa est grauior q̄to maior est in quez delinquit. Unde oportuit ad ɔdignā satisfa ctionem vt actio satisfaciētis hr̄et efficaciaz infinitā vt puta dei τ hoīs exñs. Homo eñi purus satisfacere non poterat p toto hūano genere deus aūt satisfacere nō debebat. Uñ oportebat xp̄m eē deū τ hoīem. sic leo papa in smone de natiuitate dñi dicit. Suscipit a maiestate hūilitas: a vtute īfirmitas: ab et̄ni tate mortalitas: vt qd̄ nr̄is remedijs ɔgrue bat. vnus atq3 idē dei τ hoīz mediator. τ mo ri ex vno τ resurgere posset ex altero. nisi eñi esset verus deꝰ nō afferret remediū nisi esset verus hō, nō pberet exemplū. Scd̄a ɔclio Si deus voluisset absq3 oī satisfactōe hoīem a pctō liberare ɔ iustitiā nō fecisset. Patz qr ille iudex nō pōt salua iustitia culpā sine pe na dimittere q̄ hz punire culpā in aliū com missam. puta vel in aliū hoīem vel in totam rēpu. vel in supiorē pncipē: sed deus non hz aliquē supiorē. s3 ipe est supmū τ cōe bonuz totius vniuersi. τ iō si dimittat pctm̄ qd̄ ha bet rōez culpe ex eo q ɔ ipm cōmittit: nulli facit iniuriā. sicut q̄cūq3 hō remittat offensā in se cōmissam absq3 satisfactōe misericordit τ nō iniuste agit. τ iō dauid miām peteś di cebat. Tibi soli peccaui. q̄si dicat. potes sine iniustitia mihi dimittere. Tertia ɔclusio. nō erat ɔueniēs iustitie dei: vt xp̄s p solā suā po tentiā absq3 passione dyabolū superaret. Pz qr l3 dyabolꝰ inuaserit hoīem iniuste. tñ hō ppt pctm̄ iuste erat sub suitute dyaboli reli ctꝰ a deo. τ iō cōueniēs fuit vt p iustitiā hō a suitute dyaboli liberaret xp̄o satisfaciēte p ip̄o p suā passionē. Fuit etiā h̊ ɔueniens ad vincēdā supbiā dyaboli q̄ est desertor iustitie τ amator potētie vt xp̄s dyabolū vinceret τ hoīez liberaret nō p solā potētiā diuinitat. s3 et p iustitiā τ humilitatē passiōis. iō dñs dicit. Ioh.xij. Nūc iudiciuz est mūdi nūc pnceps mūdi eijciet foras. et aug.xiij. de trini.c.xiiij. dicit. Iustitia xp̄i dyabolꝰ victꝰ est: qr cuz in eo nihil dignū morte inueniret. occidit eum tamen. et vtiq3 iustū erat vt debitores quos tenebat liberi dimitterent in eum credētes. quē sine vllo debito occidit. Quarta ɔclio nullꝰ modus satisfactionis p pctō Ade fuit

cōuenientior q̄ per passionē xp̄i. Ptz: quia
xp̄s venit vt daret nob vitā ſm illud Joh.x.
Ego veni vt vitā habeant ⁊ abundanti⁹ ha
beant. Xp̄us aūt per suā mortē nos pduxit
ad vitam dū sua morte mortē nostrā destru
xit: sicut ille q̄ penaȝ p alio sustinet remouet
penā eius. Unde Cayphas pphetice dixit.
Joh.xi. Expedit vt vnus homo moriat̄ pro
pplo ⁊ non tota gens peat. Et sic xp̄s assu-
mens in se penas pctōꝝ ade satisfecit p illo
dicens. Adam exemplū meū ab adolescen-
tia mea, vt dicit x̄bum. pmo ppositū. ¶ E
¶ Cum deus pater disposuisset redimere a-
dam ⁊ totū genus humanū: ſm illud psal.
Tu exurgēs dn̄e misereberis syon: qꝛ tēpus
miserendi eius qꝛ venit tēpus. Mox affue-
runt mia ⁊ iusticia ab inuicē discordātes su
per modo saluatōis humane. Misericordia
em̄ volebat hoīem liberari: sed non p passio
nē xp̄i allegādo q̄ttuor rōnes. Prima est: qꝛ
sicut in psal. dicit̄. Uniuerse vie dn̄i mia ⁊ ve
ritas. sed non videt̄ necessariū q̄ xp̄s patia
tur ex misericordia: qm̄ sicut gratis dona tri
buit: ita gratis dona dȝ relaxare absq̄ satis-
factione. vn̄ dicit̄. Ephe.v. Donate inuicē si
cut xp̄s donauit vobis. Et Jacobi.ij. Mia
superexaltat iudicium. ⁊ in psal. dicit̄. Mi-
serationes eius sup oīa opera eius. Justicia
rn̄det sicut in psal. dicit̄. Ueritas tua in cir-
cuitu throni tui est. Hoīem liberari a pctō p
passionē xp̄i cōuenit mie ⁊ iusticie dei. Mie
qꝛ cū homo per se satisfacere nō possit: ideo
p pctō totius nature humane deus dedit ei
satisfactorē filiū. ſm illud Roma.iij. Justi
ficati grat̄ per gratiā ipsius per redēptionē
que est in xp̄o iesu quē pposuit deus ppici
atorē per fidem ipsius. Et hoc est abundan
tioris mie q̄ȝ si pctā absq̄ satisfactiōe dimit
tat. vn̄ dicit̄. Ephe.ij. Deus qui diues est in
misericordia ppter nimiā charitatē suā qua
dilexit nos cū essemus mortui pctīs cōuiuifi
cauit nos in xp̄o. Conuenit autē iusticie: qꝛ
per passionem xp̄s satisfaciet p peccato hu
mani generis: ⁊ ita homo per iusticiam xp̄i
liberabit̄. Unde Aug. xiij. de trini. ca. xiij. di
cit. Fieri debuit vt dyabolus iusticia homīs
iesu xp̄i non potētia superaret̄: qd̄ idem fiet
xp̄o p homine satisfaciente. Secūda ratio
mie est: nam cōuenientissimū videt̄ q̄ ille q̄
violenter ⁊ iniuste aliq̄d detinet per superio
ris potentiā spoliet̄. Unde Esa. lij. dꝛ. Gra-
tis venūdati estis ⁊ sine argento redimemi
ni. Sed dyabolus nullum ius in hoīe habet
quē per fraudeȝ decepit ⁊ per quandā vio-
lentiā seruituti subiectū detinet: qm̄ fraus ⁊
dolus nulli patrocinari debēt. vt notat̄ extra
de regu. iuris. lib. vi. Ergo dyabolus debet
per potentiā spoliari ⁊ nō p passionē xp̄i. Ju
sticia rn̄det di. Hō peccādo obligat⁹ erat deo
⁊ dyabolo. Quantū em̄ ad culpā deū offen
derat ⁊ dyabolo se subdiderat ei cōsentiens
Unde rōne culpe non erat factus filius dei
sed potius a dei seruitute recedens dyaboli
seruitutē incurrerat: deo iuste hoc pmittente
ppter offensam in se cōmissam. Quantū ve
ro ad penā pncipaliter homo erat deo obli-
gatus sicut sūmo iudicij: dyabolo aūt tanq̄
tortori: ſm illud Math.v. Ne forte tradat te
aduersarius tu⁹ iudici: ⁊ iudex tradat te mi-
nistro. i. angelo penarū crudeli. vt Crisosto-
dicit. Quāuis ergo dyabolus iniuste q̄tum
in ipso est hoīem sua fraude deceptū sub ser
uitute teneat ⁊ q̄tum ad culpā ⁊ q̄tū ad pe
nam iustū tn̄ erat hoc hoīem pati deo pmit
tente q̄tum ad culpā: ⁊ ordinante q̄tuȝ ad
penā. Et ideo per respectū ad deū iustuȝ est
q̄ homo liberet̄ p passionē xp̄i non autē q̄
tū ad dyabolū. Tertia rō mie est nā iniquū
⁊ crudele videt̄ esse q̄ innocens passioni ⁊
morti tradat̄. ſm illud Dan. xiij. Innocētēȝ
⁊ iustum nō interficies. Et Hiere. xxij. Hec
dicit dn̄s: facite iudiciuȝ ⁊ iusticiā ⁊ liberate
vi oppressum de manu calūniatoris. ⁊ adue
nā ⁊ pupillū ⁊ viduā nolite contristari neq̄
opprimatis inique ⁊ sanguinē innocēteȝ ne
effundat̄. vt aūt dicit̄ Deut. xxxij. Deus est
fidelis ⁊ absq̄ vlla iniq̄tate ergo xp̄m inno
centem non debet permittere exponi pas-
sioni. Sic enim dixit Johis. viij. c. Quis ex
vobis arguet me de pctō: multa bona opat⁹
sum in vobis ppter qd̄ eoꝝ vultis me occi-
dere. Justicia rn̄det dicēs. Hoīem innocen-
te passioni ⁊ morti tradere ꝯ eius volunta-
tē est impium ⁊ crudele. Sic aūt deus pater
xp̄m non exponit passioni sed inspirando ei
voluntateȝ patiendi p hoīe in quo apparet
dei seueritas q̄ pctm̄ sine pena dimittere nō
vult qd̄ signat apl's Roma. viij. dicēs. Pro
prio filio suo nō pepercit. ⁊ bonitas eius in
eo q̄ cū homo sufficienter satisfacere nō pos
set p aliquā penā quā pateret̄ ei satisfacto-
rem dedit: qd̄ signat apl'us subdēs: sed pro
nobis oībus tradidit illum. Lex em̄ clamat
Exo. xxij. Maleficos nō patieris sup terrā
Et Esa. xxvij. dicit̄. Mensura cōtra mēsurā
id est mensura pene ꝯtra mensurā culpe. Et

Hiere.l. dicit. Reddite ei ſm opus ſuū iux
ta oīa que fecit facite illi. Et qm̄ natura hu⸗
mana in primis parētibus ⁊ in filijs grauiſ
ſime ⁊ nequiſſime deliquit. adeo ꝙ clamor
pctōꝝ aſcēdit in celū dicente dño ad cayn
de homicidio. Gen̄. iiij. Vox ſanguinis fra⸗
tris tui abel clamat ad me de terra. Et de lu⸗
xuria. Gen̄. xviij. ca. Clamor ſodomoꝝ ⁊ go
morreoꝝ multiplicatus eſt: ⁊ pctm̄ eoꝝ ag⸗
grauatū eſt nimis. deſcendā ⁊ videbo vtrū
clamorē opere cōpleuerint an non eſt ita vt
ſciā. Et de oppreſſione pauperū. Exodi. iij.
Clamor filioꝝ iſrael clamat ad me ꝓpter du
riciā eoꝝ q̄ preſunt operibꝰ ⁊ deſcendi vt li⸗
berarē eos. ⁊ de fraudatōe mercēnarioꝝ. Ja
cobi. v. Ecce merces opārioꝝ q̄ meſſuerūt re
giones vr̄as q̄ fraudata eſt a vobis. clamat
⁊ clamor eoꝝ in aures dn̄i ſabbaoth introi⸗
uit. ⁊ de blaſphemia. Ro. ij. dicit. Nomē dei
ꝑ vos iugit blaſphemat. Propterea clamat
Hiere. li. dicēſ. Egredimini de medio babylo
nis ppl'us meus vt ſaluet vnuſq̄ſq̄ aīā ſuā
ab ira furoris dn̄i. Cūq̄ de vino fornicatio
nis eius biberint oēs gētes ⁊ reges terre cū
illa fornicati ſint. ⁊ mercatores terre de vtu⸗
te deliciarū eius diuites facti ſint: ⁊ qm̄ ꝑue⸗
nerūt pctā eius vſq̄ ad celū: recordatus eſt
dn̄s iniq̄tatū eius: ideo q̄ntū ſe glorificauit
⁊ in delicijs fuit: tm̄ date ei tormentū ⁊ luctū
Apocal. xviij. Quarta rō mie eſt: non video
quō xp̄s ſua paſſiōe poſſit ſatiſfacere ꝓ pcō
ade ⁊ totius nature hūane q: nulli ſatiſfit ꝑ
maiorē offenſam: ſed maxima offenſa ꝑpe
trabit in paſſione xp̄i. Nam iudas vitupera
bit ex eo ꝙ tradet xp̄m iudeis: ſm illō Joh.
vi. Unus ex vobis diabolus eſt: qō dictum
eſt ꝓpter iudā q̄ eum traditurus erat. Simi⸗
ter vituperabunt iudei q̄ eū tradent pylato
ſm ꝙ ipſe dicit. Joh. xviij. Gens tua ⁊ pon
tifices tui tradiderūt te mihi. Pylatus autē
tradet eū militibus vt crucifigat. vt habetur
Joh. xix. Judas em̄ tradet xp̄z ex cupiditate
pōtifices aūt ex odio ⁊ inuidia. Joh. xix. Scie
bat em̄ ꝙ per inuidiā tradidiſſent eū. Pyla
tus vero ex timore ceſaris. milites aūt ex il⸗
luſione quoꝝ pctā cū ſint ꝯtra deū erūt infi⸗
nite offenſionis: ergo nō ē ꝯueniēs xp̄m pa
ti ꝓ humani generis liberatiōe. Juſticia rn̄⸗
det dicens. Jlle ꝓprie ſatiſfacit pro offenſa
qui exhibet offenſo id quod eque vel magis
diligit q̄z odit offenſam. Chriſtus autem ex
charitate ⁊ obedientia patiendo mō maius
deo aliq̄d exhibet q̄z exigat recompenſatio

totius offenſe humani generis. Primo q̄dē
propter magnitudinē charitatis. Hierem̄.
xxxi. Jn charitate perpetua dilexi te: ideo at
traxi te miſerans. Secundo propter dignita
tem vite ſue: quā ꝓ ſatiſfactione poner que
eſt vita dei ⁊ hominis. Hiere. xij. Dedi dile
ctam aīam meam in manus inimicoꝝ. Ter⸗
tio ꝓpter generalitatem paſſionis ⁊ magni
tudinē doloris aſſumpti. Trenoꝝ. i. Atten⸗
dite ⁊ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus.
Et ideo paſſio xp̄i non ſolum ſufficiens: ſed
etiam ſuperabundans ſatiſfactio erit ꝓ pec
catis humani generis: ſm illud. i. Joh. ij. ca.
Jpſe eſt propiciatio ꝓ peccatis noſtris: nō
ꝓ peccatis noſtris tantum: ſed etiam ꝓ to⸗
tius mundi. Et quia maior erit xp̄i charitas
patientis ꝙ malicia crucifigētiū: ideo plus
poterit chriſtus ſatiſfacere ſua paſſione q̄z
crucifixores offendere ipſius occiſione. in tā
tum ꝙ paſſio xp̄i ſufficiens erit ⁊ ſuperabū⸗
dans ad ſatiſfaciendū pro peccatis crucifi⸗
gentium ipſum. Occiſores em̄ xp̄i hoīes tā
tū fuerunt: ſed xp̄us occiſus etiā deꝰ. Maior
autē fuit charitas xp̄i patientis q̄z malicia
hoīum occidentiū: ⁊ ideo paſſio xp̄i magis
valuit ad reconciliandum deo totum huma
num genus: ꝙ ad prouocandum ad iram.

Misericordia inſuper aduertēs ad in⸗
nocentiam chriſti cui nocumentū illatū eſt
magis indebitū. Unde etiam ſunt maxime
reprehenſibiles qui innocenti non compati
untur. ſm illud. Eſa. lvij. Juſtus perit ⁊ non
eſt qui recogitat in corde ſuo. Chriſtus autē
innocenter patietur: ſm illud. Hiere. xi. Ego
agnus manſuetus qui portatur ad victimā
Attendens etiam ꝙ paſſio xp̄i debebat im
pleri per homines xp̄um occidentes qui ex
hoc grauiter deum offenderunt. vt pꝫ ex pe⸗
na peccato eorum debita: ſm illud. Luce.
xxiij. cap. Filie hieruſalem nolite flere ſuper
me ſed ſuper voſipſas flete ⁊ ſuper filios ve
ſtros: quoniam ecce venient dies in quibus
dicent. Beate ſteriles ⁊ ventres qui non ge
nuerunt ⁊ vbera que non lactauerunt. Tūc
incipient dicere. montibus cadite ſuper nos
⁊ collibus operite nos ⁊c̄. Attendens inſu⸗
per ꝙ minimus dolor chriſti ſufficeret ad fi
nem ſalutis humane: quoniā haberet infini
tam virtutem ex vnione ad perſonam diui⸗
nam. Acceſſit ad deum patrem aſſumptis
quatuor ſanctiſſimis patribus veteris teſta
menti acceptiſſimis in ꝙ deo: ſcꝫ noe: Moy
ſe. David Eſaia. quoꝝ interpellatione ob

tineret vt salus humani generis aliter pfice-
ret ꝙ per passionem xp̄i. Noe primus acces
sit cuꝫ misericordia. de quo Geneſ. vi. dicit.
Noe vir iustus atqꝫ perfectus fuit in genera
tionibus suis. Et Sapien. x. Sapiētia sciuit
noe iustum: ⁊ sine querela seruiuit deo ⁊ in fi
lijs miam fortem custodiuit. Et Ecci. xliiij.
Noe inuentus est iustus ⁊ in tēpore iracun
die factus est reconciliatio. Qui genuflexus
ante deum patrē ait. Deus patrū meoruꝫ ⁊
dn̄e mīe qui fecisti omīa verbo tuo ⁊ sapiē-
tia tua constituisti hoīem vt dn̄aret creatu-
re tue que a te facta est: vt disponat orbē ter
rarū in equitate ⁊ in iusticia: qui cum aqua
deleret terrā per contēptibile lignum iustuꝫ
gubernasti apud quē testamēta seculi posui
sti: atqꝫ in salutē domus mee pmisisti. Non
permanebit spūs meus in homīe in eternuꝫ
id est indignatio furoris mei. qꝛ caro ē ⁊ ne-
quaqꝫ vltra maledicā terre ppter homīem.
Sensus em̄ ⁊ cogitatio humani cordis ad
malum pna sunt ab adolescentia sua. Non
igit vltra percutiam omēm aīantem mise-
rijs oīm: quoniā oīa potes ⁊ dissimulas pec
cata hoīum ppter penitentiā. Diligitis em̄
omīa que sunt ⁊ nihil odisti eoꝝ que fecisti
parce omībus qm̄ tua sunt dn̄e qui aīas a-
mas. Cum sis ergo iustus: iuste omīa dispo
nis. nec em̄ est deꝰ pterqꝫ tu: cui cura ē de oī
bus. Tu autem dn̄ator virtutis nec timens
aliquē veniam da peccatis nostris. Subest
em̄ tibi cum volueris posse: qm̄ non impos
sibilis est oīpotēs manus tua: inimicos no-
stros multipliciter flagella: vt bonitatē tuaꝫ
cogitemus ⁊ speremus mīam tuam. Edifi-
cabo itaqꝫ altare dn̄o ⁊ tollens de cunctis pe
coribus ⁊ volucribus mundis: offeram ho-
locaustum super altare. Tu auteꝫ odoratus
odorem suauitatis. docebis populum tuuꝫ
quoniā oportet iustum esse ⁊ humanū: ⁊ bo
ne spei: dans locum in peccatis penitentie.
Deus pater auditis sermonibus noe ait il-
lud. Geneſ. vi. Uidens ego deus ꝙ multa
malicia hominū esset in terra ⁊ cuncta cogi-
tatio cordis humani intenta esset ad maluꝫ
omni tempore. penitet inqꝫ me ꝙ homineꝫ
fecerim in terra. Et precauens in futuruꝫ. ⁊
tactus dolore cordis intrinsecꝰ. dolebo ho-
minem creatum a facie terre. Quia em̄ mul
ta malicia hominuꝫ est p qua nequaꝙ po-
test satisfacere purus homo. ideo pena tene
bit filium meum in carne passurum. ⁊ cogi-
tans quid euenturuꝫ sit ex eius passione: qꝛ
fructus salutis humani generis. tanget do-
loribus vsqꝫ ad animam intrinsecus intan-
tum vt videar dereliquisse ipsum prout ipse
clamabit in cruce. Deus meus vt quid dere-
liqsti me. Sicqꝫ factū est vt deus aliud sacri
ficium nolit acceptare pro expiatione pecca
ti ade nisi sacrificium christi. Moyses secū
dus accessit cum misericordia. de quo domi
nus ait. Exodi. xxxiij. capi. Inuenisti gratiā
coram me ⁊ teipsum noui ex nomine. Et Ec
cleſ. xlv. capi. Elegit eum dominus ex omni
carne. qui genuflexus humiliter ante deum
patreꝫ ait. Dominator dn̄e deus misericors
⁊ clemens patiensꝰ ⁊ multe miserationis ac
verax: qui custodis misericordiam in milia:
qui aufers iniquitatem atqꝫ scelera ⁊ pecca
ta: nullusqꝫ apud te per se innocens est: quie
scat ira tua: ⁊ esto placabilis super nequicia
populi tui: recordare abraham ysaac ⁊ isra-
el seruorum tuoruꝫ: quibus iurasti per temet
ipsum dicens. Multiplicabo semen vestruꝫ
sicut stellas celi. q̄ etiā mihi dixisti. Homo q̄
obtulerit hostiam dn̄o de bobus ⁊ ouibus
offerens victimas dn̄o. ponet manus super
caput hostie: ⁊ acceptabilis erit: atqꝫ in expi
atione eius pficiens: quoniā holocaustuꝫ ē
⁊ oblatio suauissimi odoris dn̄o. Et nūc do
mine obsecro peccauit populus iste peccatū
magnū. Aut dimitte eis hanc noxam: aut si
non facis dele me de libro tuo in quē scripsi
sti. Sic em̄ dixisti. Anima que peccauerit cō
tempto dn̄o: pro peccato offerat arieteꝫ im-
maculatuꝫ dn̄o: ⁊ dimittetur ei pro singulis
que faciendo peccauit. Deus pater auditis
sermonibus moysi ait illud Deutero. xxv. c.
Si fuerit causa inter aliquos ⁊ interpellaue
rint iudices queꝫ iustuꝫ esse perspexerunt il-
li iusticie palmam dabunt queꝫ impium con
dēnabunt impietatis. Si auteꝫ eum dignū
viderint plagis prosternent ⁊ coram se faci-
ent vberari. Pro mēsura em̄ delicti erit ⁊ pla
garum modus. Adam autem mihi tanꝙ iu
dici accusauit euam cum examinarem eum
super esu ligni vetiti dicens. Mulier quam
dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno ⁊ cō
edi. Contra quos dictaui sententiam di-
cens. Quacūqꝫ hora comederitis ex eo mor
te moriemini. Non sufficit autem quodlibet
sacrificiū ad expiationē huiꝰ peccati: qm̄ pcm̄
originale p qd̄ totuꝫ genus humanū inficit
ē maius quolibet pctō actuali: qd̄ est pprium
singl'aris psone. Est āt conueniēs satisfactiōis
modꝰ cū q̄s se subijcit pene quā aliꝰ meruit

vt ipse satisfaciat. hunc ergo regre q̄ ꝓ toto genere humano aīam suaȝ ponat. ⁊ sic ptȝ. David terti⁹ cū mīa accessit. de quo dn̄s ait. Inueni dauid seruū meū oleo sctō meo vnxi eū. man⁹ em̄ mea auxiliabit̄ ei: ⁊ bra. me. cōfir. eū. Qui genuflexus humiliter ante deū ait. Tu locutus es in visione sctīs tuis. ⁊ dixisti. Posui adiutoriū in potente ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Et vitas mea ⁊ mīa mea cū ipso: ⁊ in noīe meo exaltabit̄ cornu eius in eternū seruabo illi mīam meā ⁊ testamentū meū fidele ipsi. Et ponā in seculū seculi semen eius ⁊ thronū eius sicut dies celi neqȝ pphanabo testm̄ meū ⁊ q̄ pcedūt de labijs meis non faciaȝ irrita. Semel iuraui in sctō meo si dauid mētiar semen eius in eternū manebit. Ubi sunt mīe tue antiq̄ dn̄e sic̄ iurasti dauid in vitate tua: memor esto dn̄e obprobrij seruoꝝ tuoꝝ. Ueritas em̄ dȝ rn̄dere figure. In sacrificijs aūt legis tue q̄ semper tibi placita fuerunt: sicut dixisti mihi. Nō in sacrificijs tuis arguā te: holocausta autez tua in ɔspectu meo sunt semp. nunq̄ȝ offerebat̄ caro humana. q̄nīmo hec sacrificia nephanda censebant̄: queādmodū exprobrasti dicēs. Effuderunt sanguinē innocentē sāguinē filioꝝ suoꝝ. obsecro ꝑ expiatione pctī nostri acceptabis sacrificiū iusticie oblatōes ⁊ holocausta ⁊ imponemus sup altare tuuȝ vitulos. Deus pater auditis sermonib⁹ dauid ait. Non accipiaȝ de domo tua vitulos: neqȝ de gregib⁹ tuis hyrcos. qm̄ mee oēs sūt fere siluarū iumenta in mōtib⁹ ⁊ boues. Cognoui oīa volatilia celi: ⁊ pulchritudo agri mecū est. Si esuriero non dicā tibi: meus est em̄ orbis terre ⁊ plenitudo eius. Nunq̄d mā ducabo carnes thauroꝝ: aut sanguinē hyrcorum potabo? Immola deo sacrificiū laudis: ⁊ redde altissimo vota tua. Et inuocabis in die tribulationis: eruam te ⁊ honorabis me. Nam frater nō redimet: q̄ scȝ sit de gēte tua: sed scito prenoscēs: ꝙ te redimet hō ⁊ dabit deo placationē suā preciuȝ redēptionis aīe sue. Esaias quartas cū mīa: ascendit. de quo dicit̄ Esa. xlix. Dn̄s ab vtero vocauit me de vētre matris mee recordatus est nois mei. q̄ genuflexus ante deum patrē ait. Dn̄e de⁹ exercituuȝ: deus israel q̄ sedes super cherubin. tu es deus solus omniū regnoꝝ terre. tu fecisti celum ⁊ terram. inclina dn̄e aureȝ tuā ⁊ audi. aperi oculos tuos ⁊ vide. Pater noster primus peccauit ⁊ multiplicate sunt iniquitates nostre coram te. ⁊ peccata nostra

responderunt nobis: quia scelera nostra nobiscum ⁊ iniquitates nostras cognouimus. Et nunc dn̄e deus noster adiuua nos. Adduc nos in montē sanctū tuū: ⁊ letifica nos in domo orationis tue. holocausta nostra ⁊ victime placeant tibi super altare tuū: quia domus tua domus orationis est cunctis populis. Deus pater auditis sermonib⁹ Esaie ait. Audite verbum dn̄i principes sodomorum ⁊ auribus percipite populus gomorre. Quo mihi multitudinē victimarū vestrarū? Plenus sum: holocausta arietum: ⁊ adipeȝ pinguiū ⁊ sanguinē vituloꝝ nolui. Cum veniretis ante conspectū meū: q̄s quesiuit hec de manibus vestris? Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum aboīatio est mihi. Iniqui sunt cetus vestri: cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos a vobis: ⁊ cū multiplicaueritis orationē non exaudiam. Manus em̄ vestre sanguine plene sunt. Ait autē rursus Esaias illud. xiiij. cap. Miserebit̄ dn̄s iacob: ⁊ eliget adhuc de isrl̄ ⁊ requiescere eos faciet super humū suā. Clamabunt ad dn̄m a facie tribulantis: ⁊ mittet eis saluatorem ⁊ ppugnatorem qui liberet eos. Et percutiet eos dn̄s plaga ⁊ sanabit eos: ⁊ reuertent̄ ad dn̄m ⁊ placabit̄ eis. ⁊ erit benedictio in medio terre cui benedixit dn̄s exercituū. Deus pater ait filio illud. Esa. vi. Quem mittam ⁊ quis ibit nobis? Fili⁹ respondit. Ecce ego: mitte me. Ad quē pater ait illud. Prouerb. vi. Fili si spoponderis ꝓ amico tuo: defixisti apud extraneum aīam tuam. Illaqueatus es verbis oris tui ⁊ captus pprijs sermonibus. Filius respondit. Que non rapui nunc exoluam: quia contempsit adam preceptum accipiens ex arbore pomū: sed quicquid adam perdidit ego inueniam. Ad quē pater ait illud. Miere. i. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gētes ⁊ regna. vt euellas ⁊ destruas dispdas ⁊ dissipes ⁊ edifices ⁊ plantes. Et cōuersus ad iusticiā ait. Propter scelus populi mei percute eum: ego dn̄s conteram eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam: videbit semen longeuū ⁊ voluntas mea in manu eius diriget̄. Pro eo ꝙ liberabit anima eius videbit ⁊ saturabitur in scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos ⁊ iniquitates eorum ipse portabit. Iusticia vo rn̄dit. Desiderauimus eum despectum ⁊ nouissimum virorum: virum dolorum ⁊ scientem infirmitatē

Unde nec reputauimus eū sed nos putaui
mus eū quasi leprosum ꝛ ꝑcussuz a deo ꝛ hu
miliatum. Et Esayas ait. Ipe em̄ vulneratꝰ
est ꝓpter iniq̄tates nostras: attritꝰ est ꝓpter
scelera nostra: disciplina pacis nostre super
eum: cuius liuore sanati sumus. Om̄s nos
quasi oues errauimus: vnusquisq̧ aūt ī viā
suā declinauit ꝛ dn̄s posuit in eo iniquitates
oīm nostrū. Filius dei rn̄dit patri: ita fiat pr̄
qm̄ sic placitū est ante te. Naz adā exemplū
meū ab adolescētia mea. ¶ Deus pater
ait iustitie. Uolo vt puniat̃ ƀm ade delicta:
q̄ ī paradiso voluptatis cōmisit ꝓ q̄bus ꝯdi
gnas luat penas. Et ꝟo qꝛ tu optime nosti
q̄ta ꝑparauerim infidelissimo ade: et quot
pctā in me admisit que cū illo ī principio af
fuisti. Propterea reduc in mediū singula et
vlciscar ꝛc. Justitia cū intellexisset ꝑceptuz
dei patris: omnia pctā ade ī mediū adduxit:
accusans eū acriter. Primo peccauit contra
donū iustitie originalis. A ꝑncipio em̄ cum
eū creasses manibus tuis: de eo confidens
posuisti in orto delitiarū vt operaret̃ ꝛ custo
diret illū absq̧ labore ꝛ lassitudine ꝛ sudore:
ac ipsius fructibꝰ vesceret̃ cui parasti lignuz
vite ne illum senecta consumeret: cui dedisti
dn̄ium omnis creature. Ipe aūt ocio vacās
nec opatus est nec custodiuit que mandasti
q̄nimmo ƀpens callide ipm̄ ingrediens: sub
uertit mentē vxoris eius cui adam assensit.
Deus pater ait. Propter īiustitiā hanc ade
iubeo vt xp̄s transeat ad ortum trans torrē
tem cedron vbi nō laborando sed ꝑcise orā
do expectet iudam velut serpentē in quo in-
troiuit sathanas. Joh. xiij. qui cū satellitibꝰ
suis ꝓcuret eius mortē ipm̄ ꝑsequendo. Sic
em̄ implebunt̃ due figure que hāc ꝑsecutio-
nem diu ante prenūciauerūt. Prima figura
est de dauid quem ꝓcuz absalon filius suus ꝑ
sequeret̃ vt ipm̄ ꝑuaret regno rex dauid trās
grediebat̃ torrentē cedron. Omnes autem
viri qui cū eo erant ꝛ reliqua multitudo fle-
bant ꝛ transibant: vt habet̃. ij. Regum. xv.
Secūda figura est de semei de cognatōe do
mus saul. cui dixit Salomon. Quacūq̧ die
transieris torrentē cedron scito te interficiē-
dum. Sāguis tuus erit sup caput tuum. iij.
Reg. ij. Implebunt̃ etiā visiones sanctoruz
ꝓphetarum. Prima est Esa. xxvij. In die il
la ꝑcutiet dn̄s ab alueo fluminis vsq̧ ad tor
rentem ꝛ vos cōgregabimini. Secunda est
Hiere. xxxi. Exibit ꝛ circuibit omnē vallem
cadauerū ꝛ omnē regionez montis vsq̧ ad
torrentē cedron. Tertia est Johel. iij. Fons
de domo dn̄i egrediet̃ ꝛ irrigabit torrentem
spinarū. Quarta est Amos. v. Reuelabitur
quasi aqua iudiciū: ꝛ iustitia quasi torrens.
Quibꝰ auditis egressus est iesus cū discipul̃
suis trās torrētē cedrō vbi erat ortꝰ in quē
introiuit ipe ꝛ discipuli eius dicens. Adam
exēplū meū ab adolescētia mea. ¶ Secūdo
dixit iustitia. Adam peccauit contra votum
quo se obligauit ƀuaturū lignum scie boni ꝛ
mali. Nam ratio naturalis dictat homini ꝙ
alicui superiori subdat̃ ꝓpter defectus quos
in seipo sentit in q̄bus eget ab aliquo supio
ri adiuuari ꝛ dirigi. Quicquid aūt illud sit ħ
est quod apud om̄s dicit̃ deus. Sicut autez
in rebus naturalibus naturaliter inferiora
subdunt̃ superioribus. Ita etiā rō naturalis
dictat homini ƀm inclinationē naturalem vt
ei quod est supra hominē subiectionē et ho-
norem exhibeat ƀm modum suum. Est aūt
conueniēs modus homini vt sensibilibus si
gnis vtatur ad aliqua exꝑmenda: qꝛ ex sensi
bilibus cognitionē accepit. ꝛ ideo ex natura
li rōne ꝓcedit ꝙ homo quibusdā sensibilibꝰ
rebus vtatur offerens eas deo in signuz de
bite subiectionis ꝛ honoris ƀm similitudinē
eorum que dn̄is suis aliqua offerūt in reco
gnitionem dominij. Hoc etiam videmus in
omni republica obƀuari ꝙ ciues suū recto-
rez aliq̊ signo singl̃ari honorāt qđ cuicunq̧
alteri deferret̃ esset crimen lese maiestatis.
Cuz aūt Adam ī statu innocētie subderetur
deo ꝛ nō alteri. Propterea debitum honorē
debebat deo aliquid illi offerendo que obla
tio dei erat sacrificiū. Duplex aūt sacrificiū
ꝓmisit Adam se oblaturum deo. Primo sa
crificium spūale interius quoad aīam suaz
quod offerret deo tanq̄ ꝑncipio sue creatō
nis: et fini sue beatitudinis ipm̄ deum ado-
rando: laudando: orando ƀm illud p̄s. Sa-
crificiū laudis honorificabit me. ꝛ Joh. iiij.
Eos qui adorant deum in spū ꝛ ꝟitate ado
rare oportet. Secundo sacrificium corporale
exterius quo per abstinentiam ligni sciētie
boni ꝛ mali seipsum deo dedicaret. hec duo
sacrificia cum integritate innocētie absq̧ ol
macula ꝛ culpa requirebat deus ab Adam
cum dixit Geneß. iij. De ligno sciētie boni ꝛ
mali ne comedas. In quacūq̧ die comede-
ritis ex eo morte moriemini. In eo ꝙ dixit
de ligno scie: notatur primū sacrificium. In
eo ꝙ dicit ne comedas: notatur secundū sa-
crificiuz. Tanta erat puritas illius status vt

hec duo sacrificia fuissent deo acceptissima:
tantoq̃ magis q̃to Adam obligauit se vo-
to ad ea persoluenda. Cũq̃ Adam violaue
rit vota sua per transgressionem mãdati dei:
non potest satisfieri iuste p pctõ ei⁹ nisi quis
tante puritatis ⁊ innocẽtie quãtaꝫ exigebat
ille status: offerat se in sacrificium deo quem
admodum paulus Heb. vij. dicit. Talis em̃
decebat vt nobis esset pontifex sanctus: ino
cens: impollutus: segregatus a peccatoribus
et excelsior celis factus qui nõ habet quotti-
die necessitatem quẽadmodum sacerdotes
prius p suis delictis hostias offerre. deinde
p populo. hoc em̃ fecit semel christus se offe
rendo. Deus pater ait. Propter trãsgressio
nem voti ade: quia me nõ laudauit adoran
do: glorificando: ⁊ exorãdo. iubeo vt christ⁹
oret in orto tribus vicibus: quia Adam sua
culpa offendit trinitatem diuinarum psona
rum. Sic em̃ implebunt due figure que hãc
orõnem prenũciauerunt. Prima figura est
de dauid qui fugiens in agrum facieꝫ saulis
persequẽtis eum: cadens pnus in terrã ado
rauit tertio. vt dicit p̊mi Regum. xx. Scõa
figura est de daniele qui cuꝫ comperisset legẽ
constitutaꝫ a dario rege tribus temporibus
in die flectebat genua sua ⁊ adorabat: confi
tebaturq̃ domino. Danielis. vi. Implebun
tur etiam visiones sanctorum pphetarum.
Prima est Exodi. xxxij. Moyses orabat do
minũ deum suum dicẽs. Cur domine irascit
furor tuus contra populum tuũ: quiescat ira
tua ⁊ esto placabilis super nequitia populi
tui. Secũda est thobie. iij. Thobias ingemu
it ⁊ cepit orare cum lachrymis dicens. Iu-
stus es domine: ⁊ omnia iudicia tua iusta
sunt: ⁊ omnes vie tue misericordia ⁊ veritas
et iudicium: ⁊ nunc domine memento mei:
et fac s̃m voluntatem tuam deus mecũ. Ex
pedit em̃ mihi mori magis q̃ viuere. Tertia
est Hieremie. xxix. Querit pacem ciuitatis ⁊
orat pro ea ad dominuꝫ: quia in pace illius
erit pax vobis. Quarta est Baruch primo.
Pro nobis orate ad dominũ deum nostruꝫ
quia peccauimus domino deo nostro: ⁊ nõ
est auersus furor eius a nobis vsq̃ in diem
hanc. Quibus auditis christus progressus
pusillum: procidit in faciem suam orans et
dicens. Pater mi si possibile est trãseat a me
calix iste. verũtamen non sicut ego volo: sed
sicut tu. Et orauit tertio eundem s̃monem
dicẽs. Pater mi si non potest hic calix trãsi-
re nisi bibam illum. fiat voluntas tua. Mat.
xxvi. ¶ Ista petitio de trãslatiõe calicis di
uersimode a sanctis exponitur. Hylari⁹ em̃
super mattheum dicit. Non autem vt calix a se
transeat: rogat non vt ipse ptereat orat. sed
vt in alterũ id qđ a se transit: excedat: atq̃
ideo pro his orat qui passuri post se erant vt
sit sensus. quomodo a me bibitur calix passi
onis: ita ab his bibatur sine spei diffidentia
sine sensu doloris: sine metu mortis. ⁊ ita si
intelligatur q̃ petierit per hoc alios marty-
res sue passionis imitatores fieri: omnino ĩ
pletum est quod petiuit. Hieronymus expo
nit sic. Signãter dicit calix iste h̊ est popli iu
deoꝝ q̃ excusationẽ ignorãtie hr̃e nõ poterit
si me occiderit habens leges ⁊ pphetas qui
de me vaticinant. Et ita si intelligatur q̃ pe
tierit vt calicem passionis et mortis non bi-
beret a iudeis: non quidem est factum quod
petijt. Dyonisius alexandrinus exponit sic.
Non dicit. Transfer calicem istũ a me nõ hoc
est non adueniat mihi. Nisi enim aduenerit
transferri non poterit: sed sicut quod petierit
nec intactum est nec permanẽs est: sic salua
tor leuiter inuadentem temptationem flagi
tat pelli. Et ita si intelligatur petiuisse q̃ ti-
mor bibendi calicis eum nõ perturbaret om
nino est factum quod petijt. Ambrosi⁹ autẽ
origenes ⁊ crisostomus dicunt q̃ hoc petijt
quasi homo naturali voluntate mortẽ recu
sans: Et ita si intelligat ipsuꝫ petiuisse q̃ nõ
biberet calicem passionis vel mortis nõ est
factum quod petijt: quia ratio que petitõeꝫ
proposuit nõ volebat vt hoc impleretur: sed
ad instructionem nostram volebat demon-
strare nobis suam voluntatem naturaleꝫ: ⁊
sensualitatis motum queꝫ sicut homo habe
bat. q̃uis autem non fuerit exaudit⁹ tamen
patienter dixit Adam ⁊c. ¶ Tertio dixit iu
stitia. Adam peccauit contra prudentiaꝫ p
precipitationem. Sicut enim tu deus omni-
potens instituisti corpus ade ita perfectum
vt posset generare: ita instituisti animã eius
ita perfectam vt nõ solum seipsum q̃nimmo
totum vniuersum posset regere ⁊ gubernare
infundendo sibi scientiam omniũ rerum. vt
patet ex nominibus que imposuit singlis re
bus vt habet Genesis tertio. Precipitatio
autem in actibus anime: metaphorice dicit
s̃m similitudineꝫ a corporali motu acceptã.
Dicitur autem precipitari s̃m corporalẽ mo
tum quod a superiori in ym a peruenit s̃m ĩ
petum quẽdam pprij motus vel alicui⁹ im-
pellentis non ordinate incedẽdo p gradus

medios. Summū autē anime est ipa ratio
ymum vero est operatio per corpus exerci-
ta. Gradus autem medij per quos oportet
ordinate descendere sunt memoria preteri-
torum: intelligentia presentium: solertia in
considerandis futuris euentibus: rōcinatio
conferens vnum alteri. docilitas per quam
aliquis acquiescit sentētijs maiorū. ꝑ quos
quidem gradus aliquis ordinate descendit
recte consiliando. Si quis autem ferat ad
agendum: per impetuum voluntatis vel
passionis: pertrāsitis huiusmodi gradibus
dr precipitatio ſm illud Prouerb. iiij. Ne de
lecteris in semitis impiorū nec tibi placeat
malorum via. fuge ab ea: nec transeas per
illam. declina ⁊ desere eam. via enim impio-
rum tetebrosa: nesciunt vbi corruant. ſi Adā
preuiderat casum dyaboli ⁊ ruinā eius. Pre
uiderat etiam transgressionem Eue vxoris
sue. et tamen precipitauit in peccatum: poti⁹
credendo serpenti dicenti. Nequaꝗ morie-
mini: ꝙ deo cōmināti. In quacūqꝫ die come-
deritis ex eo morte moriemini extendendo
manum per ineptam letitiam ad pomum ve
titum: immo post transgressionē in nullo cō-
tristatus est nec veritus est tuam maiestatē
offendere. Deus pater ait. Propter precipi
tationem qua imprudenter Adaꝫ peccauit
non attendens ad considerandum malum
futurum quod ei comminatus fueraꝫ. iubeo
vt christus consideret ⁊ apprehendat malū
mortis sine vlla spe euadendi ſm infirmita-
tem carnis. et qua apprehensione vehemen
ti tristetur et mortem timeat. Sic enim im-
plebuntur due figure que hanc tristitiam et
timorem prenunciauerunt. Prima figura ē
de Jacob qui audiens a nuntijs ꝙ Esau fra
ter suus properaret in occursum eius cum q̄
dringentis viris ait. Deus patris mei erue
me de manu fratris mei: quia valde eum ti-
meo. Genesis. xxxij. Secūda figura est de he
lya qui timens mortem fugiebat a facie Je
zabel. tertij Regum. xix. Implebunt etiam
visiones sanctorum prophetarum. Prima
est primi Esdre nono. Ego sedebam tristis
vsqꝫ ad sacrificium vespertinum. Secunda
est Esa. xxix. Circumuallabo ariel: et erit tri-
stis ⁊ merens. Tertia est Trenorum ꝑmo.
Uide domine quoniam tribulor conturba-
tus est venter meus. Subuersum est cor
meum in me quoniaꝫ amaritudine plenus
sum Foris interficit gladius: ⁊ domi mors
est. Quarta est Baruch secundo capitulo,
Anima tristis est super magnitūdine mali-
tie ⁊ incedit curua ⁊ infirma ⁊ oculi deficiūt
G Quibus auditis christus assumpto pe
tro et duobus filijs zebedei cepit cōtristari
et mestus esse. tunc ait illis. Tristis est ani-
ma mea vsqꝫ ad mortem. Matthei. xxvi. c.
Et ipse cepit tedere ⁊ pauere. Marci. xiiij. c.
Hec tristitia exponitur diuersimode a sctis.
Hieronymus enim super Mattheuꝫ dicit.
ꝙ dominus noster vt veritatem assumpti ꝓ
baret hominis. vere quidem cōtristatus est
sed ne passio in animo illius dominaretur.
dicitur ꝙ cepit contristari vt passio perfecta
intelligatur. quādo animo id est rationi do
minatur. Passio autem quādo est inchoata
in appetitu sensitiuo: sed vlterius non se ex-
tendit. Ambrosius tertio de trinitate dicit.
Ut homo tristitiam habuit: suscepit eniꝫ tri
stitiam meam. confiteor in eo tristitiam: in
quo crucem predico. Sāctus Thomas ter
tia parte. questione. xv. articulo sexto. dicit.
Motiuum tristitie fuit malum interius ap-
prehensum siue per rōnem siue per ymagi-
nationem: sicut cuꝫ aliquis tristatur de amis
sione gratie vel pecunie. Potuit autē anima
christi interius apprehendere aliquid vt no
ciuum et quātum ad se: sicut passio et mors
eius fuit. ⁊ quātum ad alios: sicut peccatum
discipulorum vel etiam iudeoruꝫ occidentiū
ipsum: ⁊ sic in eo fuit vera tristitia. Hylari⁹
decimo de trinitate dicit. Interrogo vos q̄
hoc ita existimatis: vt mori timuerit qui om
nem ab apostolis mortis timorem expellēs
ad gloriam eos sit martyrij exhortatus: hic
excludit timorem quo ad necessitatem ti-
mendi que non fuit in christo. tamen vt pro
baret veritatem humane nature voluntarie
tristitiam et timorem assumpsit: dicens.
Adam exemplum meum ab adolescentia
mea ¶ Quarto instiria dixit. Adam pecca
uit contra temperantiam per immoderatio
nem. Tu deus creasti Adam summa puri-
tate et innocentia: quem omnibus virtutib⁹
dotasti: et ne passiones appetitus sensitiui
insurgerunt contra iudicium rationis. Dedi
sti ei virtutem temperantie ſm illud Augu.
homelia vndecima. vt habetur de penitētia.
distinctione secunda. §. Romanos. dicens
sic. Princeps vitiorum omnium dum vi-
dit Adam ex limo terre ad ymaginem dei
factum: pudicitia ornatum: temperantia
compositum: charitate splendidum: pri-
mos parentes illis donis ac tantis bonis

expoliauit pariter ac peremit. Adam amissa
temperantia intemperās factus est: perdita
charitate malus inuētus est: hec ibi. Tempe
rantia em̄ significat temperiē ⁊ moderatōez
quam ponit ratio in humanis operatiōibus
et passionibus ẜm illud Ambro. primo, de
officijs. In temperātia maxime trāquillitas
animi spectatur. Nam temperantia retrahit
ab his que contra rōnem appetitū alliciunt.
cuz appetitus hominis maxime corrumpatᷣ
per ea quibus allicitur homo ad recedenduz
a regula rōnis ⁊ legis diuine. Primus eniz
motus appetitus sensitiui p̄cipue repugnat
rōni per immoderantiā ẜm ꝙ appetitus sen
sitiuus tendit in bona sensibilia ⁊ corporalia
non ẜm modū rōnis. Dicit em̄ Augu. libro
de moribus ecclesie. Ut munus temperantie
est in coercendis sedādisꝫ cupiditatibus q̄
bus inhiamus in ea que nos auertūt a legi-
bus dei ⁊ a fructu bonitatis eius. Et phūs
tertio Ethicoꝝ dicit ꝙ temperatꝰ appetit de
lectabilia ꝓpter sanitatē vel bonam habitu-
dinem. Quedā autē sunt impeditiua sanita
tis vel bone habitudinis. ⁊ his nullo modo
vtitᷣ temꝑatus. hoc em̄ esset pctm̄ ꝯtra tem-
perantiam. Nam intemperātia est circa dele
ctationes: quarū appetitus nō est adeo ne-
cessarius ad vite conseruationē. sicut adam
cōcupiuit fructū sciē boni ⁊ mali. nō sibi ne-
cessariū ad nutrimentū nec ad ꝑpetuitatem
vite cū sufficiēter illi ꝓuidisses de alijs lignis
dicens. De omni ligno quod est in paradiso
dei comede. Gen̄. ij. Deus pater ait. ꝓpter
immoderationē qua adam cōcupiuit esum
ligni vetiti appetitu sensitiuo cōtra ordinem
rōnis ⁊ legem dei: iubeo vt xp̄s graueᷣ forti
pugna inter sensualitatē ⁊ rōnem humanā.
Sic em̄ implebuntᷣ due figure q̄ hāc pugnā
ꝓnunciauerūt. Prima figura est de iacob q̄
timens esau: orans luctabatᷣ cuz āgelo. gen̄.
xxxij. Secūda figura est de duobus angelis
pugnātibus cōtra inuicē ꝓ liberatione ppl'i.
dū daniel tremēs oraret ꝓ liberatiōe eiusdē
populi. Dan̄. x. Implebuntᷣ etiam visiones
sanctoꝝ ꝓphetarum. Prima est Exo. xxxij.
Ululatus pugne auditᷣ in castris. Secunda
ē. ij. Paralip. xviij. Mutatoꝫ rex israel ha-
bitu venit ad bellū. Tertia est Job. xxxviij.
Ingressus es thesauros grādinis quā p̄pa
raui in tempus hostis in diez pugne et belli
Quarta est Esa. xix. Pugnabit vir ꝯ fratrez
suum ⁊ vir contra amicū suum. Quibus au
ditis christus factus in agonia ꝓlixius ora
bat. Luce. xxij. Ista pugna diuersimode ex-
ponitᷣ a sanctis in determinatiōe sexte syno
di dꝛ sic. Predicamus in xp̄o duas natura-
les voluntates nō cōtrarias. iuxta quod im
pij heretici sed sequentem eius humanā vo-
luntatem et nō resistentem vel reluctantem
sed potius subiectam eius diuine atꝫ omni-
potenti voluntati. Damascenus libro scd̄o
sententiarū dicit ꝙ agonia nō fuit in christo
quātum ad partem anime rōnalem ẜm ꝙ i
portat concertationem volūtatum ex diuer-
sitate rōnis ꝓcedentem. puta cum aliq̄s ẜm
ꝙ ratio cōsiderat vnum vult hoc. ⁊ ẜm ꝙ cō
siderat aliud vult cōtrarium. hoc em̄ contin-
git ꝓpter debilitatem rōnis que non potest
dijudicare quid sit melius: quod in xp̄o non
fuit: quia per suam rōnem iudicabat simpl'r
esse melius quod per eius passionē implere-
tur voluntas diuina circa salutem humani
generis. Fuit tamen in christo agonia q̄tū
ad partem sensitiuā ẜm ꝙ importat timorē
infortunij imminētis. Athanasius lib. ꝯtra
appollinarium dicit ꝙ quādo christus dicit
pater si possibile est trāseat a me calix. tamē
non mea sed tua volūtas fiat. Et iterū spūs
quidem promptus est: caro aūt infirma: du-
as voluntates hic ostēdit: humanā q̄ ꝓpter
infirmitatē carnis refugiebat passionem et
diuinā eius promptam. Sanctus thomas
iij. parte. q. xviij. arti. vi. dicit. ꝙ licet volūtas
naturalis ⁊ volūtas sensualitatis in xp̄o qui
dem aliud voluerit q̄ volūtas diuina et vo-
lūtas rōnis in ip̄o: non tamen in eo fuit ali
qua contrarietas volūtatum: quia neꝫ eius
voluntas naturalis neꝫ voluntas sensuali
tatis repudiabat illā rōnem ẜm quā diuina
voluntas et volūtas rōnis humane in xp̄o
passionem volebat. Uolebat enim volūtas
absoluta in christo salutem humani generis
Nam nihil ꝓhibet aliquid esse contrariū vo
luntati ẜm se quod tamē est volitum ratiōe
finis ad quem ordinaᷣ: sicut medicina ama
ra non est ẜm se volita sed soluz ẜm ꝙ ordi
natur ad sanitatem. Et hoc modo mors xp̄i
et eius passio fuit ẜm se considerata inuolū
taria ⁊ tristitiam causās: licet fuit volūtaria
in ordine ad finez que est redemptio huma
ni generis. Sicut etiaz in aliquo puro homi
ne sensualitas eius ⁊ volūtas absolute con-
siderata refugit vstionem quam tamē volū
tas ẜm rōnem eligit ꝓpter finem sanitatis.
Uolūtas autem dei erat vt christus dolores
et passiones ⁊ mortem pateretᷣ, non ꝙ ista

essent volita a deo ẜm se: sed ex ordine ad fi-
nem humane salutis. Unde patet ꝙ xp̄us
ẜm voluntatē que est ꝑ modum rōnis semꝑ
idem volebat qd̄ deus. cuꝫ dicit. Non sicut
ego volo sed sicut tu. ẜm autem voluntatem
sensualitatis ⁊ ẜm voluntatē rōnis q̄ consi
deretur per modū nature aliud poterat velle
q̄ꝫ deus: ⁊ ẜm hoc factus est in agonia vt osten
deret qm̄ in nobis per concupiscentiam car
nis impedit aut retardat cōcupiscētia spūs
ẜm illud Gal. v. Caro cōcupiscit aduersus
spm̄ dicēs. Adā exēplū meū ab adolescētia
mea. ¶ Quinto iustitia dixit. Adā peccauit
contra fortitudinē ꝑ intimiditatē. Tu deus
ne voluntatē eius aliquod delectabile repel
leret ab eo quod esset ẜm rectam rationem:
ꝓpter aliquod difficile quod incumberet. de
disti ei fortitudinē mētis q̄. s. his difficilibꝰ
resistere possꝫ. Unde Ambrosiꝰ libro p̄mo
de officijs dicit. Nō mediocris est animi for
titudo que sola defendit ornamenta ꝟtutuꝫ
omniū ⁊ iudicia ostēdit: que inexpiabili pre
lio aduersus oīa vitia decertat: inuicta ad
labores: fortis ad pericla: rigidior aduersus
voluptates. Fortis viri est non dissimulare
cum aliquid immineat sed pretēdere. ⁊ tāq̄ꝫ
de specula quadam mētis obuiare. cogitatōe
ꝓuida rebus futuris: hec ille. Ne forte dicat
ideo in ista incidi: quia nō arbitrabar posse
euenire. Adam ergo debuit p̄meditari velut
fortis animo que poterant sibi imminere vt
eis resistere posset. Quia em̄ tu deus prescie
bas eum debere a serpēte tentari ne tēpta-
tioni succumberet: dedisti ei fortitudinem q̄
resistere poterat. Unde Augustinus lib. xi.
super Geñ. ad lr̄am dicit. Non mihi videtur
magne laudis futurum fuisse hominē: si ꝓ
pterea posset bene viuere: q̄a nemo male vi-
uere suadebat. cum etiā in natura ⁊ potesta
te haberet velle nō consentire suadenti. Tu
insuper minatus ei fueras periculū mortis
ex tali consensu. Ipse autem tanq̄ꝫ ipauidus
⁊ intimidus abiecta animi fortitudine te ne
glecto tētatori adhesit. Deus pater ait. Pro
pter intimiditatem ade: quia non timuit pe-
riculum mortis. iubeo vt xp̄us presentiens
forti meditatione pericula sibi imminentia
sudet sanguinē. Sic em̄ implebunt due figu
re. Prima figura est de libro testamēti asper
so sanguie. Exo. xxiiij. Secūda figura est de
amasa qui iacet in terra aspersus sanguine.
ij. Regum. xx. Implebuntur etiaꝫ visiones
sanctorum ꝓphetaruꝫ. Prima est. iiij. Reg.
tertio. Videruntq̄ꝫ Moabite aquas rubras
quasi sanguineꝫ. Dixeruntq̄ꝫ: sanguis gladij
est. Secūda est Esa. nono. Uestimentū tuū
mixtum est sanguine. Tertia est Hieremie
secundo. In alis tuis inuentus est sanguis
Quarta est Ezech. xvi. Uidi te conculcari san
guine tuo. ⁊ dixi tibi cum esses in sanguine
tuo viue. Quibus auditis factus est sudor
xp̄i sicut gutte sanguinis decurrētis in t̄ram.
Super quo dicit Augustinus. Angustias
quidē corporis tui domine iesu indicabat su
dor ille sanguineus qui in hora passionis de
sanctissima carne tua decurrebat in terram.
Crisostomus dicit. Ut non videret ex ypo-
crisi ꝓlixius orare: sudores insuꝑ fluūt sicut
riuulus sanguinis. Sudor fluit ex vehemen
tia anxietatis: sed gutte sanguinis nō natu-
raliter sed miraculose fluxerunt. Unde hoc
fuit singulare in xp̄o sanguinis inq̄ꝫ decurrē
tis in terram ad ostendēdum ꝙ ꝑ terra. id ē
ecclesia adhuc militātē in terra orabat ⁊ san
guinem suū fundebat et ip̄am suo irrigataꝫ
sanguine fecundabat. In sudore notat fer-
uor: in sanguine p̄cium: in decursu abundan-
tia: in guttis particularis efficacia: q̄uis eēt
vniuersalis sufficiētia. Glosa dicit ꝑ terraꝫ
sanguine irrigatā: declarat ꝙ effectum sue
precis iam obtineret vt fidem. s. discipulorū
quaꝫ terrena adhuc arguebat fragilitas suo
sanguine purgaret. ⁊ quicquid illa scandali
in morte eius ꝑtulisset: hoc totum ipse mori
endo deleret. sed ⁊ totum mundum peccatis
mortuum resuscitaret ad vitam. Propterea
dixit xp̄s. Adam exemplū meum ab adole-
scentia mea. ¶ Sexto iustitia dixit. Adā
peccauit per accidiam quo ad euagationeꝫ
mentis circa illicita. Nā accidia est quoddā
tedium operandi. vt ptꝫ ꝑ glosam suꝑ illud
p̄s. Omnē escam abominata est aīa eoruꝫ
cum sit torpor mentis bona negligentis in-
choare. Procedit em̄ accidia ex contemptu
quo quis bona que possidet contēnit propt
quod mens recedit a bono diuino cui opor-
tet de necessitate inherere. Unde quia bona
que habet quasi mala vel vilia reputat. ideo
tristatur. Etiam ex tristitia a spiritualibus
transfert se ad delectabilia exteriora per eua
gationeꝫ mentis circa illicita. Equissime do
mine cum tot ac tantis donis hunc Adam
dotaueris: te contempto ac bonis tuis a te
recessit transferens se ad vetita sibi ⁊ ꝓhibi
ta: dona tua vilia reputādo de quo dicit in
p̄s. Homo cum in honore esset nō intellexit

comparatus est iumentis insipientibus ⁊ si
milis factus est illis. Deus pater ait. Propt
tedium quod habuit adam in bonis nostris
spũalibus iubeo vt xp̃us ex timore mortꝭ ha
beat tedium ꝓpter quod indigeat conforta-
ri per angelum. Sic enim implebuntur due
figure. Prima figura est de gedeone q̃ post
timorem prelij cum inimicis confortatꝰ fuit
ab angelo. Judic. vi. Secunda figura est de
daniele qui dicit. Vidi ego daniel solus visi
onem porro viri qui erant mecum non vide
runt. Ego autem relictus solus vidi visionẽ
hanc grandem et nõ remansit in me fortitu
do: sed ⁊ species mea commutata est in me:
nec habui in me quicq̃ virium: sed iacebam
consternatus super faciem meam: vultusq̃
meus herebat terre: ⁊ tetigit me quasi visio
hominis. et cõfortauit me ⁊ dixit. Noli time-
re. pax tibi. esto robustus. cũq̃ loquereť me
cum conualui: quia confortauit me. Dañ. x.
Implebunť etiam visiones sanctorum pro-
phetarum. Prima est Neemie quarto. Noli
timere faciem eorum domini magni ⁊ terri
bilis memento: ⁊ pugna ꝑ fratribus tuis: et
confortate sunt manus mee in bono. Scd̃a
est Esa. xlij. Dominus sicut fortis egredieť
sicut vir preliator suscitabit zelum. Vocifera
bitur et clamabit ⁊ super inimicos suos con
fortabitur. Tertia est Ezech. tertio. Spiritꝰ
quoq̃ leuauit me ⁊ assũpsit me ⁊ abij ama-
rus in indignatione spũs mei: manus enim
domini erat mecum confortans me. Quar-
ta est Naum secũdo. Contemplare viã. con
forta lumbos tuos: robora virtutem valde.
Quibus auditis iesus cepit tedere. Appa-
ruit autem illi angelus de celo ꝯfortans euȝ
Luce. xxij. Angelus gabriel p̃sentauit xp̃o
ex vna parte omnia peccata hominum: ⁊ ex
alia parte meritum passionis sue: ⁊ dixit ei.
Domine iesu christe fili dei. aut accipe passi
onem ⁊ sustine. et omnes saluabuntur: aut
dimitte mortem ⁊ omnes damnabunť. Cõ-
stãs esto domine mi: saluare venisti genus
humanum per hanc mortem que cito transi
bit. cur trepidas in bello qui ꝟtute potentie
omnibus p̃ciparis? Succurre mundo per
dito: clamant ad te voces humani generis.
Non decet te recusare conflictuȝ qui causaȝ
prelij assumpsisti. sicut dignatus es ꝑ omni
bus nasci: sic debes ꝑ omnibus mori. Tuum
non est fugere cuiꝰ est alios animare. recor-
dare ꝓmissionis tue: qua patri te venturum
obtulisti ad hominẽ liberandum ⁊ a manu
dyaboli redimendum. Si ergo sic fugis vt ti
meas mortem crucis: nil restat nisi vt afflictꝭ
maiorem inducas afflictionem. Unde Jo-
hannes baptista qui capite minutus est: te
mundi redemptorem ostendit ⁊ iam limbo
aduentus tui p̃ntiam nũciauit. Quid faciet
ergo testimonium veritatis si ꝟitas negat?
Sume ergo vexillum crucis ⁊ victoriã mũdi
deuicto dyabolo cuȝ gloria consequeris. Cui
christus ait. Nunc iudicium est mundi: nũc
p̃nceps huius mundi eijcietur foras: quiaȝ
adam exemplum meum ab adolescẽtia mea

¶ Septimo iustitia ait. Adam peccauit per
discordiam et odium dei ⁊ ꝓximi: quia scien
ter ⁊ ex intentione dissensit a te qui es sum-
mum bonum. Voluntas autez hominis in
herens immobiliter summo bono est q̃dam
regula recta a qua pctm̃ est discordare. Sũt
etiam quidam effectus dei qui repugnant
inordinate voluntati: sicut inflictio pene et
cohibitio peccatorum per legem diuinã que
repugnat voluntati deprauate ꝑ peccatum
Et sic deus odio habetur inq̃tum app̃hẽdiť
vt peccatorum ꝓhibitor ⁊ penaruȝ inflictor.
sed adam deuiauit a lege tua per quam ꝓhi-
buisti sibi peccatum transgressionis. te autẽ
odiuit per cõminationem pene qua ipsum
exterruisti. Etiam concepit odium cõtra euã
que sibi obtulit de ligno vetito estimans q̃
ip̃m decep erit aut violentiam intulerit. quo
rum neutrum fecit. In signum odij eã asper
rime apud tuam maiestatem accusauit. Di-
xit deus pater. Pro eo q̃ adaȝ peccauit per
discordiam ⁊ odium contra me: derelinquen
do charitatem ⁊ legem meam: iubeo q̃ xp̃s
tradatur a iuda discipulo suo per odium cõ
ceptum contra ip̃um: ⁊ hoc fiat per signum
amicitie. scȝ per osculum. Sic enĩ implebunť
due figure. Prima est de Joab qui simulans
pacem cum Abner quem odiebat percussit
illum in ebron in inguine. ij. Reg. iij. Scd̃a
est de Joab qui manu dextera tenuit mẽtũ
amase quasi osculans eum: quem Joab per
cussit in latere ⁊ effudit intestina eius vt hꝫ
ij. Regum. xx. Implebunť etiam visiones
sanctorum ꝓphetarum. Prima est. ij. Reg.
xv. Cum accederet ad eum homo vt saluta-
ret illum extendit manus suas ⁊ apprehen-
dens osculatus est euȝ. Secunda est secũdi
Regum xix. Cũq̃ transisset vniuersus po-
pulus ⁊ rex iordanem osculatus est rex ber-
zellay ⁊ benedixit ei. ¶ Tertia est Hiere xv.
Ve mihi mater mea quare genuisti me virũ

rixe: virum discordie: in vniuersa terra? Omnes maledicunt mihi dicit domin⁹. Quarta est Ezech. xvi. Ecce ego extendam manum meam super te: ⁊ dabo te in manus odientium Quibus auditis. Ecce vnus de duodecim venit: ⁊ cum eo turba multa cuȝ gladijs et fustibus missi a pͥncipibus sacerdotum ⁊ senioribus populi. Qui autem tradidit eum dedit ei signum dicens. Quēcunq; osculat⁹ fuero: ip̄e est: tenete eum. Dixitq; illi iesus. Amice ad quid venisti? Potest enim legi interrogatiue: ⁊ tunc est sensus. Sic rependis mihi pro tot ac tantis beneficijs que tibi cōtuli. Hieremie. xviij. Nunquid reddit̄ ꝓ bono malum? Feci te discipulum meum: dispēsatorem meum: grām miraculorum cum ceteris condiscipulis meis tradidi tibi: feci te amicum meum. Johannis. xv. Vos autem dixi amicos: quia omnia que audiui a patre meo nota feci vobis. Potest etiam legi indicatiue: et tūc est sensus: quia hec est hora et tempus quo tradar in manus peccatorum: ꝓpterea fac illud ad quod faciendū venisti quēadmodum in cena dixit. quod facis fac citius. Johannis. xiij. Sepius voluerunt iudei christum capere: ⁊ tunc aut timuerūt plebem credentem in eū: aut non potuerunt: q2 Jesus transiens per medium illorum ibat. Luce quarto. Nunc auteȝ dicit tempus sue passionis aduenisse: quia adam exemplum meum ab adolescentia mea. ¶ Octauo iustitia ait. Adam peccauit per astutiā ad quā pertinet sumere vias non veras: sed simulatas et apparentes ad aliquem finem prosequendum vel bonum vel malum. Quicūq; autem cogitat aliquod maluȝ facere necesse est ꝙ excogitet aliquas vias ad hoc ꝙ suuȝ propositum impleat. Etiaȝ plerunq; cogitat vias dolosas quibus facilius suum propositum consequatur. Propterea dicit Paulus secūde Corinth. quarto. Abdicamus occulta dedecoris non ambulātes in astutia. adā vero excogitauit falsam viam perueniendi ad similitudinem tue diuinitatis per gustuȝ ligni vetiti quo degustato ab illo loco aufugit cogitans ne videres eum: aut inuenires ⁊ sic aufugeret penam pro transgressione. Deus pater dixit. Pro eo ꝙ Adam mala vsus est astutia in rapiendo equalitatē mee diuinitatis et fugiēdo terrorem mee iustitie et equitatis. iubeo vt christus gustato typico pascha ad ortum transeat vbi ab inimicis suis inueniatur: ⁊ ne fugiat manus ipsorum obuiet iude ⁊ cohorti sue. capiendus et vinciendus ab eis. Sic enim implebuntur due figure. Prima figura ē de Saul q̄ cert⁹ mortis sue occurrit Philisteis. primi Reg. xxxi. Secunda figura est de iuda machabeo qui cum gentes parate essent venire ad ipsum in prelium: venit obuiam illis. pͥmi machabeorum q̄rto. Implebuntur etiam visiones sanctorum prophetarum. Prima est. pͥmi Regum quarto. Egressus est israel obuiam philisteis in prelio. Secunda est pͥmi Regum nono. Apparuit Samuel egrediens obuiam eis. Tertia est primi Paralip. xiiij. capitulo. Dauid egressus est obuiaȝ eis scilicet philisteis. Quarta est secundi Paralippomenō. xxv. capitˡo. Ea tempestate erat in Hierusalem propheta domini qui egressus est obuiam exercitui venientium. Quibus auditis iesus venit ad discipulos suos ⁊ inuenit eos dormientes. ⁊ dicit Petro sic. Non potuisti vna hora vigilare mecum. Vigilate et orate vt non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma. Tunc venit ad discipulos suos. ⁊ ait illis. Dormite iam et requiescite. ecce appropinquauit hora: et filius hominis tradetur in manus peccatorum. surgite eamus. Ecce appropinquauit qui me tradet: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. ¶ Nono iustitia dixit. Adam peccauit per ingratitudinem beneficiorum dei. Nam recompensatio gratie respicit beneficium ꝓm voluntatem benefacientis in qua quidem hoc commendabile videtur: q2 gratis beneficium contulit ad quod non tenebatur. Et ideo qui beneficium accipit ad hoc obligatur ex debito honestatis: vt similiter gratis aliquid impendat: quod nō videtur facere nisi excedat quantitatem accepti beneficij. Ideo philosophus quinto Ethicorum dicit. Refamulari oportet ei qui grām fecit ⁊ rursus ip̄m incipere: sed Adam in sui creatione: tot ac tantis dotatus est beneficijs ex quibus nihil recompensauit nec gratias egit immo contra te benefactorem suum insurrexit. Propterea merito beneficia sunt ab eo subtrahenda. Deus pater ait. ¶ Propter ingratitudinem qua Adam rupit vinculum iustitie originalis: per quod gratias mihi agere debebat pro beneficijs cōpluribꝰ a me liberaliter perceptis. Jubeo

vt xp̄us ab inimicis ꝛ emulis suis compre-
hendatur ꝛ ligetur. Sic em̄ implebunt due
figure. Prima figura est de archa dn̄i que ca
pta fuit a philisteis inimicꝭ populi dei. i. Re
gum. iiij Secunda figura est de Sansone q̄
voluntarie fuit ligatus a philisteis inimicis
Judic̄. xv. Implebunt etiaꝫ visiones sancto
rum ꝓphetarum. Prima est Judic̄. xv. Li-
gauerūt eū duob⁹ nouis funib⁹. Secūda est
ps. Persequat inimicus aīam meā ꝛ com-
prehendat ꝛ cōculcet in terra vitam meā: ꝛ
gloriā meā in puluerem deducat. Tertia est
Job. xxxix. Vincula eius quis soluit. Quar-
ta est. Ezech. iij. Et tu fili hoīs ecce data sūt
super te vincula ꝛ ligabūt te in eis: ꝛ nō egre
dieris in medio eorum. Quibus auditis co
hors ꝛ tribunus ꝛ ministri iudeoꝝ cōprehē
derunt iesum ꝛ ligauerūt eum: ꝛ tenuerunt.
In illa hora dixit iesus turbis. Tanq̄ ad la
tronē existis cū gladijs ꝛ fustibus cōprehen
dere me. Quotidie apud vos sedebā in tem
plo docens: ꝛ non me tenuistis. Hoc autez
totū factū est vt implerent scripture ꝓphe-
tarū: sed nunc est hora vestra ꝛ potestas te-
nebrarū. qm̄ adam exemplū meū ab adole-
scentia mea. I ¶ Decimo iusticia dixit. a-
dam peccauit per contēptū mandatoꝝ dei.
Tu deus oīpotens ad custodiā ade ꝛ filioꝝ
eius deputasti in paradiso cōsortia sanctoꝝ
angeloꝝ q̄bus inspirantibus tua mandata
seruaret. Unde Greg. iiij. lib. dyalog. dicit.
In paradiso quoq̄ assueuerat homo verbo
dei perfrui bonoꝝ angeloꝝ inspirationibus
cordis mundicia ꝛ celsitudine visionis inter
esse. Etiā psal. dicit. Angelis suis deus man
dauit de te: vt custodiāt te in oībus vijs tuis
Duo em̄ mandata huic hoī dedisti. vnū affir
matiuū: scꝫ de oī ligno quod est in paradiso
dei comede: ꝛ hoc obligabat semꝑ: sed non
ꝓ semper. Solū aūt ꝓ loco ꝛ tēpore bm̄ q̄
ministerio angeloꝝ ei reuelasset. Aliud ne-
gatiuū: scꝫ de ligno scientie boni ꝛ mali ne cō
edas ꝛ hoc obligabat semꝑ ꝛ ꝓ semꝑ. Adā
autem contēpsit consortia angeloꝝ ꝛ adhe-
sit consortio serpētis ꝛ eue. vnde spreuit mā
data que sibi dederas sub cōminatione mor
tis. Deus pater ait pro eo q̄ adam spretis
angelis ministris meis acceptauit suasionē
angeli apostatici ore serpentino per mulie-
rem transmissam: iubeo vt christus in maio
ri pressura derelinquatur ab amicis ꝛ disci-
pulis suis que ab ipso apostatent ꝛ euꝫ ne-
gent. Sic em̄ implebuntur due figure. Pri-
ma figura est de Sansone cuius caput radet
tur. in q̄ precipua eius fortitudo cōcludebat
Judic̄. vi. Secunda figura est de Sedechia
rege comprehenso ꝛ ligato a caldeis a quo
omēs qui erant cum eo fugerunt: ꝛ ad varia
loca sunt dispersi. iiij. Regum. xxv. Imple-
buntur etiam visiones sanctoꝝ ꝓphetaruꝫ.
Prima est Judic̄. xx. Filij beniamin cum se
inferiores esse vidissent ceperunt fugere q̄d
cernentes filij israel dederunt eis ad fugien
dum locum. Secunda est. iiij. Regum. xxv.
Persecutus est exercitus caldeoruꝫ regem
comprehenditq̄ euꝫ ꝛ omēs bellatores qui
erant cum eo dispersi sunt ꝛ reliquerunt eū.
Tertia est psal. Amici mei ꝛ ꝓximi mei ad
uersum me appropinquauerunt ꝛ steterūt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et
vim faciebant qui querebant animā meam
Quarta est. Job. vi. Ecce non est auxilium
mihi in me: ꝛ necessarij quoq̄ mei recesse-
runt a me. Fratres mei preterierūt me sicut
torrens qui raptim transit in conuallibus.
Quibus auditis: tūc discipuli eius relinquē
tes eum fugerunt omēs. Quoniā adam ex-
emplum meū ab adolescentia mea. Unde
cimo iusticia dixit. Adam peccauit per inui-
diam. Bonum em̄ alterius estimat vt ma-
lum ꝓpriū inq̄tum est diminutiuū proprie
glorie vel excellentie. ꝛ sic de bonis alterius
ꝯtristat inuidia. Unde precipue de illis bo-
nis contristant inuidiosi hoīes in quib⁹ est
gloria. ꝛ sic in quibus homīes amant hono-
rari. ꝛ in opinione esse. vt dicit ph̄us secūdo
rethorice. Et ad hanc inuidiam procurandā
in hoīe demon valde satagit. Unde Greg.
lib. v. moral. dicit. Quāuis per omne viciuꝫ
quod perpetratur humano cordi antiquus
hostis virus infundat: in hac tamen nequi-
cia inuidie tota sua viscera serpens ille con-
cutit ad imprimendū malicie pestē. Sed hic
adaꝫ motus stimulis inuidie non potuit pa
ti q̄ tu deus plus eo scires: cum tantā scien-
tiam ei contulisses qua merito te venerari ꝛ
colere debebat. Deus pat ait. ꝓpter inuidiā
qua noluit adam intelligere vt bene ageret
sed iniquitatem meditatus est in cubili suo:
astitit om̄i vie non bone: maliciam autez nō
odiuit: sed abiecit ꝛ odiuit disciplinam pre-
ceptoꝝ meoꝝ: ꝛ proiecit sermones meos re
trorsum: iubeo vt christus non effugiat ma-
nus persequentiū sc: licet eius verbo: cadāt
retrorsuꝫ in terrā. Sic em̄ implebunt due fi
gure. Prima figura est de sansone qui inuen-

la mandibula asini interfecit in ea mille vi-
ros. Judic. xv. Secunda figura est de dauid
qui vno impetu percussit octingentos viros
ij. Reg. xxiij. Implebuntur etiam visiones
sanctorum ꝓphetarum. Prima est. psalmi.
Confundantur ⁊ reuereant̄ simul qui que-
runt aīam meam vt auferant eam. Conuer-
tant̄ retrorsum ⁊ erubescant: qui volunt mi
hi mala. Secunda est. Esa. xliiij. Omēs sta
bunt ⁊ confundent̄ simul ⁊ pauebunt. Ego
sum dn̄s conuertens sapientes retrorsum ⁊
scientiam eoꝝ stultam faciens. Tertia visio
est. Hieremi. vij. Audite vocem meā: q2 ego
deus factiꝗ sunt retrorsum ⁊ non in ante.
Quarta est Trenoꝝ. i. Ipsa autem gemens
⁊ cōuersa retrorsum. Quibus auditis iesus
sciens omīa que ventura erant super eū: p-
cessit ⁊ dixit eis. Quez queritis? Responde
runt ei. Jesum nazarenum. Dixit eis iesus.
Ego sum. Illi autem abierunt retrorsum: ⁊
ceciderunt in terram. Symon ergo petrus
habens gladium exemit eum ⁊ percussit ser-
uū pontificis: ⁊ abscidit auriculam eius dex
tram: quem tamen christus sanauit: ⁊ dixit
petro. Calicē quē dedit mihi pater non vis
vt bibam illum? Adam em̄ exēplum me ab
adolescentia mea. Duodecimo iusticia di-
xit. Adam peccauit per negationem ꝓuidē
tie dei. Quia em̄ tu deus oculis corporis vi
deri non potes. s̄m illud. Exodi. xxxiij. Non
videbit me homo ⁊ viuet. Et. i. Joh. iiij. ca.
Deum nemo vidit vnꝗ̄. Estimabit adaz ꝙ
sic nō vidit te rapiens lignū vetitū: sic tu nō
videres ipsum dicēs illud Job. xxij. Nubes
latibulum eius circa cardines celi perambu
lat nec nostra considerat. Unde ne ipsuz a-
liqn̄ inuenires: inter cōdensa nemoꝝ latita-
bat. Unde si existimasset te gubernare oīa
summa ꝓuidentia: non tam facile consensis-
set eue vxori sue mortifera sibi suadenti: q̄n
īmo alapa saltem eam correxisset ⁊ ei pluri-
mū ꝓfuisset. Deus pater ait ꝓpter transgres
sionem ade qua ꝓuidentiam meam nega-
uit nec se nec vxorem suam ꝓphana verba
dicentem corripuit: iubeo vt christus latere
nequeat; sed ante conspectum iudicis addu
catur vbi sanctissima verba proferens cola-
phis percutiat̄. Sic em̄ implebuntur due fi-
gure. Prima est de Michea propheta quez
sedechias percussit in maxilla. iij. Regum.
xxij. Secunda est de Dauid quem Saul te-
nens lanceam in manu confodere cupiebat
i. Reg. xix. Implebunt̄ etiam visiones san-
ctoꝝ ꝓphetarum. Prima visio est Job. xvi.
Collegit furorem suū in me: ⁊ cōminans mi
hi infremuit contra me dentibus suis. hostis
meus terribilibus oculis me intuitus est. a-
ꝑuerunt super me ora sua exprobrantes ꝑ-
cusserunt maxillam meaz: satiati sunt penis
meis. Secunda visio est. Trenoꝝ. iij. Dabit
percutienti se maxillā: saturabit̄ obprobrijs
Tertia visio est Michee. v. Percutient ma-
xillam iudicis israel. Quarta visio est Aba-
cuch. i. Dn̄e in iudicium posuisti eum: ⁊ for-
tem vt corriperes fundasti euz. Quibus au
ditis adductus est iesus ligatus ad Annaz
primū. Pontifex ergo interrogauit iesum de
discipulis suis ⁊ de doctrina eius: cui cū vere
⁊ humiliter respondisset malcus cuius in or
to sanauerat auriculam dedit alapā iesu di-
cens. Sic respondes pontifici? Et iesus ait.
Si male locutus sum testimoniū perhibe de
malo: si autē bene cur me cedis? Et hoc eue-
nit: q̄m adam exēplum meum ⁊c. Tridecī
mo iusticia dixit. Adam peccauit per peruer
sitatem lingue accusando proximuz. Sicut
em̄ ex fructu cognoscit̄ arbor: q2 arbor bona
fructus bonos facit. Math. vij. c. Sic ex lo-
quela cognoscit̄ homo. Nam ⁊ loquela tua
manifestuz te facit. Math. xxvi. Tu dn̄e cū
examinares adam: quāobrez comederat de
ligno vetito nosti ꝙ improbe ⁊ ꝙ impudē-
ter tibi respondit. ⁊ quomodo sub lingua por
tauit venenū dicens. Mulier quā dedisti mi
hi sociam dedit mihi ⁊ comedi. Credidit
nanꝗ fatuus multum tibi complacere: si
etiam sociam ostenderet deliquisse. An for-
te expectabat ꝓ huiuscemodi nouo vadium
sibi rependi: sed displicuit imprudens vnde
placere studuit quod apparuit cū ipsum re-
prehenderes. Unde ab eo ꝙ ipse incepit de
promere tu incepisti eum arguere. ipse nan-
ꝗ incepit sic. Mulier quam dedisti mihi so
ciam ⁊c. Tu vero econtra dixisti: q2 audiui-
sti vocem vxoris tue ⁊ comedisti de ligno:
ex quo preceperam tibi ne comederes. ma-
ledicta terra in opere tuo. Deus pater ait ꝓ
eo ꝙ adam peruerse locutus est contra me
quasi ego fuerim causa sui delicti ꝓpter euā
quam in eius adiutorium creaui quā etiam
peruerse accusauit: iubeo vt christus false ac
cusetur: ⁊ falsi testes contra eum insurgant.
Sic em̄ implebunt̄ due figure. Prima ē de
Naboth contra quē viri dyabolici dixerunt
falsum testimoniū coraz maioribus natu ⁊
tota multitudine. iij. Reg. xxi. Scd̄a figura

est de Susanna cõtra quã duo falsi testes insurrexerunt corã tota multitudine ciuitatis. Daniel. xiij. Implebunt etiaȝ visiones sanctoꝝ ꝓphetarum. Prima est psal. Surgentes testes iniqui que ignorabã interrogabãt me. Secunda est Job. xvi. Testimoniuȝ dicunt cõtra me: ⁊ suscitat falsiloquus aduersus faciẽ meã contradicẽs mihi. Tertia est. iij. Reg. xxi. Submittite duos viros filios belial cõtra eum ⁊ falsum testimoniũ dicant Quarta est. Daniel. xiij. Tu scis dñe q: falsum cõtra me tulerunt testimoniũ. Quibus auditis iesus ductus est ad caypham principem sacerdotũ vbi scribe ⁊ seniores cõuenerant q̄ querebant falsum testimoniũ ꝯtra iesum vt eũ morti traderent: ⁊ non inuenerunt cũ multi falsi testes accessissent nouissime autẽ venerũt duo falsi testes ⁊ dixerunt. Hic dixit. Possum destruere templum dei ⁊ post triduũ reedificare illud. hoc vero fuit cõueniens: qm̄ adam exẽplum meũ ⁊c. ¶ R

¶ Decimoquarto iusticia dixit. Adam peccauit per audaciã non timẽs penã. Audacia em̄ est motus appetitus sensitiui q̄ sequit apprehensionẽ ꝟtutis sensitiue. virtus autẽ sensitiua non est collatiua nec inq̄sitiua singuloꝝ q̄ circunstant rẽ: sed subitũ habet iudiciũ. vñ ſm subitã apprehensionẽ nõ possunt cognosci oĩa q̄ difficultatẽ ĩ aliquo negocio afferũt ideo surgit audacie motus ad aggrediendũ periculũ. vñ pħs secũdo rhetorice dicit ꝙ inexperti ꝑiculoꝝ sunt audaces. tuȝ ꝓpter inexperientiã: tum q: debilitatẽ suã non cognoscunt: neqꝫ ꝑsentiã ꝑiculoꝝ. Et. iij. ethicoꝝ dicit. ꝙ audaces preuolantes sunt ante pericula: in ipis autem discedunt. Qñ autẽ talis motus est contra ordinẽ legis diuine ⁊ rõnis est pctm̄ mortale: ideo dicitur. Eccl. viij. Cum audace nõ eas in via ne forte grauet mala sua in te. ipse em̄ ſm voluntatẽ suã vadit: ⁊ simul cũ stulticia illius peribis Adam aũt magna audacia tulit de ligno vetito: non timẽs penã sibi debitã ꝓ delicto: magna audacia se deliq̄sse negauit cũ tibi pctm̄ suũ imputauit. Deus pater ait ꝓ eo ꝙ adaȝ audita voce vxoris sue me negauit quasi me nõ cognouisset: iubeo vt xp̄s a discipulo suo charissimo neget ad vocẽ galli. Sic em̄ iplebunt due figure. Prima figura est de moyse ⁊ aaron q̄ non crediderũt deo vt sanctificarẽt ipsum corã filijs isrl̄ ad aquas ꝯdictiõis Nume. ij. Secũda est de chusi q̄ cũ esset amicus ⁊ cõsiliarius dauid: tñ in cõspectu absalon negauit eũ. ij. Reg. xvi. Implebunt etiã visiões sctõꝝ ꝓpharũ. Prima est Job. viij. Si absorbuerit euȝ de loco suo negabit eum ⁊ dicet: non noui te. Et. xxxviij. ca. Quis dedit gallo intelligẽtiã. Secũda est Prouerb. xxx. Satiatus illiciar ad negandũ: ⁊ dicã q̄s est dñs ⁊ cõpulsus ꝑiurem nomen dei mei. Gallus succinctus lũbos bene gradit. Tertia est. Esa. xxij. Ecce dñs asportari te faciet sicut asportat gallꝰ coronãs coronabit te tribulatione. Quarta est Trenoꝝ. i. Abstulit dñs omẽs magnificos meos de medio mei. vocauit aduersum me tp̄s vt cõteret electos meos facti sunt filij mei ꝑditi qm̄ inualuit inimicus. Quibꝰ auditis Petrus sequebat iesum a longe vsqꝫ in atriũ caypħe vbi sedebat cũ ministris ad ignẽ ⁊ calefaciebat se. ⁊ accessit ad eũ vna ancilla dicẽs. Et tu cũ iesu galileo eras. At ille negauit coraȝ oĩbus dicens. Nescio q̄d dicis. Exeunte aũt illo ianuam ⁊c. vsqꝫ egressus foras fleuit amare. Math. xvi. ⁊ hoc rõnabiliter occurrit: qm̄ adam exẽplũ meũ ⁊c. Decimoq̄nto iusticia dixit. Adam peccauit ꝑ excusationẽ. nam vt habet de pnĩa di. i. §. ex hijs. Pctõ trãsgressionis ꝑmi parẽtes correpti a dño sunt req̄siti de cl'pa vt pctm̄ q̄d trãsgrediẽdo cõmiserãt ꝯfitendo delerẽt. hec ibi. Cũ aũt tu deꝰ eq̄ssime exaĩasti adã: se a pctõ excusauit q̄si se errasse nõ estimãs: q: vxori suadẽti ꝯsenserat. vñ magis peccauit ſm illud p̄s. Ad excusandas excusatiões in pctĩs: cũ hoibꝰ opantibꝰ iniq̄tatẽ nõ cõicabo cũ elect̄ eoꝝ. Deus pat ait ꝓ eo ꝙ adã cũ examinaret: suã noluerit cõfiteri verissimã culpã: cui multuȝ de penis indultũ fuisset: iubeo vt xp̄s cũ examinabit experiat in se penas cũctarũ culparuȝ quas nũqꝫ cõmisit. Sic em̄ implebunt due figure. Prima est de philisteo q̄ ausus est maledicere pplo dei ⁊ cõgredi cuȝ dauid. i. Reg. xvij. Secunda est de semei q̄ maledicebat dauid mittẽs lapides ꝯ eũ. ij. Reg. xvi. Implebũt etiã visiones sctõꝝ ꝓpharũ. Pr̄ia ẽ. i. Reg. xxxi. Veniẽt incircũcisi isti ⁊ interficiẽt me illudentes mihi. Secũda est p̄s. Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei. Tertia ẽ Job. xl. Illudes ei q̄si aui. Quarta est Abdie. i c. Oẽs viri federis tui illuserũt tibi: inualuerũt aduersum te viri pacis tue: q̄ comedũt tecuȝ ponẽt insidias subter te. Quibus auditis iesus in domo caypħe cũ nihil rñderet adiuratus si esset xp̄s filius dei. Rñdit. Tu dixisti. Verũtamen dico vobis: amodo videbitis fi

lium hoīs ⁊c̄. vſq̄ꝫ q̇s est qui te ꝑcuſſit. Mathei. xxvi. hoc autē̄ euenit. qm̄ adam exēpluꝫ meū̄ ⁊c̄. Decimosexto iuſticia dixit. Adam peccauit ꝑ iram. nā ira est paſſio appetitus ſenſitiui: q̄ ſi ordineꝫ rōnis excludat est mala ⁊ pctm̄. vn̄ ſi q̇s appetat ꝙ fiat vindicta qualitercunq̄ꝫ ꝯ ordinē rōnis: puta ſi appetat puniri eū̄ q̇ non meruit: vel vltra q̄̄ꝫ meruit: vel non ſm̄ legitimū̄ ordinē: vel non ꝓpter debitum finē: q̄ est cōſeruatio iuſticie ⁊ correptio culpe erit appetitus ire vicioſus. Ideo dr̄. Eph. iiij. Oīs indignatio ⁊ ira tollatr̄ a vobis. Adam aūt post ſui tranſgreſſionē exarſit grandi ira ⁊ vicioſa cōtra euā̄ vxorem ſuā̄ cupiēs eā̄ a te inclemēter puniri cuꝫ dixit. Mulier quā̄ dediſti mihi ſociam dedit mihi ⁊ comedi. vn̄ grauiſſime a te puniri debet. Deus pater ait ꝓ eo ꝙ adam cōtra ordineꝫ rōnis voluit puniri euā̄ ⁊ non ſe cum agentes ⁊ conſentiētes par pena ꝯſtringat vt notatr̄ extra de regulis iuris. lib. vi. iubeo vt xp̄s in fundo carceris vſq̄ꝫ mane reſeruetur. infixus in limo ꝓfundi. Sic em̄ iplebūtr̄ due figure. Prima est de michea quē rex iſrl̄ iuſſit mitti in carcerē. ij. Paral. xviij. Scd̄a ē de Hieremia quē irati principes ceſum miſerunt in carcerē. Hiere. xxxviij. Implebuntur etiā̄ viſiones scōꝝ ꝓphaꝝ. Prima est. iij. Reg. xxij. Mittite virū̄ iſtū̄ ī carcerē: ⁊ ſuſtē̄tate eum pane tribulationis ⁊ aqua anguſtie. Secūda ē Iob. vij. Expectabo ad veſperā̄ ⁊ replebor dolorib⁹ vſq̄ꝫ ad tenebras: q: circūdediſti me carcere. Tertia est Eſa. xlij. In domo carceris abſconditus est dn̄s ipſe cui peccauerūt ⁊ noluerūt in vijs eius ambulare: ⁊ non audierūt legē ei⁹. Quarta est. Ezech. xix. Adduxerūt eū̄ ad regē miſerūtq̄ꝫ eū̄ in carcerē: ne audiretr̄ vox ei⁹ vltra. Quibus auditis ieſus ductus est ad tēplum dn̄i in quo ꝯ pōtifices ⁊ phariſeos p̄dicauerat: ligatuſq̄ꝫ ad colūnā̄ diutiſſime ceſus ē: tādē ad domū̄ cayphe deduct⁹ in ꝓfundū̄ carceris demerſus ē vſq̄ꝫ mane. Sic em̄ oportuit fieri quoniam adam exemplum meuꝫ ab adoleſcētia mea. Decimoſeptio iuſticia dixit. adam peccauit ꝑ malū̄ cōſiliū̄ ꝯ donū̄ ſpūſſcti. Nam ꝯſiliū̄ qd̄ est donū̄ ſpūſſcti est circa ea q̄ ſunt ad finē: q: ꝯ̄o m̄lta ſingl̄aria ⁊ ꝯtingē̄tia occurrere pn̄t ī hijs q̄ ſt̄ ad finē q̄ hū̄ana rō ꝯprehēdere nō pōt. cū̄ cogitatiōes mortaliū̄ ſint timide ⁊ incerte ꝓuidentie nr̄e. vt dr̄. Sapie. ix. Propterea indiget hō in inq̇ſitione taliū̄ dirigi a deo q̇ oīa cōprehendit: qd̄ q̇dē fit per donuꝫ conſilij ꝑ qd̄ hō dirigitr̄ q̄ſi cōſilio a deo accepto. Sicut etiā̄ in reb⁹ hūanis q̇ ſibijpſis nō ſufficiūt in inq̇ſitiōe ꝯſilij a ſapiētib⁹ ꝯſilia req̇rūt. per h̄ em̄ filij dei inſtruūtr̄ de agēdis ſm̄ illō aplī. Ro. viij. Quicunq̄ꝫ ſpū̄ dei. i. conſilio dei: aguntr̄: hij filij dei ſunt. Sed adam a te equiſſime deus ſpiritu ſancto ſuggerente habuerat conſiliū̄: vt ſi in ſtatu innocentie volebat perſiſtere ab eſu ligni ſcientie boni ⁊ mali oīno abſtineret. hoc autem cōſilium dereliq̇t cōſentiendo cōſilio ſerpentis antiq̇ ⁊ eue: vt ederet de ligno vetito: ſed volebat eſſe ſicut deus ſciens bonum ⁊ maluꝫ. Deus pater ait ꝓ eo ꝙ adam om̄e cōſilium meū̄ deſpexit: ⁊ increpationes meas neglexit. vnde orta est magna ſeditio inter ſerpentem ⁊ euam ⁊ ipſum adam: quēadmodum patuit in maledictione prima quaꝫ dedi ſerpenti dicens. Super pectus tuū̄ gradieris: ipſa conteret caput tuum ⁊ tu inſidiaberis calcaneo illius: iubeo vt chriſtus per conſilium ſacerdotum ⁊ phariſeoruꝫ preſentetur pylato crucifigendus. Sic em̄ implebuntr̄ due figure. Prima est de ioſeph queꝫ fratres ſui conſilio inito perdere ⁊ occidere voluerūt. Geñ. xxxvij. Secū̄da figura est de moyſe contra quē pp̄lus ſurrexit in ſeditionem vt eum occiderent. Exodi. xiiij. Implebuntr̄ etiam viſiones ſanctoꝝ ꝓphetarum. Prima est Geneſ. xlix. Symeon ⁊ leui fratres vaſa iniquitatis bellantia. in conſilium eorum non veniat anima mea: q: in ira ſua ſuffoderunt murum: ⁊ in furore ſuo occiderunt virum. Secunda est. pſal. Fremuerūt gentes ⁊ populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terre ⁊ principes cōuenerūt in vnuꝫ aduerſus dn̄m ⁊ aduerſus xp̄m eius. Tertia est Sapien. ij. Dixerunt impij apud ſe non recte cogitantes. Circūueniamus iuſtum qm̄ inutilis est nobis ꝯtrarius est operibus noſtris improperat nobis ꝑctā legis: ⁊ diffamat in nos pctā diſcipline nr̄e. Promittit ſe ſcientiā̄ dei habere: filiū̄ dei ſe noīat factus est nobis in traductionē cogitationū̄ noſtrarū̄. grauis est etiā̄ nobis ad videndū̄: qm̄ diſſimilis est alijs vita illius: ⁊ immutate ſunt vie eius. Tanq̄̄ꝫ nugaces eſtimati ſumus ab illo: ⁊ abſtinet ſe a vijs noſtris tanq̄ꝫ immundicijs. ⁊ prefert nouiſſima iuſtorum: ⁊ gloriatur patrem deum ſe habere. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint ⁊ tentemus que ventura ſunt illi. ⁊ ſciemus que erunt nouiſſima illius. Si enim est

veritis filius dei suscipiet illuz et liberabit eũ
de manibus contrariorũ. Contumelijs et tor
mento interrogemus eum: vt sciamus reue
rentiam ipsius ꝛ pbemus patientiam illius:
Morte turpissima condẽnemus illum. Erit
eñ ei respectus ex ſmonibus illius. Hec co-
gitauerũt ꝛ errauerũt: excecauit eĩ illos mali
cia eorum ꝛ nescierũt sacramẽta dei. Quar-
ta est Hiere. xi. Sup me cogitauerũt cõsilia
dicẽtes. Mittamus lignum in panem eius
ꝛ eradamus eum de terra viuẽtiuz ꝛ nomẽ
eius nõ memoretur amplius. Quibꝰ auditis.
Mane facto ꝯsiliũ inierũt omnes pncipes
sacerdotum ꝛ seniores populi aduersus iesũ
vt eum morti traderẽt. Et vinctũ adduxerũt
eum ꝛ tradiderũt pontio pylato p̃sidi. recte
quidẽ sic actum est. qm̃ Adam exemplũ me
um ꝛc. ❡ Decimooctauo iustitia dixit.
Adam peccauit per temeritatẽ contra donũ
timoris. Illa eñ dicuntur fieri temere q̃ rõne
nõ reguntur: siue ex impetu volũtatis vel pas
sionis siue ex ꝯtemptu regule dirigẽtis. et h̃
ꝓpe importat temeritas. vnde ex radice sup
bie ꝓuenit que refugit subesse regule diuine
aut etiã aliene. Deus eñ debet timeri ab ho
mine inq̃ztuz ab ip̃o põt ꝓuenire homini ali
quod malũ pene quod iuste sibi infligitur pri-
mordialr̃ ex merito pcti ſz illud Sapi. pmo
Deus mortez nõ fecit: sed impij manibus ꝛ
ꝟbis accersierũt illam: ꝛ estimãtes illã ami
cã defluxerunt. Adam aũt temere lignũ veti
tum inuasit considerãs ꝙ quia tu deus tãta
felicitate ip̃m dotaueris. nõ expediebat sibi
te timere q̃n potius quodlibet libituz agere:
cum tamen dicatur Hiere. x. Quis nõ timebit
te o rex gentiũ? Et Malachie pmo. Si ego
dominus vbi est timor meus? Deus pater
ait. Pro eo ꝙ Adam nõ timuit me dominũ
suum ꝛ regem iubeo vt xp̃s per populũ suuz
accusetur in multis et p̃cipue de dñatu regio
Sic eñ implebuntur due figure. Prima est de
Mipheboseth quez ſuus suus acriter accu-
sauit apud dauid regem. ij. Regũ. xix. Scd̃a
figura est de iuda Machabeo. quẽ alchimꝰ
ꝛ viri impij ꝛ iniq̃ ex israel accusauerũt mul
tis criminibus apud regem Demetriũ. pmi
Macha. vij. Implebuntur etiã visiones scõꝝ
ꝓphetaruz. Prima est Eccli. xxxix. Sapiẽs
in ꝟsutias parabolarum introibit in medio
magnatorum ministrabit. ꝛ in ꝯspectu presi
dis apparebit. Secũda est Sapie. x. Stetit
contra reges horrendos in portẽtis ꝛ signis
Tertia est Hester. v. Stetit añ regẽ. Quar-
ta est Hier. xxvi. Locuti sunt sacerdotes ad
pncipes ꝛ ad omnem populuz dicẽtes. Iudi
ciuz mortis est viro huic: quia ꝓphetauit ad
uersus ciuitatem istam. Quibus auditis ie
sus stetit ante p̃sidem: ꝛ cum accusaretur a
pncipibus sacerdotuz nihil respondit ꝛc. qm̃
Adam exemplum meũ ꝛc. ❡ Decimonono
iustitia dixit. Adam peccauit ꝑ desperatiõez
circa te deuz. Vera estimatio intellectus est
ꝙ ex teip̃o ꝓuenit homini salus ꝛ venia pec
catoribus datur ſm illud Ezechie. xviij. No
lo mortem peccatoris sed vt magis conuer
tatur ꝛ viuat. Falsa autem opinio est ꝙ pec
catori penitẽti veniã deneges: vel ꝙ peccato
res ad te non conuertas per grãm iustificã-
tem. ideo desperatio est peccatuz. De q̃busdã
eñ dicit apostolus Ephesios. iiij. Qui despe
rantes semetip̃os tradiderunt impudicitie
in operationem omnis immundicie ꝛ auari-
tie. Adam autem postq̃ comedit de ligno ve
tito non recognouit delictum suum vt ꝑ illo
pniam ageret ꝛ ad tuam misericordiam re-
diret. sed desperans a te fugit quem ad teuo
cans prohibuisti suspendio. Deus pater ait.
Pro eo ꝙ adam ex auaritia pomi vetiti to-
tam suam posteritatem chyrographo vendi
dit serpenti. vnde in desperationem lapsus fu
it: iubeo vt christus ex auaritia vendatur a
discipulo suo iuda chyrographo triginta de
narioꝝ ſm illud zacha. xi. Appenderũt mer
cedem meam triginta argenteos. ꝛ dixit do
minus ad me. Proijce illud ad statuarium.
decorum precium quo appreciatus sum ab
eis: ꝛ tuli triginta argenteos ꝛ proieci illos
in domum domini ad statuarium. qui tamẽ
cognoscẽs peccatũ suum desperans se suspẽ
dat. Sic enim implebuntur due figure. Pri
ma figura est de absalon qui fugiens a facie
patris sui dauid subter condensam quercuz
adhesit caput eius quercui ꝛ remansit in ea
suspensus. secundi Regum. xviij. Secunda
est de Achitofel qui videns ꝙ non esset fa-
ctum consilium suum suspendio seip̃m inter
emit. ij. Regum. xvij. Implebuntur etiã visio
nes sanctoꝝ ꝓphetarũ. Prima est. i. re. xxiij.
Desperabat se posse euadere. Scd̃a est Job
vij. Elegit suspendium anima mea: et mor-
tem ossa mea. desperaui: nequaq̃ vltra iam
viuam. Tertia ast Hieremie. xxx. capitulo
Insanabilis fractura tua pessima plaga: pla
ga tua. ❡ Quarta est Michee primo capitu-
lo. Desperata est plaga eius. quia venit vs-
q̃ ad iudam desperatio ❡ Quibus auditis

videns iudas q̄ iesum tradidit ꝙ dānatus
esset: pniā ductꝰ retulit triginta argenteos
ꝓncipibus sacerdotū ⁊c̄. vsqꝫ cōstituit mihi
dn̄s: qm̄ adam exēplum meū. ¶ Uige
simo iusticia dixit. Adā peccauit ꝑ infideli-
tatē in sibi cōmissis. Fidelis em̄ dispensator
si bona dn̄i sui fidelit̄ gubernauerit magnā
mercedē habebit ſm illud. Math. xxv. Eu-
ge serue bone ⁊ fidelis: q2 in pauca fuisti fi-
delis supra multa te cōstituā. Adam autem
nō fuit fidelis: q2 cuꝫ tu deus oīa subieceris
sub pedibus eius: in vno solo de quo pluri-
mū in eo cōfidebas vt tibi seruaret infidelit̄
se habuit. Deus pater ait ꝓ eo ꝙ adam feu
dum meū infideliter tractauit volens mihi
equari in sciā boni ⁊ mali: qđ ego aduertēs
dixi. Ecce adam factus est quasi vnus ex no
bis: sciens bonū ⁊ malum: iubeo vt xp̄us in
domo herodis inscius ⁊ fatuꝰ reputet̄: ⁊ tā-
ꝙ insanus ⁊ demens spernat̄: ⁊ illudat̄ in-
dutus veste alba. Sic em̄ implebunt̄ due fi
gure. Prima est de Amō q̄ dehonestauit nū
cios dauid. ij. Reg. x. Secūda est de nicha-
nore q̄ visis sacerdotibus ppl'i irridens spre
uit eos. i. Machab. vij. Implebunt̄ etiaꝫ vi
siones sctōꝝ ꝓphetarū. Prima est Job. xij.
Deridet̄ iusti simplicitas. Lampas contē-
pta apud cogitationes diuitū, parata ad tē-
pus statutū. Secūda est. Esa. i. Filios enu-
triui ⁊ exaltaui ipsi autē spreuerūt me. dere-
liquerūt dn̄m: blasphamauerūt sctm̄ israel:
abalienati sunt retrorsum. Tertia est Tre-
noꝝ. i. Oēs amici eius spreuerunt illuꝫ: ⁊ fa
cti sunt ei inimici: oēs q̄ glorificabāt eū spre-
uerunt illum: qm̄ viderunt ignominiā eius.
Quarta est Zach. iij. Jesus indutus erat ve
stibꝰ sordidis ⁊ stabat ante faciē angeli. Qui
bus audit̄ pylatus audiēs galileā interroga
uit iesum si hō galileus eēt. Et vt cognouit
ꝙ de herodis ptāte eēt ⁊c̄. vsqꝫ nā antea ini-
mici erant. Luce. xxiij. qm̄ adam exemplum
meū ⁊c̄. Uigesimo ꝓmo iusticia dixit. adam
peccauit per rapinā. importat em̄ rapina quā
dā violētiā ⁊ coactionē ꝑ quā ꝯ iusticiā ali
cui aufert̄ qđ suū est. in societate aūt hoīum
nullus hꝫ coactionē nisi ꝑ publicā ptātem: ⁊
ideo q̄cunqꝫ per violentiā aliq̄d alicui auferr
si sit ꝓuata persona nō vtens ptāte publica
illicite agit ⁊ rapinam cōmittit. sicut pꝫ in la
tronibꝰ. Principibus vero publica ptās cō-
mittit̄ ad hoc ꝙ sint iusticie custodes. Et iō
non licet eis violencia ⁊ coactiōe vti nisi ſm
iustitie tenorem. ⁊ hoc vel cōtra hostes pu-
gnando vel cōtra ciues malefactores puniē
do: sed adam cōtra iusticiā violenter abstu-
lit de pomo: qđ tibi iustissime deus seruan-
dū voluisti: nec cōtra hostē pugnauit q̄ eue
suasit transgressionē: nec euā maleficientem
puniuit. Deus pater ait ꝓ violentia quaꝫ in
me exercuit adam contra iusticiā bona mea
surripiendo: iubeo vt xp̄s petat̄ adiudicari
morti: ⁊ barrabas raptor ac seditiosus libe-
ret̄. Sic em̄ implebunt̄ due figure. Prima fi
gura est de ppl'o abijciente deū ⁊ petente ho
minē in regē. i. Reg. viij. Secūda figura est
de siba q̄ occidit̄ ⁊ vrbs dimittit̄. ij. Reg. xx.
Sic illusisti mihi ⁊ dimisisti inimicū meū vt
fugeret. secūda est. iij. Reg. xx. Quia dimisi
sti virū dignuꝫ morte de manu tua erit aīa
tua ꝓ aīa eius. tertia est. ps. Captabunt in
aīam iusti ⁊ sanguinem innocentē condēna
bunt. quarta est. Hierem̄. xij. c. Fratres tui ⁊
domꝰ patris tui ipsi pugnauerūt aduersum
te ⁊ clamauerūt post te plena voce. Quibꝰ
auditis pylatꝰ volēs liberare iesum ait ppl'o
iudeoꝝ. Quē vultis vob de duobꝰ dimitti?
Et illi dixerūt. barrabam ⁊c̄. vsqꝫ: Et illi ma
gis clamabant dicentes. crucifigat̄. Math.
xxvij. Qm̄ adam exemplum meū ⁊c̄. Uige-
simosecūdo iusticia dixit. Adam peccauit ꝑ
presumptionē. Licet tu deus creaueris adā
vt tandeꝫ transferret̄ in gloriā tuā: tamē po
suisti eum in orto delitiarū: vt in eo operans
mereret̄ ad illam peruenire: ſm illud. Ma-
thei. xx. Ite ⁊ vos in vineā meam ⁊ qđ iustū
fuerit dabo vobis. Et Roma. iiij. Ei autem
qui operat̄ merces imputat̄ ſm debitum.
Adam autē temptauit excellentiaꝫ tue glīe
adipisci absqꝫ meritis: imo contra tuam le-
gem faciendo. Deus pater ait. Cum adam
presumptuose aspexerit lignum vetitum ꝙ
esset pulchrum visu: cū tamen non liceat in-
tueri quod non licet cōcupisci: iubeo vt xp̄s
velet̄ facie ne aspicere possit se percutientes
Sic em̄ implebuntur due figure. Prima fi-
gura est de moyse qui velabat̄ faciē: si popu-
lus debebat in eū aspicere. Exodi. xxxiiij. Se
cunda figura est de altari holocaustoꝝ quod
purpureo pallio erat contectum. Numeri.
iiij. Implebuntur etiam visiones sanctoruꝫ
ꝓpherarum. Prima est. Exodi. xxxiiij. capi.
Posuit velamen super faciem suam. Secū-
da est. Numeri. iiij. Alij nulla curiositate vi-
deant que sunt in sanctuario priusqꝫ inuol-
uantur: alioq̄n morientur. Tertia est. Esa.
vi. Uelabūt faciem eiꝰ. Quarta est. Ezech.

xij.ca. Facies eius operietur, vt non videat
oculo terram. Quib⁹ auditis milites pyla-
ti suscipientes iesum in pretorio congrega-
uerunt ad eum vniuersam cohortem: ⁊ exu
entes eum chlamidem coccineam circunde
derunt ei ⁊ velauerunt faciez eius. Quoniā
Adam exemplum meū ⁊c̄. ¶ Uigesimoter-
tio iusticia dixit. Adam peccauit per diffa-
mationem. Cum em̄ tu deus tanta dona si-
bi contuleris quibus merito te plurimū lau-
dare atqꝫ benedicere debuit: tamen ad sua-
sionem serpentis ⁊ eue maxima obprobria
contra te excogitauit: reputans te ꝓpter le-
nitatem quandam: seu propter inuidiam si-
bi ꝓhibuisse ne ederet de ligno scientie boni
⁊ mali. Deus pater ait pro eo ꝙ adaz ad ar
borem prohibitam me non laudauit sed mi
hi detraxit: iubeo vt xp̄us ligetur ad colum-
nam vbi acerrime flagelletur. Sic em̄ imple
buntur due figure. Prima figura est de A-
chior qui dicens veritatem laudando deum
ligatus fuit ad arborem. Judic̄. vi. ca. Secū
da figura est de tribus pueris qui benedicē-
tes deum missi fuerunt in fornacem ligatis
manibus ⁊ pedibus. Daniel. iij Implebun-
tur etiam visiones sanctorum prophetaruz
Prima est. Geneb. xlij. Tollensqꝫ symeon
⁊ ligans illis presentibus. Secunda est. Ge
neb. xlix. Ligans ad vineam pullum suum
⁊ ad vitem o fili mi asinam suaz. Tertia est.
psal. Quoniā ego in flagella paratus sum ⁊
dolor meus in conspectu meo semp. Quar-
ta est. Job. xix. Flagellis suis me cinxit: spo-
liauit me gloria mea ⁊ obsedit in gyro taber
naculum meum. Quibus auditis pylatus
apprehendit iesum ⁊ fecit eum spoliari ⁊ li-
gari ad colūnam ⁊ flagellari. Quoniā adam
exemplum meum ⁊c̄. ¶ Uigesimoquarto di
xit iusticia. Adam peccauit per auariciam. si
cut em̄ immoderatus appetitus habendi bo
na temporalia est auaricia. vt dicit Magi
ster sniarum libro secūdo. distin. xxi. Sic im-
moderata cupiditas altitudinis ⁊ sciētie cuz
supra moduz ambiunt est auaricia radix au
tem oīum malorum est cupiditas. vt dicit a
postolus. i. Thimo. vi. Equalitatem autem
scientie boni ⁊ mali ex auaricia Adam cō-
cupiuit. Deus pater ait pro eo ꝙ adam vo-
luit coronari corona mee diuinitatis abijci-
ens coronam auream quam sibi dederam
sm illud psal. Gloria ⁊ honore coronasti eū
⁊ constituisti eum super opera manuū tua-
rum: iubeo vt christus coronetur corona spi
nea. Sic em̄ implebūtur due figure. Prima
est de ariete herente cornibus inter vepres
Geneb. xxij. ca. Secunda figura est de Da-
uid quem saul ⁊ viri eius cinxerunt in mo-
dum corone vt occiderent eum. i. Regum.
xxiij. Implebuntur etiam visiones sanctoꝝ
prophetarum. Prima visio est Job. xxxi. ca.
Circundez illum corona. Secunda visio est.
Esa xxviij. ca. In die illa erit dominus exer-
cituum corona glorie ⁊ sertum exultationis
residuo populi sui. Tertia visio est. Ezech.
xxiiij. Corona tua circunligata sit tibi. Quar
ta visio est Zacha. vi capi. Facies coronas
⁊ pones in capite iesu. Quibus auditis mili
tes plectentes coronam de spinis posuerūt
super caput iesu. Quoniā adam exemplum
meū ab adolescentia mea. ¶ Uigesimo
quinto iustitia dixit. Adam peccauit per gu
lam que est immoderata cibi auiditas siue
vorax edacitas nature finibus non conten-
ta. Adam autem in paradiso delitiarum po
situs cum ei ad vescendum omnia concesse-
ris ligna: de vno quod ei sub pena mortis in
terdixeras ne comederet q̄ꝫ primum auerti-
sti faciem ab eo abstinere non potuit: sed vl-
tra necessitatem nature: imo in detrimentū
nature sue comedit. Deus pater ait pro eo
ꝙ Adam olfactu ⁊ gustu sensit suauitatem
pomi: atqꝫ amissa innocentie stola: cōtra nu
ditatem corporis fecit sibi ⁊ vxori perizoma
ta de ficulnee folijs: iubeo vt christus illuda
tur fetore sputorum iniectoꝝ in os ⁊ faciem
eius ⁊ pluries spolietur vestimentis suis et
induatur purpureis in derisum. Sic em̄ im-
plebuntur due figure. Prima figura est de
hur quem iudei suffocabant sputis. vt dicit
magister hystoriarum super xxij. capi. Exo
di. Secunda figura est de Helyseo quē pue
ri illudebant. iiij. Regum ij. capi. Implebū-
tur etiam visiones sanctorum ꝓphetarum.
Prima visio est. Numeri. iiij. c. Pater eius
spuet in faciem illius. Secunda visio est.
Deutero. xxv. caplo. Coram senioribus spu
et in faciē eius. Tertia est. iiij. Regum. xix.
capi. Spreuit te: subsannauit te: post terguz
tuum mouit caput. Cui exprobrasti? Quem
blasphemasti? Contra quem exaltasti vocez
⁊ leuasti in excelsum oculos tuos? Contra
sanctum israel. Quarta visio est Esa liij. ca.
Uidimus eum ⁊ non erat ei species neqꝫ
decor. desiderauimus eum despectum ⁊ no-
uissimum virorum: virum dolorum ⁊ scien-
tem infirmitatez: ⁊ quasi absconditus vult⁹

eius ⁊ despectus, vnde nec reputauimus eū
Uere languores nostros ipse tulit ⁊ dolo-
res nostros ipse portauit. Et nos putauimꝰ
eum quasi leprosum ⁊ percussum a deo ⁊ hu
miliatum. Quibus auditis milites presidis
suscipientes iesum in pretorio: ↄgregauerūt
ad eum vniuersam cohortem: ⁊ exuentes eū
chlamidem coccineam circundederunt ei: ⁊
dederunt arundinem in dexteraꝫ eius: ⁊ ge
nuflexo ante eum illudebant dicentes. Aue
rex iudeorum. Et expuētes in eum accepe-
runt arundinem ⁊ percutiebant caput eius:
exercitu suo: ꝛ induit eum veste alba ꝛ re-

misit eū ad pylatū. Et facti sunt amici hero
des ⁊ pylatꝰ in illa die nā antea erāt inimi
ci, vt hꝫ Luce. xxiij. Ppl's iudeoꝝ cōdēnauit
xp̄m ad mortē reducēs eū ad pylatū q̄ ma-
xime doluit. Pylatus aūt dixit. Obtulistis
mihi hoīez hūc subuertētē vos: ⁊ ecce coraꝫ
vobis interrogās nullā causam īuenio ī eo
ꝫ neqꝫ herodes q̄ ip̄ꝫ remisit ad nos: ⁊ ecce
nihil dignū morte actū ē ei. Cogitauit ḡ py
latus duplici via liberare xp̄ꝫ a morte. Pri
mo qꝛ ꝑ diem solēnē pasche ꝯsueuerat p̄ses.
dimittere pp'lo vnū vinctū quē voluissent
Habebat aūt tunc pessimū quēdā hoīem q̄
dicebaꝛ barrabas. Et ait pylatꝰ. Quē vultꝭ
vobis dimitti barrabā an xp̄m: Illi oēs cla
mauerūt: barrabā. Sciebat eñ pylatꝰ ꝙ ꝑ
inuidiā tradidissent eum. Dixit eis pylatus
Quid ḡ faciā de iesu q̄ dr̄ xp̄s: At illi clama
uerūt. Tolle tolle crucifige eum. Scd̄o dixit
pylatꝰ. Emēdatū eū dimittā: ⁊ intrās p̄tori-
um fecit expoliari iesuꝫ ⁊ ligari ad colūnā ⁊
flagellari. Post h̄ induerūt eū veste purpu-
rea ⁊ cōponētes coronā de spinis īposuerūt
capiti eiꝰ ⁊ dederūt arūdinem in manu eiꝰ ⁊
posuerūt eū ad sedēdū sup̱ vnā cathedrā: ⁊
genuflexi ante eū illudebāt ei dicētes. Aue
rex iudeoꝝ. Et expuentes in faciē eiꝰ ꝑcutie
bant arūdine caput eiꝰ ⁊ alapis cedebāt eū
dicētes. Prophetiza nob̄ xp̄e q̄s est q̄ te ꝑ-
cussit. Et tūc dixit pylatꝰ pp'lo. Ecce hō. Po
pulꝰ aūt clamauit dicēs. Crucifige crucifige
eū. Pylatꝰ dixit. Accipite eū vos ⁊ crucifi-
gite. Ppl's r̄ndit. Nos legē habemꝰ ⁊ ſm le
gem debꝫ mori: qꝛ filiū dei se fecit. Pylatꝰ ve
hementꝛ timuit ⁊ interrogauit iesuꝫ vn̄ esset: q̄
nō r̄ndit ei. Dixit pylatus. Mihi nō loq̄ris:
Nescis qꝛ ꝑtātē habeo dimittere te ⁊ crucifi
gere te: R̄ndit iesꝰ. Nō haberes in me pote-
statē vllā nisi datū tibi esset desup̱. Pylatus
iniuste adiudicauit xp̄m morti. cū eñ q̄reret
liberare iesuꝫ iudei clamauerūt dicentes. Si
hūc dimittis nō es amicꝰ cesaris. oīs q̄ se re
gem facit ꝯtradicit cesari. Pylatꝰ h̄ audiēs
timuit incurrere indignationē cesaris: ⁊ ait.
Regē vestrū crucifigā: R̄nderūt iudei. Nō
habemꝰ regē nisi cesarē. Pylatꝰ vidēs qꝛ ni
hil ꝑficeret ꝫ magꝭ tumultꝰ fieret accepta aq̄
lauit manꝰ corā oī pp'lo dicēs. Innocēs ego
sum a sanguīe iusti huiꝰ: vos videritꝭ. Ppl's
r̄ndit. Sanguis eiꝰ sup̱ nos ⁊ sup̱ filios no-
stros. Pylatꝰ audiēs ppl'm se ꝓ pena obli-
gantē: dedit sentētiā mortꝭ contra iesum quē
tradidit volūtati eoꝝ vt crucifigereꝛ in me-

dio duoꝝ latronū. licet procula vxor pylatꝛ
misisset ad eū dici nihil tibi ⁊ iusto illi. mul-
ta eñ passa sū ꝑ visū. i. ī sōnis ꝓpꝛ eū. M.

Septimo loquitur xp̄s mu

lierībꝰ dicēs. Popule meꝰ matronalis q̄d fe
ci tibi: Et ꝯuersus ad matrē ait illud Hiere.
xv. Ue mihi maꝛ mea q̄re genuisti me virū
rixe: virū discordie in vniuersa terra: Oñis
maledicūt mihi. sustinui opprobriū: factꝰ est
dolor meꝰ ꝑpetuꝰ. h̄ ibi. Seq̄baꝛ aūt iesum
multa turba mulierū q̄ plangebāt ⁊ lamen-
tabanꝛ eū. Cōuersus aūt iesꝰ ad illas dixit.
Filie hierl'm nolite flere sup̱ me: ꝫ super vos
ip̄as flete ⁊ sup̱ filios vr̄os: qm̄ ecce veniēt
dies in q̄bꝰ dicēt. Beate steriles ⁊ beati ven
tres q̄ nō genuerūt: ⁊ vbera q̄ nō lactauerꝛ.
Tūc incipiēt dicere mōtibꝰ cadite sup̱ nos
⁊ collibꝰ operite nos: qꝛ si in viridi ligno hoc
faciūt: in arido q̄d fiet: Luc. xxij. btā v̄go di
lexit filiū suū sapientꝛ ⁊ discrete: qꝛ saluatio-
nē hūani gn̄is p̄posuit passiōi filij sui. Quis
eñ ip̄m multū diligeret: Quis sciret ꝙ ī pas
sione sua tam ip̄a ꝙ ip̄e multos dolores ha
beret: sp̱ tm̄ suasit sibi mortē ad satisfactionē
ꝓ pctō hūani gn̄is. Pugnabāt eñ in corde
v̄ginis duo amores. s. amor filij ⁊ amor hu
mani generis. Amor filij nolebat ip̄m pati.
Amor gn̄is hūani volebat ip̄m pati: ⁊ hic
amor superabat p̄mū. Similiꝛ in corde vir-
ginis pugnabāt duo dolores. s. dolor quem
habebat de morte filij: ⁊ dolor quē hab ebat
de ꝑditōe gn̄is hūani. Sꝫ dolor n̄ri supauit
dolorē quē habebat de morte filij. ſm beatū
Ambrosium sctīssima maꝛ oēs dolores q̄s
pariēs effugit in filij passione sustinuit ⁊ p̄-
sensit ex maꝛnali cōpassiōe: qn̄ iuxta symeo
nis pphetiā suā ipiꝰ aīam doloris gladiꝰ ꝑ-
transiuit. Hic dolor ꝓueniebat in btā v̄gine
ex septē causis. Priō rōne maternitatꝭ quia
erat maꝛ: ⁊ naturaliꝛ maꝛ dolet de morte fi-
lij. qꝛ erat tota maꝛ ⁊ qn̄ dolor diuidiꝛ ī par
tes: minor est in singulis. Si eñ aliq̄ mater
filiū suū amiserit dolorē suū cū patre diuidit
⁊ sic minuiꝛ. Sꝫ v̄go btā cū nullo dolorē su
um cōdiuidere poterat: qꝛ nullꝰ ei paꝛ erat vt
cōstat. Scd̄o rōne charitatꝭ qꝛ nūq̄ fuit nec
erit aliq̄ maꝛ q̄ tm̄ dilexerit filium suū tanta
charitate ⁊ sinceritate sicut ip̄a dilexit xp̄m
filiū suū: ⁊ vbi ē maior amor ibi ē maior do-
lor ⁊ precipue in amissione rei. Tertio rōne
vnitatꝭ. Si eñ aliq̄ maꝛ habꝫ plures filios ⁊
ꝑdit vnū pōt recipere aliquā ꝯsolationē: qꝛ

alios filios habet vel habere pōt. Sȝ virgo btā nullū aliū habebat filiū nec etiā spabat se habiturā: idō dolor ei⁹ erat grādis. Quarto rōne psentialitatꝫ: qr erat psens in morte filij. Qn̄ em̄ aliq̄ mat̄ audit filiū suū mortuū dolet mltū: ꝛ qn̄ audit ipȝ terribili morte fuisse occisū magꝭ dolet. S; qn̄ ante oculos suos videt filiū suū crudelit̄ occidi maxime dolet Uirgo aūt btā imēso dolore vulnerabat̄ qn̄ vidit filiū suū dilectū occidi ꝛ horribili morte necari. cui⁹ cor tā ferreū nō emollesceret? vn̄ Aug. in oīone. O dn̄a mea misericordissima q̊s dicā fontes erupisse de pudicissimis oculis tuis cū attēderes vnicū filiū tuū innocentē corā te flagellari. ligari: mactari: ꝛ carnē de carne tua ab impijssimis crudelit̄ dissecari: qb⁹ singultib⁹ estimabo purissimū pect⁹ tuū penetrari. h̄ ille. Quīto rōe ifelicitatꝫ qr nō poterat adiuuare filiū suū. Magna ei consolatio ē qn̄ mat̄ filiū suū in morte ei⁹ pōt adiuuare: amplexari: ꝛ consolari. Sȝ btā vgo in nullo poterat filiū suū adiuuare Uidebat eū vulnerari ꝛ neq̄bat vulnera alligare. Sāguine cruētari: ꝛ nō poterat lintheo extergē Caput male tenere: ꝛ nō poterat sustētare. In cruce flere: ꝛ nō poterat lachrymas tergere. In cruce sitire: ꝛ nō poterat sibi potum porrigere. In cruce mori: ꝛ nō poterat eū amplexari. In terra sāguinē effluere: ꝛ nō poterat recolligere. Un̄ poterat dicere illō qō dixit āna mat̄ samuelis. i. Reg. i. Mulier infelix nimis ego sū ꝛc̄. Sexto rōne nobilitatꝫ Dolet em̄ mltū mat̄ qn̄ amittit filiū suū bonū sapiētē ꝛ sibi in oīb⁹ obediētē. Sȝ fili⁹ virginis fuit gratiosior pciosior ꝛ glīosior quocūqȝ alio, idō dolor vginis fuit maior in ei⁹ amissione. Septīo rōne passibilitatꝫ: qr nūq̄ fuit aliq̄ creatura q̄ tot dolores ꝛ tā graues passiones sustinuerit i aīa sic btā vgo. Uidebat em̄ filiū suū pati penā ignominiosaȝ mortē turpissimā. s. cruc̄ in medio latronū: i vilissimo loco. scȝ caluarie vbi malefactores plectebant̄: penā diuturnā a nocte vsqȝ ad nonā. penā vniūsalē. s. p oēs ptes corpis: ꝛ penā iniustā qr inocēs erat: idō ipa vehemēter dolebat. Unū tn̄ eā consolabat̄: qr satisfaciebat fili⁹ ei⁹ p pctō hūani gn̄is: ꝛ h̄ fides i ea remāsit. Xp̄s ait matri. Sicut adā vendidit sanguinē suū innocentē ꝛ innoxiū p gustu ꝛ dulcedine pomi vetiti: sic expedit vt p redēptiōe sanguinis hūani reddā deo patri in sacrificiū sanguinē meū nulli delicto obnoxium. sm̄ illud Heb. vij. Talis em̄ decebat nobis vt esset pōtifex sanct⁹: innocēs: impollutus: segregat⁹ a pctorib⁹: ꝛ excelsior celis fact⁹ qui nō habet q̄tidie necessitatē quēadmodū sacerdotes pri⁹ p suis delictis hostias offerre: deinde p pplo. Hoc em̄ fecit semel se offerēdo. h̄ ibi N. Sine sacrificio em̄ spūs hoīs nō pōt ferri in deū. Un̄ hō indiget sacrificio ppt̄ tria. Prīo ad remissionē pcti p qō a deo auertit̄: Idō apls Heb. v. dic̄. Oīs nāqȝ pōtifex ex hoīb⁹ assūpt⁹ p hoīb⁹ constituitur in his q̄ sunt ad deū vt offerat dona ꝛ sacrificia p pctis. Scdō vt hō i statu grē consequet̄ sp deo inherēs in q̊ ei⁹ pax ꝛ sal⁹ cōsistit idō in lege veteri offerebat̄ hostia pacifica p offerentiū salute. vt Leuit̄. iij. h̄r. Tertio ad h̊ q̄ spūs hoīs pfecte deo vniat̄ qō maxime erit in glīa: ideo in veteri lege offerebat̄ holocaustū q̄si totū incensuȝ. vt dr̄ Leuit̄. i. Ista aūt puenient hūano gn̄i ex sacrificio corporis mei oblati deo in cruce ꝛ ex effusione sanguīs mei. Prīo em̄ delebūt̄ ei⁹ pctā. sm̄ illō apl̄i Roma. iiij. Tradit⁹ est ppt̄ delicta nr̄a. Scdō accipiet grām ipm saluantē. sm̄ illud Heb. v. Fact⁹ ē oīb⁹ obtēperātib⁹ sibi causa salutꝫ eterne. Tertio pfectōnē glīe adipiscet̄. sm̄ illud Heb. x. Habem⁹ fiduciā i introitu sanctoꝝ p sanguinē ei⁹. Tollite ergo me ꝛ mittite in mare. i. in amaritudinē crucꝫ Tunc milites pylati susceperūt iesum iuxta datam sententiā ꝛ duxerūt in locū caluarie ipo baiulāte sibi crucē vbi crucifixerūt eum in medio duoꝝ latronū: exuētes eū vestimētis suis relinquētes nudū. O Xp̄us autē in cruce posit⁹ iuxta beneplacitū septē populorum septē verba locut⁹ est vnicuiqȝ pplo suū. Primū verbū fuit mētalis charitatꝫ qō direxit pplo diuinali dicēs. Pat̄ ignosce illis qr nesciūt quid faciūt. Mira res ille clamat ignosce: iudei crucifige. O charitas patiens: s; ꝛ cōpatiēs. pat̄ inq̄t ignosce. Uide nūc opa dei q̄ posuit sup terrā: flagellis ces⁹: spinis coronat⁹: clauis cōfixus: patibulo affixus: opprobrijs saturat⁹: oīm tn̄ doloꝝ immemor ait. pat̄ ignosce illis. O duri ꝛ indurati filij adā quos nō emollit tanta benignitas: tanta flāma: tam ingens ardor amoris tam vehemens amator qn̄ sic pfundit crucifigētes se oleo mīe sue. Quis audiuit vnq̄ tale: aut q̊s vidit huic simile? Uix em̄ pro iusto q̊s morit̄: ipe p iniustis mortuus est. eligens exulare a celis vt nos reportaret ad celos. Quis ergo tam irreligiosus est q̄ nō cōpungat̄. Quis tam insolēs vt nō humiliet̄?

Nō h' de septe verbis

Quis tam iracūdꝰ vt nō indulgeat? Quis
tam delitiosus vt non abstineat? Quis tam
flagitiosus vt nō cōtineat? Quis tam mali-
tiosus vt nō peniteat hijs diebꝰ? ℞. ¶ Sed
q̄ttuor genera pctōꝝ nō ꝑcipiūt fructū pas-
sionis xp̄i. Primi sunt lusores similes mili-
tibꝰ pylati q̄ luserūt vestimēta xp̄i. Secūdi
sunt sortilegi ⁊ incātatores similes eisdem
militibꝰ q̄ posuerūt sortē sup aliā vestē xp̄i.
p̄s. Diuiserūt sibi vestimēta mea ⁊ super ve
stem meā miserūt sortē. Tertij sunt blasphe
matores q̄ sunt similes iudeis blasphemān
tibꝰ xp̄m in cruce. Quarti sunt desperati si-
miles iude q̄ abiens laqueo se suspēdit. In
cuiꝰ signū fit p̄mū miraculū in passione xp̄i
scꝫ solis obscuratio. ⁊ hij dicūt illud Sap. v.
Ergo errauimꝰ a via veritatis ⁊ lumē iusti
cie nō luxit nobis: ⁊ sol intelligētie nō est or
tus nobis. lassati sumꝰ in via iniq̄tatis ⁊ per
ditionis. ħ ibi. Alij autē redibāt ad xp̄m: q̄r
hic est iesus nazarenꝰ rex iudeoꝝ vt scripsit
pylatꝰ. Q. ¶ Per hūc eñ titulū designat an
nus iubileꝰ. i. remissiōis pctōꝝ q̄ fuit plena-
rie facta in passione xp̄i. ƀm illud Esaie. lxi.
Ut p̄dicarē annū placabilē dn̄o. Naꝫ genꝰ
hūanū fuit absolutū a culpa. Heb. ix. San-
guis iesu xp̄i emūdauit cōscientias nostras
ab operibꝰ mortuis: etiā a pena. Zach. ix. Tu
quoq̄ꝫ in sanguīe testamēti tui emisisti vin-
ctos de lacu in quo nō erat aqua. Scribitur
eñ hic titulꝰ sic. I N R I Ista lr̄a I desi-
gnat decē. vt hr̄ dist. lxxij. c. Sctissimo. N ve
ro designat tredecim: R aūt designat decē ⁊
septē. ⁊ I designat iterū decem. qui nūeri si-
mul collecti reddunt q̄nquaginta: q̄si volue
rit pylatꝰ dixisse: motꝰ a spūsctō licꝫ nō intel
lexerit sicut nec caypħas. Hic est per quē fit
plena remissio oīm pctōꝝ. R. ¶ Secūdum
verbū fuit liberalis largitatis qd̄ dixit po
pulo spiritali. scꝫ Amē dico tibi hodie mecū
eris in paradiso. Feruebat impietas ꝑseq̄n
tium: exultabat impietas blasphemātiū: cō-
tritio: liuores: crux: vulnera demōstrāt xp̄m
solū hoīeꝫ. Sacratū manuū in ligno crucis
extensio infirmitatē hoīs asserebat ap̄lis
Post diuina miracula solꝰ latro nō acquie-
scit scandalo crucis ⁊ mortis: solus latro te-
stis est maiestatis: q̄ sociꝰ ꝓbat̃ doloris illu
minauerat iam nescientē fidem latronis cre
dentis in xp̄m ꝓpius corpori admota diui-
nitas q̄ se largiꝰ sub momēto illo ꝑagende
redemptōni infuderat. Vn̄ ait. Memento
mei dn̄e dū veneris in regnū tuū. Nō dixit,

si deus es de p̄senti supplicio eripe me: ꝫ ma
gis q̄r deꝰ es de futuro iudicio libera me. Di
uina vero bonitas respōdit. Amen dico ti-
bi hodie mecū eris in paradiso. q̄si dicat. he-
reditaria ⁊ paterna sedes q̄ expulsis adam
⁊ eua est clausa innumeris populis te intro
eunte reserabit̃ ingredere illuc p̄mꝰ: ꝫ ingres
su feliciori q̄ꝫ p̄mꝰ intra ī paradisū nequaq̄ꝫ
cū adā visurꝰ infernū. nullū illic cibū letalē.
nullā legē: nullā arborē ꝑtimescas. Ego ero
illic tibi victꝰ ⁊ vita ibi cū angelis particeps
eris beatitudinis. heres diuine bonitatis in
cuiꝰ signū fit secundū miraculū. s. veli scissio
Nā velū tēpli scissum est. ⁊ aperuit sctā san-
ctoꝝ: q̄r angelica custodia q̄ gladio iusticie
prepediebat hoīem ne ingrederet̃ paradisū
hodie amota ē: ⁊ porta celi aperta est. ¶ S
Tertiū verbum fuit filialis pietatis: qd̄ dixe
xit pp̄lo patriarchali. scꝫ Ecce mat̃ tua. Ec-
ce filiꝰ tuꝰ. Licet eñ xp̄s in cruce dixerit ma
tri sue. Mulier ecce filiꝰ tuꝰ. ⁊ Iohāni euan
geliste dixerit. Ecce mat̃ tua. Tamē p preci
um sanguinis quē xp̄s fundebat in redem-
ptionē hūani gn̄is potuit esse verbū xp̄i ad
patriarchas: q̄si diceret. O pp̄ls patriarcha
lis: ecce mater tua. Nam xp̄s hūanā naturā
assumpsit vt eā a corruptōe purgaret. nō au
tem purgatōe indigebat hūana natura nisi
ƀm q̄ꝫ infecta erat p originē viciatā q̄ ex adā
descendebat. Idō xp̄s carnē sumpsit ex ma-
ria ab adā deriuata vt ip̄a natura p assum-
ptionē curaret̃: q̄r impfectio hūani generis
ꝓpt̃ pctm̄ indigebat ꝑfectōne innocētie xp̄i
cuiꝰ soliꝰ est a pctō curare. Ip̄e est eñ agnꝰ
q̄ tollit pctm̄ mūdi. vt dr̄ Ioh. i. Ista aūt cu-
ratio debebat fieri p preciū sanguīs xp̄i vel
p vitaꝫ eiꝰ corporalē que ē in sanguine quā
ip̄e xp̄s exsoluit. Affinitas ergo xp̄i ad hu-
manū genꝰ est p hoc q̄ꝫ corpꝰ xp̄i formatuꝫ
est ex purissimo sanguine bt̄e virginis deri-
uato ƀm originē ab adā ⁊ ab alijs patribꝰ.
Sicut ergo bt̄a virgo fuit vera mat̃ xp̄i q̄r si
ne pctō sanguinē ꝓbuit ex quo formatū est
corpꝰ xp̄i: ita cū xp̄s hūc sanguinē p innocē
tiam in sacrificiū deo patri offerat in cruce:
vult q̄ꝫ mat̃ sua sit mat̃ patriarcharū: idō dic
Ecce mat̃ tua. q̄si dicat populo patriarchali
Hic sanguis īmaculatꝰ quē p te nunc effun
do est pignꝰ hereditat̃ maternalis q̄ attinet
⁊ cōiungit me tibi. Caput eñ ⁊ mēbra sicut
sunt vna ꝑsona: sic xp̄s tāq̄ꝫ caput ⁊ oēs
fideles tanq̄ꝫ mēbra sunt vna ꝑsona mysti-
ca. Idō satisfactio xp̄i ad oēs fideles ꝑti-

net sicut ad sua mēbra: inq̄tū etiam duo ho
mines sunt vnū in charitate vn⁹ ꝓ alio satis
facere pōt. Hec aūt satisfactio fit per sangui
nem xpi. Ecce sanguis me⁹ ꝓciosus quē de-
di in redēptionē aīarū vestrarū in remissio-
nem pctōꝝ vestroꝝ. Facit sanguinē vestruz
preciosuz q̄ mediāte sicut illa mulier est ma-
ter mea sic per grām est mat̄ tua. Si em̄ san
guis me⁹ nō faceret ꝓciosū sanguinē vestrū
nequaq̄ꝫ diceret̄. Preciosa in conspectu dn̄i
mors sanctoꝝ ei⁹. In cui⁹ signū fit tertiū mi
raculū. s. terremotio. ẜm illud p̄s. Terra tre-
muit ꝛ quieuit duz resurgeret in iudiciū de⁹
vt saluos faceret om̄es māsuetos terre. Hic
terre mot⁹ significabat motionē ꝛ ꝯsolatio
nem sctōꝝ patrū in limbo existentiū ex ꝟtu
te sanguinis xpi. p̄s. Cōtriuit portas ereas ꝛ
vectes ferreos ꝯfregit. Sus. e. d. ma. i. coꝝ ꝛc.
¶ Quartū ꝟbū fuit vniuersalis penalita
tis q̄ꝺ direxit ppl'o ꝓphetali. s. De⁹ me⁹ deus
me⁹ vt q̄d dereliq̄sti me: Nō em̄ derelictio il-
la est referenda ad solutionē vnionis ꝑsona
lis: sed ad hoc ꝙ deus pat̄ eū exposuit passi-
oni. Vn̄ derelinquere hic nō est aliud q̄ꝫ nō
ꝓtegere a ꝑsequentib⁹ vt verificet̄ illud p̄s.
Deus dereliq̄t eū ꝑsequimini ꝛ cōprehēdi-
te eum: qꝛ nō est qui eripiat. q̄si dicat. O po
pule ꝓphetalis ad peragēdū mortis mee sa
cramentū: voluisti me sustinere om̄e genus
humanarū passionū: ꝛ nūc de⁹ me⁹ dereliq̄t
me. Passus est em̄ xp̄s oēꝫ passionē huma
nam. Pri̇o ex parte hoīm: qꝛ passus ē a gen
tilib⁹ ꝛ iudeis: a masculis ꝛ femineis. vt pꝫ
de ancillis accusantib⁹ petrū. Passus ē etiā
a ꝓncipib⁹ ꝛ ministris coꝝ ꝛ a popularibus
ẜm illō p̄s. Quare fremuerūt gētes ꝛ ppl'i
meditati sunt inania. Astiterūt reges terre
ꝛ ꝓncipes cōuenerūt in vnū aduersus dn̄m
ꝛ aduersus xp̄m ei⁹. Passus est etiā a fami
liarib⁹ ꝛ notis. sicut pꝫ de iuda eū ꝓdente ꝛ
petro ip̄m negāte. Secūdo pꝫ idē ex parte
coꝝ in q̄b⁹ hō pōt pati. Passus ē em̄ in suis
amicis eū deserētib⁹ in fama ꝑ blasphemias
cōtra eū dictas. in honore ꝛ glīa ꝑ irrisiōes
ꝛ cōtumelias ei illatas. in reb⁹ ꝑ hoc ꝙ etiā
vestib⁹ spoliat⁹ est. in aīa ꝑ tristiciā tediū ꝛ
timorē. in corpore ꝑ vulnera ꝛ flagella. Ter
tio pꝫ idē q̄ꝫtū ad corꝑis membra. Passus ē
em̄ in capite pungentiū spinaruz coronā. in
manib⁹ ꝛ pedib⁹ fixionē clauoꝝ. in facie ala
pas ꝛ sputa. in toto corpore flagella. ẜm ta-
ctum clauis confixus ꝛ flagellat⁹. ẜm gustū
felle ꝛ aceto potatus. ẜm olfactū in loco fe-
tido cadauerū mortuoꝝ q̄ dicit̄ caluarie pa-
tibulo appensus. ẜm auditū vocib⁹ blasphe
mantiū ꝛ irridentium lacessit⁹. ẜm visum la
chrymis perfusus. In cui⁹ signū fit quartuz
miraculū scꝫ petrarū scissio: qꝛ lapides com-
patiebant̄ xpo tam dira patienti cui nō cōpa
tiebat̄ hō morienti. Est em̄ xp̄us lapis angu
laris qui vt cōnecteret vtrūq̄ꝫ parietē scꝫ iu-
deoꝝ ꝛ gētiliū vulnerib⁹ ꝛ plagis ꝯtundit̄:
ꝛ vt hō penetret ꝑ hūc lapidē vsq̄ꝫ ad celuz
scindit̄. Cāticoꝝ. ij. Colūba mea i foramini-
bus petre ꝛc. ¶ Quītū ꝟbū fuit cordialis
cōpassibilitat̄: q̄ꝺ direxit ppl'o disciplinali. s.
Sitio. Nā qꝛ oēs discipuli ei⁹ relicto eo fuge
rant atq̄ꝫ fidē ei⁹ abnegauerāt: ne in despera
tionē ꝓlaberent̄: ẜ sub spe venie ad eū redi-
rent: clamat. Sitio fidē vestrā: salutē vestrā:
gaudiū vestrū. Plus aīarū vestrarū fructus
q̄ꝫ corꝑis mei cruciat⁹ me tenet: ꝛ si nō mei
saltē vestri misereminí. Non sitio penā aceti
ꝛ fellis pcti vr̄i quā mihi perfidi iudei porri-
gunt: ẜ ꝯuersionē ꝛ saluatōnē vestrā. In cu
ius signū fit q̄ntū miraculū. s. monumētorū
apertio: qꝛ fides vestra de mea diuinitate ape
riet̄ ꝛ manifestabit̄ toti mūdo: lꝫ nūc videa
tur ꝑdita ¶ Sextū ꝟbū fuit triūphalis fe
licitat̄: q̄ꝺ direxit ppl'o legali. s. Cōsūmatum
est. Iudei em̄ q̄ fierūt mortē xpi. vn̄ Math.
xxij. dicit̄ ꝙ coloni vinee per quos signant̄
rectores ꝛ ꝓncipes iudeorū videntes filiuz
dixerunt intra se. Hic est heres: venite occi-
damus eum. Ideo xp̄s eos alloquit̄ dicens
Consummatū est. scꝫ desideriū vestrū quo
voluistis me mori. Consummatū est ludibri
um passionis mee. Consummatū est sacra-
mentū redemptionis humane. Consumma
tum est dominiū luciferi super hoīem. In cu
ius signū fit sextū miraculū, scꝫ mortuoꝝ re-
surrectio: animarū sanctoꝝ patrū de limbo
egressio. Nā multa corpora sanctoꝝ qui dor
mierant surrexerūt ꝛ venerunt in sanctā ciui
tatem ꝛ apparuerūt multis ꝛ testificati sūt
mysteriū redemptōis humane. ¶ Se-
ptimū ꝟbū fuit diuinalis veritatis q̄ꝺ dire-
xit ppl'o matronali. scꝫ Pater: in man⁹ tuas
cōmendo spm̄ meū. Xp̄s em̄ non habebat
aliquē sibi compatientē nec obsequentē nisi
ppl'm mulierū. Vn̄ Joh. xix. dicit̄. Stabat
iuxta crucem iesu mater eius ꝛ soror matris
ei⁹ maria cleophe ꝛ maria magdalene quas
christus velut spiritū suum cōmendauit pa-
tri: quia qui adheret deo vnus spiritus est
cū eo. Xp̄s ergo tanq̄ꝫ deus veritat̄ redemit

nos ⁊ perfecit mysteriū hūane redēptionis
qn̄ voce magna clamauit. Pat᷑ in man⁹ tu-
as cōmēdo spm̄ meū. In cui⁹ signū fit septi
mū miraculū. s. hoīs īfidelis ꝯuersio. Vn̄ dr̄
Math. xxvij. Vidēs aūt cēturio q̄ ex adūso
stabat: qꝛ sic clamās expirasset: ait. Vere hic
hō fili⁹ dei erat. Et īcliato capite emisit spm̄.
Vn⁹ aūt militū lōgin⁹ noīe lat⁹ ei⁹ aperuit lā
cea: ⁊ miraculose seorsū exiuit sanguis ⁊ aq̄.
vt a pctīs oīb⁹ mundaremur. Apoc. i. Lauit
nos a pctīs nr̄is in sanguīe suo. Et Heb. ix.
Sanguis iesu xp̄i emūdauit ꝯsciētias nr̄as
ab opib⁹ mortuis. Fuit ei mirabile ī xp̄i mor
te ꝙ veloci⁹ mortu⁹ fuit alijs q̄ filī pena affi
ciebāt. vn̄ dr̄ Joh. xix. ꝙ eoꝝ q̄ cū xp̄o erāt
fregerūt crura vt cito morerent: ad iesū xo
cū venissent īuenert eū mortuū vn̄ nō frege
rūt ei⁹ crura. ⁊ Marc. xv. dr̄. ꝙ pylat⁹ mira-
bat si iam obijsset. ¶ Post mortē xo xp̄i
circa corp⁹ ei⁹ fiūt q̄ttuor. Pr̄io ꝯcedit sepeli
ri. Nā pylat⁹ postq̄ cognouit xp̄z mortuū cō
cessit ioseph corp⁹ eius sepeliri. Scd̄o a ma
gnatib⁹ fuit sepult⁹. s. a ioseph ab arimathia
q̄ erat nobilis decurio: ⁊ a nichodemo q̄ erat
ꝑnceps iudeoꝝ. Tertio varijs aromatibus
corp⁹ xp̄i fuit ꝯditum: qꝛ nichodem⁹ venit fe
rens mixturā mirre ⁊ aloes q̄si libras cētuz.
Quarto decent ⁊ honeste fuit corp⁹ xp̄i īuo
lutū: qꝛ ioseph īuoluit corp⁹ ei⁹ in syndone
mūda. In sepultura xo ei⁹ fuert q̄ttuor. Pri
mo sepelit ī horto ad significādū ꝙ ꝑ mortē
⁊ sepulturā ei⁹ liberamur a morte quā incur
rim⁹ ꝑ pctm̄ ade ī horto paradisi cōmissum.
Scd̄o ponit ī alieno sepulchro quia ꝓ alioꝝ
moriebat salute. Tertio ponit ī monumēto
nouo in q̄ nōdū q̄sq̄ posit⁹ fuerat ne post re
surrectionē ceteris corporib⁹ remanētib⁹ sur-
rexisse ali⁹ fingeret. Quarto ī monumēto ex
ciso ī petra sepelit ne si ex mult̄ lapidib⁹ edi
ficatū fuisset tumuli fūdament̄ suffossis sub
lat⁹ furto diceret. Vn̄ ⁊ saxū magnū qd̄ ap
positū fuit oñdit nō absq̄ auxilio plurimoꝝ
sepulchrū potuisse reserari. Si etiā sepultus
fuisset in terra: dicere poterāt suffoderūt ter
ram ⁊ furati sūt euz. Et ne q̄sq̄ hoꝝ ꝯtinge
ret diligēti custodia signatū est sepulchrū cū
sigillis pylati: muniētes illud magna multi-
tudine hoīm armatoꝝ. A q̄ tn̄ tertia die exi
bit cū victoria iesus xp̄s dn̄s noster q̄ cū pa
tre ⁊ spiritusancto ineternuz viuit ꝑ infinita
seculorum secula Amen.

¶ In die veneris scā ser. terti⁹ de q̄nq̄gīta do
lorib⁹ xp̄i: q̄s in passione sustinuit ꝓ nobis

O Vos oēs q̄ trāsitis
o attēdite ⁊ videte si ē dolor simi-
lis sicut dolor me⁹. Threnoꝝ. i.
Xp̄s in cruce hodie extēsus dic̄
illud ps. Circūdedert me dolores mortis: ⁊
torrētes iniq̄tatis ꝯturbauert me. Dolores
inferni circūdedert me: ꝓoccupauerūt me la
quei mort̄. h̄ ille. Sup̄ q̄ moueo talem q̄stio
nem. ¶ Vtrū dolor quē xp̄s in passione
sustinuit fuerit maxim⁹ quē vlla creatura in
hac vita ferre potuit? Ad istā q̄stionē rn̄dēt
duo doctores noui testamēti. Prim⁹ ē btūs
Bernar. in tractatu de scala iacob dicēs sic.
Xp̄s nō est ꝓsperat⁹ in h̄ mūdo s̄ a die nati
uitat̄ sue vsq̄ ad horā passionis s[illegible]3 ꝑ no
bis impēdit: dū ī pauptate nat⁹: in hūilitate
ꝯuersat⁹: ꝑsecutōe fatigat⁹: passione ꝯsūma
tus: totū se in aq̄s passiōis immersit aīaruz
vtiq̄ saluator nō corpoꝝ. Nā tollere pctā ve
nerat. nō carnis molestias. h̄ ille. Secūd⁹ ē
Hylari⁹. x. de trini. dicēs sic. Unigenit⁹ dei fi
lius ad ꝑagendū mort̄ sue sacramētū cōsū-
masse in se oē gen⁹ hūanarū passionū trista
tur: cū īclinato capite emisit spm̄. h̄ ille. Sciē
dū ꝙ xp̄s in cruce eleuat⁹ oī creature trans
eunti ꝑ viā hui⁹ mūdi suū deplorat infortu-
niū si aliq̄ vnq̄ tantis dolorib⁹ affecta fuit:
quant̄ ip̄e est. Nā dolor aīe separate patien
tis ꝑtinet ad statū future dānatōnis: q̄ exce
dit oē malū hui⁹ vite: sicut scōꝝ glīa excedit
oē bonū p̄sent̄ vite. Vn̄ cū xp̄s dicit suū do
lorē eē maximū nō cōparat ipm̄ dolori aīe
separate: ido dic̄. O vos oēs q̄ transit̄. s. ꝑ vi
am mūdi hui⁹. Cū g̊ xp̄s operat⁹ sit nostrā
salutē in medio terre: cōstituam⁹ angelos in
oriēte: demones in occidēte: iustos ī austro:
pctōres ī aq̄lone: ad oēs istos ordines crea
turarū amore ⁊ dolore lamētans ⁊ lachry-
mās ies⁹ ꝯq̄rit dicēs. O vos oēs q̄ trāsit̄ ⁊c̄
Pr̄io aūt ad āgelos voluēs se xo⁹ oriētē dic̄
O vos angeli q̄ me ab initio desiderast̄ ꝓspi
cere tūc cū gaudio ⁊ delectatiōe: nūc cū ludi-
brio ⁊ ꝯfusiōe: attēdite ⁊ videte q̄s ē maior
dolor an vester ī ruina ⁊ hoīz custodia ifru-
ctuosa: an me⁹ ī passione ignominiosa. Ma
gn⁹ em̄ fuit dolor vester cū vidist̄ tot ꝯciues
vr̄os ꝯ deū insurgē. Vn̄ coacti fuist̄ inire cū
eis bellū ⁊ pugnare cū fratrib⁹ vr̄is. s̄m illō
Apoc. xij. Factū ē p̄liū ī celo: michael ⁊ ange
li ei⁹ p̄liabāt cū drachone: ⁊ dracho pugna-
bat ⁊ angeli ei⁹ ⁊ nō valuerūt: ⁊ nō est īuēt⁹
loc⁹ eoꝝ āpli⁹ ī celo. Et ꝓiect⁹ ē ille dracho

de sepul[illegible]

magn⁹ serpēs antiqu⁹ q̄ vocat̄ diabol⁹ ꝛ sathanas in t̄raȝ: ꝛ āgeli ei⁹ cū ipso missi sūt. h̄ ibi. Vn̄ ciuitas dei quā pacifice possidere debuistis: valde in suis ꝯciuib⁹ diminuta ē: et sicut de ꝓfectu cōciuiū vroꝝ creuisset gaudiū vestrū in celo: ita ex defectu eoꝝ ꝛ ruina tardata ē vr̄a leticia q̄usq̄ ꝑ hoīes reparet̄. ƀȝ illud Luc. xv. Gaudiū ē angel' dei super vno pctōre pniām agente. Lȝ aūt dolor vr̄ fuerit magn⁹: tū q: ciuitas ꝓpt̄ quā possidēdam in gr̄a creati fuistis depopulabat̄: tū q: gaudiū vr̄m de gl'ia cōciuiū vestroꝝ dīnuebat̄: tū q: infern⁹ ditabat̄: tū q: ꝓnitas ad vitia āpliabatur. tn̄ dolor vr̄ nō est sil'is sicut dolor meus. Pro eo ꝙ p⁹ illoꝝ ruinā ꝑata fuit vob̄ gl'ia mihi aūt ꝑata fuerūt grauissima supplicia. Parauit vob̄ de⁹ eternā sui fruitōem: m̄ aūt durissimā vltionē. Vn̄ Esa lxiij admirantes dixistis. Quis ē iste q̄ venit de edom tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua gradiēs in m'ltiplici fortitudīs sue. Ego qui loq̊r iusticiā ꝛ ꝓpugt̄or sū ad saluāď. Quare g̊ rubrū est īdumentū tuū ꝛ vestiméta tua sicut calcantiū in torculari? Torcular calcaui sol⁹: ꝛ de gētib⁹ nō est vir mecū. h̄ ibi. Nō em̄ nisi ꝑ effusionē sanguis mei restaurari poterat ruina vr̄a. apoc. xij. Audiui vocē magnā in celo dicentē. Nūc facta ē sal⁹ ꝛ ꝩt⁹ ꝛ regnū dei nr̄i: ꝛ ptās xp̄i ei⁹: q: ꝓiect⁹ ē accusator fr̄ȝ nr̄oꝝ ꝛ ipsi vicerūt illū ꝓpt̄ sanguinē agni ꝛ ꝓpter ꝩbū testīonij sui: ꝓpterea letami celi ꝛ q̄ hītat̄ in eis. Preterea cū essetꝭ ab initio deputati ad custodiā hoīs iux̄ illud. ps̄. Angel' suis de⁹ mādauit de te: vt custodiāt te ī oībus vijs tuis. In māib⁹ suis portabūt te: ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Et ad h̊ eratꝭ custodes hoīm vt deducētis eos in ꝯsortiū gl'e vr̄e. Heb. i. Oēs sūt administratorij spūs in misteriū missi: ꝓpt̄ eos q̄ hereditatē capiūt salutꝭ: qn̄ ꝓm⁹ hō adhesit suasioni serpētis īimici vr̄i ꝛ vos ac vrām societatē dereliq̄t magn⁹ fuit dolor vr̄. Esa. xxxiij. A voce āgeli fugerūt ppl'i. Ecce vidētes clamabūt foris: ꝛ angeli pacis amare flebūt. Lȝ dolor vr̄ fuerit magn⁹: nō est tn̄ sil'is sic̄ dolor me⁹ q: ego ꝓ salute hoīs rediméda vitā meā exposui morti. vn̄ apoc. v. ď. Audiui vocē āgeloꝝ multoꝝ in circuitu throni dicentiū voce mag̃. Dign⁹ ē agn⁹ q̄ occis⁹ ē accipe ꝩtutē ꝛ dīnitatē ꝛ sapīam ꝛ fortitudinē ꝛ honorē et gl'iam ꝛ bn̄dictōeȝ. Etiā vos āgeli qn̄ vidistꝭ grauissima supplicia m̄ a synagoga inflicta flētes ꝛ dolētes dixistis illō Hiere. li. Curauim⁹ babilonē ꝛ nō ē sanata derelinq̄m⁹ eaȝ ꝛ eam⁹ vnusq̄sq̄ in t̄raȝ suā: qm̄ ꝑuenit vsq̄ ad celos iudiciū ei⁹. Venite ꝛ narrem⁹ ī syō op⁹ dn̄i dei nr̄i ꝛc̄. De isto fletu āgeloꝝ ī passione xp̄i dicit⁹ Joseph⁹ de bello iudaico ꝛ beatus hie. sup illō Esa. lxvi. Vox ppl'i de cītate vox de celo ꝛc̄. ꝙ xp̄o in cruce migrāte ꝛ ruina tēpli īminēte angeli custodes ppl'i ꝛ ꝓsides tēpli voce ꝯsona flebl'r clamabāt. Heu fugiam⁹ ꝛ trāseam⁹ ab hijs sedib⁹ q̄ vox ī scā scōꝝ ꝛ ī aere ꝑ totā cītatē audita ē. Clamat g̊ xp̄s ī cruce aduersus āgelos ꝛ dicit. Adiuro vos spūs āgelicos si ī vniu'sa vr̄a custodia circa hoīem tā horrēď scel⁹ ꝛ immane flagitiū vn̄q̄ ꝑpetratū ē. Heu oēs rn̄dent illud Iudic. xix. Nūq̄ tm̄ nephas ꝛ tā grāde piacl'm cōmissū est in israel. ꝛ sic pȝ primū. B. Scďo aūt ꝩtens se xp̄s ad sathanā ꝓncipē militie īfernalis ꝛ ad demones sui seq̄ces ꝩsus occidentē dic̄. O demones q̄ mare ꝛ aridā circuitis attēdite ꝛ videte quis ē maior dolor an vr̄ in vsurpatione diuinitatꝭ ꝛ nature hūane subiugatōe: an me⁹ in penarū ludibrio fraudulēta vr̄i suggestione. Nā tu lucifer maledicte a die creatōis tue appetiuisti fieri deus: q̄ vt Esay. ait. xiiij. ca. dicebas in corde tuo. In celū ꝯscendā: sup astra celi exaltabo solium meū: sedebo in mōte testi: in laterib⁹ aq̄lōis ascendā sup altitudinē nubiū: ꝛ sil'is ero altissimo. Et Eze. xxviij. Tu signaculū solitudinis plen⁹ sapīa ꝑfect⁹ decore in delitijs ꝑadisi dei fuisti. oīs lapis ꝓciosus opimentū tuū. Tu cherub extēt⁹ ꝛ ꝓtegēs posui te in mōte scō dei. Cū aūt eiect⁹ fuisti a ꝑadiso magnū doloreȝ ꝯcepisti quēadmoď Esa. xiiij. ď. Verūtn̄ ad infernū detraheris in ꝓfunduȝ laci. ꝓrerea satellites tui insultabāt tibi dicentes Tu vulnerat⁹ es sicut ꝛ nos nr̄i sil'is effect⁹ es. detracta ē vsq̄ ad īferos supbia tua. quomō cecidisti de celo lucifer q̄ mane oriebaris ꝛc̄. Et Eze. xxviij. Repleta sunt īteriora tua īiq̄tate ꝑdidisti sapīam tuā in decore tuo: in m'ltitudīe īiq̄tatū tuarū. Polluisti scīficationē tuā ꝛc̄. Iste tu⁹ dolor q̊ ex ābitōe ꝛ supbia tua q̄ appetiuisti dīnitatē ꝛ ꝓiect⁹ es in maximā vilitat ē est magn⁹: s̄ dolor me⁹ icōpabilit̄ ē maior: q: cū essem de⁹ semꝑ me īhonorasti: ꝛ totū hūanū gen⁹ aduersū me ꝯcitasti Turpi⁹ em̄ ꝓnceps legitim⁹ a suis ciuib⁹ de dn̄io eijcit̄: ꝙ tyrān⁹ nō acceptet̄. De me aūt ď Joh̄. i. In ꝓp̊a venit ꝛ sui eū nō recepūt. ꝓpter me solū ꝑdendū cōmouisti herodem ad occidendū oēs pueros q̄ erāt in bethleē:

τ in oĩb⁹ finib⁹ ei⁹: vt ꝺꝛ Mat. ij. Adhuc qñ
ĩduxisti euã ad peccanꝺ τ ꝑ eã adã ad come
dendũ fructũ ligni vetiti subiugasti tibi natu
rã hũanã τ ꝑtãtez atq̃ dñium sup ipaz tibi
vsurpasti: q2 a q̃ quis vict⁹ ẽ ei⁹ τ ſu⁹ ẽ: tunc
maximũ gaudiũ ꝯcipisti. Solatiũ eñ ẽ mise
ris socios hr̃e penarũ: nũc aũt q2 in iudiciuz
vocaris τ traheris vt fraus tua declaret̃ per
quã sub vmbra mea priꝰs pẽtes seduxisti as
serens te a me missũ qñ me penituisset statu
ti qꝺ sel' sanxerã: iõ vehement̃ doles. verũtñ
q2 iusticia dei exigit vt hõ a pctõ liberet̃ xp̃o
ꝑ passionẽ suã satisfaciẽte: tñ si vellet absq̃
oĩ satisfactiõe hoĩem a pctõ liberare ꝯ iusti-
ciã dei nõ faceret. Ille eĩ iudex nõ p̃t salua iu
sticia culpã sine pena dimittere q̃ hz punire
culpã in aliũ comissã: puta vel in aliũ hoĩez
vel in totã rẽpub. siue supiorẽ p̃ncipẽ: ʒ deus
nõ hz aliquẽ supiorẽ cũ ipse sit supmũ τ cõe
bonũ toti⁹ vniũsi: τ iõ si dimittat pctm̃ qꝺ hz
rõem culpe ex eo ꝙ ꝯ ipz cõmittit̃ nulli facit
ĩiuriã. Sicut q̃cũq̃ hõ remittit offensã in se
cõmissã absq̃ satisfactõe misericordit̃ τ nõ ĩ
iuste agit. vñ Dauid petẽs miaz dicebat. Ti
bi soli peccaui: quasi dicẽt; potes sine ĩiusticia
mihi dimittere: tñ q2 ego nõ veni gen⁹ hũa-
nũ a pctõ libare solũ ꝑtãte ʒ etiã iusticia. ꝓ-
ꝑt ea nũc cũ sim in cruce añ tribunal iusticie
affer iura tua: τ libẽter audieris. Uidẽs aũt
diabol⁹ hoĩem τ cog̃scẽs eũ eripi a suo dñio
nõ valẽs ferre potentiã ei⁹ q̃rit iusticiã ꝓpo
nẽs q̃rimoniã corã deo τ ait fieri sibi ĩiuriã.
Primo ꝑ legẽ cõem. Scꝺo ꝑ legẽ diñã. Ter
tio ꝑ legẽ naturalẽ. Pmo allegat legẽ cõez q̃
dicit ꝙ vl'is victoria mutat possessionẽ. Sic
in mũdo post diluuiũ in q̃ qꝺ ꝑpt̃ diũsas vi-
ctorias fuerũt dñatões τ possessiones muta
te vt pz de reg̃ asirioꝝ: caldeoꝝ: grecoꝝ: roma
noꝝ. Cũ g̃ de hoĩe victoriã habuerĩ g̃nalẽ ra
tionabl'r ad me ẽ trãsmutata possessio. Hoc
eñ autẽticat̃ lege diña q̃ mãdat Mat. xxij.
reddi q̃ sũt cesaris cesari τ q̃ sũt dei deo. Itẽ
lege naturali videm⁹ ꝙ creature q̃ hñt natu-
ral'r maiorẽ potẽtiã alijs dñant̃: sicut pz ĩ aĩa
lib⁹. s. leone et aq̃la. vñ. ij. Pet. ij. A quo q̃s
supat⁹ ẽ ei⁹ τ seru⁹ ẽ. Lex ẽt dic̃ ꝙ ea q̃ hosti
bus auferũt̃ iure gẽtiũ possidem⁹: g̃ iuste pos
sideo hoĩem. Xp̄us r̃ndit. Allegatio tua nõ
tz: q2 ſm legẽ fraus τ dol⁹ nõ debẽt alicui pa
trocinari: ʒ tu hoĩem ꝑ potentiã nõ vicisti: cũ
euz fortẽ creauerĩ angel' associauerĩ: loco tu
to locauerĩ: ʒ ꝑ fraudẽ. sic g̃ iuste aufero qꝺ
fraudulẽter detines. diabol⁹ addit. Scꝺz le-
ges sciẽti τ volẽti nõ ĩfert̃ dolus: ʒ hõ cũ eẽt
sapiẽ ꝑdit⁹: decipi neq̃bat: g̃ eũ nõ fraude: sed
ꝓpa volũtate ligaui. Nã Esau nõ fuit dol⁹ il
lat⁹ qñ vẽdidit p̃mogẽita sua. Geñ. xxv. Qꝛ
nõ ꝑ fraudẽ vẽdidit: ʒ ꝓpa volũtate. Preterea
dato ꝙ ipz ꝑ fraude decepꝑĩ nihil obijcit̃: q̃a
trãsgressio nõ mlˀieris: ʒ viri fuit q̃ hũani ge
neris pctm̃ in posteros traduxit. Sz apl's. ij.
Thi. ij. dic̃. Uir nõ ẽ seduct⁹: ʒ mulier. Xp̄us
ait. Sic videm⁹ ĩ ludo ꝙ cõueñt aliquẽ iuste
ꝑdere qñ ad ludũ nõ ĩducit̃: ʒ ĩducit. nec de-
cipit victor. tñ nõ p̃t iuste detinere. sic ĩ ꝓposi
to licz hõ iuste ꝑdiderit: tu tñ ĩiuste possides
q2 false lusisti: dicẽs. Neq̃q̃ moriemĩ ʒ eritis
sicut dij τc̃. Diabol⁹. Uidem⁹ ꝙ duplex ẽ lu
crũ. vnũ in q̃ cõpetit restitutio sic̃ in his q̃ fi
unt in ꝑiudiciũ alt̃i⁹ sic̃ rapina furtũ τc̃. Ali-
ud ẽ in q̃ nõ cõpetit restitutio sic̃ qñ nulli ẽ in
ꝑiudiciũ. Uñ lz cũ pctõ lucrat⁹ fuerĩ hoĩem
tñ ad restitutionẽ nõ teneoꝛ: sic̃ pz in filijs is
rael q̃ spoliauer̃t egiptios Exo. xij. Xp̄s. Sci
m⁹ ſm iura ꝙ q̃ lucrat̃ aliq̃d in ꝑiudiciũ alte
ri⁹ tenet̃ ad restitutõez sic̃ mlˀier q̃ ĩ ꝑiudiciũ
viri fornicat̃ q̃cq̃d ĩde lucrat̃ tenet̃ viro τ vir
mlˀieri: iõ cũ ſuũ meũ ĩuaseris in meũ ꝑiudi
ciũ fecisti. diabol⁹. Tarde allegasti: q2 hõ iaz
fact⁹ ẽ me⁹ iure p̃scriptõis eo ꝙ possederĩ ip
sũ tot ãnis τ ſm pl̃m. Cõsuetudo ẽ alt̃a na
tura: iõ possessio ei⁹ ex lõgo tpe fcã ẽ m̃ natu
ral'. Xp̄s. Mihi nõ ꝑiudicat ꝙ tu dic̃: q2 nõ-
dũ fcã fuit m̃ p̃scriptio: cũ nõ pacifice nec bo
na fide possederis. Nã ꝯtestata lite misi adã
cũ satisfactõe pctĩ. Abrahã cum circũcisiõis
purg̃tõe. Moysen cũ leg̃ ĩstructiõe. ꝓphas
cũ vicioꝝ obiurgatõe: τ tue malitie detectõe.
diabol⁹. Ad te nõ ꝑtinet litẽ ꝯtestari: q2 Ec
cl'. xv. ꝺꝛ. Qꝛ tu reliq̃sti hoĩez ĩ manu ꝯsilij sui
τ sic eũ emãcipasti τ ex q̃ dimisisti eũ: vltro
se dedit m̃: τ ita ad restitutõez nõ teneoꝛ. xp̄s
Licet fuerit emãcipat⁹ nõ tñ total'r ĩ ꝑsona
sz in ꝑte: in q̃ dedi sibi naturalẽ cursuz. s. arbi
trij lib'tatẽ: sic̃ alijs creaturis: ꝓpas ac cões
dedi. diabol⁹. Licet eũ accepꝑĩ: tu tñ nõ ꝑdi-
disti dñiũ: q2 sicut tu vis ꝙ sit tu⁹ in celo per
miam: ita ẽ tu⁹ in ĩferno ꝑ iusticiã. Uñ sapiẽ
iiij. ꝺꝛ. Ueniẽt in cogitatõe pctoꝝ suoꝝ timi
di τ traducẽt illos ex aduerso ĩiq̃tates eoꝝ.
Cũ g̃ ĩfinitũ peccauerit ad tuã iusticiã ꝑtinet
vt a me acriter puniat̃. Xp̄us. Sic̃ dicit lex
oĩs cã ꝑ quãcũq̃ viã orit̃ ꝑ eanꝺ destruitur
q2 eadẽ est via eũdi τ redeũdi. Cũ g̃ hõ ꝑ vi
am liberĩ arbitrij ceciderit: ꝑ eanꝺ p̃t ad gra
tiã τ gl'iam releuari. Hiere. viij. Nunq̃d q̃ ca

dit nõ resurget: ⁊ q̇ auersus est nõ reuertet᷑:
diabolꝰ. Cõcedo si ꝑ se rediret sꝫ ꝑ se redire
nõ potest: qꝛ est spũs vadẽs ⁊ nõ rediens.
ps. lxxvij. ergo tu q̇ hoc facis magnã faċ mi
hi iniuriã. Xp̃s. Iura dicũt qd̃ q̇s per aliũ faċ
per seipm̃ facere videt᷑. Amor eñ est virtꝰ i-
tima transferẽs amantis silitudinez in ama
tum. Cũ ergo sim hoĩ amore ieffabili copula
tus ⁊ vnitꝰ ꝑ carnis assumptõem. iõ qd̃ ego
facio ipse facit. diabolꝰ. Illa amicitia q̃ de fa
tuitate ꝓcedit nõ videt᷑ amicitia: sicut pꝫ de
hys q̇ ex ebrietate vel stulticia alteri ↄiũgũt᷑
sed valde videt᷑ stultũ ꝙ tu qui es deꝰ sis hõ
dñs sit seruꝰ: creator creatura. ⁊ vita moria-
tur: g̊ ad hoiem verã amicitiã hr̃e nõ potes
Xp̃s. Fateor ꝙ amicitia q̃ est ex timore stul
ticia: aut cupiditate nõ est dicẽda amicitia:
qꝛ vera amicitia in amore fundat᷑. cũ maio-
rẽ hac dilectõez nemo hꝫ q̃ꝫ vt aĩam suam po
nat q̇s ꝓ amicis suis. Vñ mea amicitia ẽ ve
ra. qꝛ ꝓ amore eiꝰ aĩam mea pono. diabolꝰ.
Tua amicitia nõ est vera. Nã vera amicitia
hꝫ ꝑfectionẽ: sꝫ tua nõ hꝫ ꝑfectionẽ: sed ipfe
ctionẽ: qꝛ acceptor ꝑsonarũ es: qꝛ ex quo ho
minẽ libas: etiã me creaturã tuã nobilẽ: ⁊ ti-
bi ↄsimilẽ liberare debes: sed me nõ redimis
g̊ nec hoiem redimere dẽs. Xp̃s. Actꝰ acti-
uoꝝ sunt in patiẽte ⁊ bñ disposito: vñ phs di
cit. Or forme dant᷑ merito materie: cũ g̊ sis idis
positꝰ: medicinã nõ potes recipere sanitatis:
vñ si velles penitere ⁊ dicẽ tuã culpã te silit᷑
liberarẽ. diabolꝰ. Potiꝰ volo in ꝑpetuũ cruci
ari tu redimis cũ ꝑ deceptionẽ: qꝛ tu me dece
pisti plurimũ hamo tue diuinitatis: ⁊ esca tue
hũanitatis: cũ g̊ fraus ⁊ dolꝰ nulli debeant
patrociari: tua redẽptio nõ valet. Xp̃s. Tua
deceptio iiusta fuit cũ decepis inocentẽ: mea
vero ẽ iusta: qꝛ deceptorẽ ⁊ ꝓditorem decepi
Vñ lex dicit. Fallere fallẽtem nulla lege ve-
tat᷑. Nã h̊ opꝰ nr̃e salutis ordo depoposcerat
⁊c̃. Vñ venenũ ↄ̃ venenũ qꝛ hũilitas ↄ̃ sup
biã: amaritudo aceti ⁊ fellis ↄ̃ dulcedinẽ po
mi ponit᷑. diabolꝰ. Nõ curo multũ: qꝛ adhuc
habeo p̄tẽ maiorẽ ꝑ deceptionẽ q̃ꝫ tu ꝑ redẽ
ptionẽ. Xp̃s. Nõ est mihi verecũdia qꝛ feci il
lud qd̃ in me est: sicut medico nõ est dedecus
si ifirmꝰ morit᷑ q̇ nõ regit᷑ ↄsilio medici. Nec
etiã est tibi ad gl̃iam tal' victoria: qꝛ tua pe-
na ex h̊ nõ minuit᷑. diabolꝰ. Quõ g̊ iplet᷑ illõ
qd̃ dixisti. Si exaltatꝰ fuero a t̃ra oĩa trahã
ad meipsum: cũ v̉ba tua debeãt esse v̉a. Xp̃s
Verũ est verbũ meũ qꝛ trahã electos: trahã
oĩa: qꝛ trahã eos ꝓpter quos facta sunt oĩa
sed nõ sine magna pena et dolore. Vñ osee
xi. dicit᷑. Ego quasi nutritius effraim: porta-
bam eos in brachijs meis ⁊ nescierũt ꝙ cu
rarem eos in funiculis Adam: penis ⁊ dolo
ribus traham eos in vinculis charitatis. tu
autem absq̃ꝫ vlla passione ⁊ dolore multos
tibi vẽdicas: ideo nõ est dolor silis sicut do-
lor meus. ¶ Tertio voluẽs se xp̃s ad au-
struz in q̊ sunt iusti ⁊ inocẽtes clamat dicẽs
O adam ⁊ eua attẽdite ⁊ videte q̇s ẽ maior
dolor an vester in iusticia originali patiẽdo
an meꝰ in cruce moriẽdo. Corpꝰ enim tuũ: o
adã in statu inocẽtie pati nõ poterat nisi pec
caret ⁊ fieret mortale ⁊ passibile: qꝛ mors ⁊
alij defectꝰ in hũana natura ꝓcedũt ex dupli
ci cã. vna q̇d̃ rẽota q̃ accipit᷑ ex p̃te p̄ncipioꝝ
materialiũ hũani corpis incq̃ꝫtũ est ex ↄ̃rijs
cõpositũ: sꝫ h̊ cã ipediebat᷑ ꝑ origiãlẽ iusticiã
vñ Aug. lib. q̃sti. vetis ⁊ noui testi dic. Vite
arbor medicine mõ corruptõem hoĩm phi-
bebat. Et Rabanꝰ sup Geñ. dicit. Añ rea-
tum hoĩs nil noxiũ ꝓtulit: nullã terra herbã
venenatã: nullã arborẽ sterilez: cũ manifeste
dictũ sit in Geñ. ꝙ oĩs herba ⁊ vniuersa li-
gna data sunt, hoĩbus ⁊ volatilibus ⁊ cũctꝫ
aĩantibꝰ in escam. hec ille. Scd̃a cã est ꝓxia
scꝫ pctm̃ ꝑ qd̃ subtracta ẽ originalis iusticia:
qꝛ ꝑ pctm̃ mors intrauit in mũdũ vt dr̃ Ro.
v. Licet eñ corpꝰ tuũ aliq̇d posset pati: nõ tñ
potuisset pati penã q̃ repugnaret illi statui in
nocẽtie: sicut est pena mortꝭ. Ego aũt accepi
naturã humanã absq̃ꝫ peccato in illa purita
te: in q̃ erat in statu inocentie: qꝛ vt dic̃ Au
gu. exponẽs illud Ioh̃ iij. Qui de sursũ venit:
sup oẽs est. De sursũ venit xp̃s. i. de altitudi-
ne hũane nature quã hũit ãte pctm̃ p̄miꝰ ho-
minis. Ad h̊ eñ veni in mũdũ carne assum
pta: vt ꝑ pctõ tuo ⁊ totiꝰ hũani gñis satisface
rẽ. Vnꝰ aũt ꝑ pctõ alteriꝰ satisfacit: dũ penã
pctõ alt̃iꝰ debitã in seipm̃ suscipit. Mors ãt
⁊ alij defectꝰ ⁊ penalitates sunt pena pctĩ: qd̃
est in mundũ ꝑ te adã itroductũ. ꝓpt̃ea has
penalitates in mea carne vice tui suscepi. vñ
cũ gemitibꝰ dicit hoĩbus exprobrando. O in
gratissimi ⁊ degeneres filij Adã. Cum oĩe
aĩal diligat sibi silẽ: imo etiã canis diligit di
ligentẽ se. quare me sic odistis ꝙ in patibl'o
suspẽditis? O viri innocẽtes ⁊ iusti adiuro
vos si vnq̃ꝫ tã horrendũ scelus audistis aut
vidistis: vt ꝓ tot ac tãtis bonis q̃ ego ꝓ sa-
lute hũani generis attuli cruci atq̃ꝫ latronũ
patibulo adiudicatꝰ sim? Quid est qd̃ debui
vltra facẽ vinee mee ⁊ nõ feci. Esa. v. Exina

nisi meipm̄ formā ſui accipiēs ꝓpt̄ qđ fecerūt me opprobriū hoīꝫ ⁊ abiectōeꝫ pleb. ha dñe deꝰ: q̄s vnq̄ꝫ audiuit tl'e aut q̄s vidit huic sil'e. Esay. vltimo. Attendite itaq̄ꝫ ⁊ videre qm̄ nō est dolor silis sicut dolor meus. D

Quarto voluēs se xp̄s ad aq̄lonē in q̄ sūt pctōres penitētes clamat dicēs. O viri penitētes quis ē maior dolor an vr̄ ꝓ pctō penitēdo an meꝰ ꝓ pctō vr̄o dolēdo. Ego em̄ nō solū dolui ꝓ amissiōe vite corpal' ꝓpe: ſ; et ꝓ pctis oīm vr̄m: qui dolor excessit oēm dolorē cuiuslꝫ ꝯtriti. tū: q: ex maiori sapia ⁊ charitate ꝓcessit ex q̄bus dolor ꝯtritōis augetur. Tū etiā q: ꝓ oīꝫ pctis sil' dolui. ſm illō Esa. xvij. Spūs dñi sup me ⁊c̄ Et seq̄tur vt mederer ꝯtritis corde. Pnīa em̄ hꝫ effectū meriti: ⁊ q̄s merer ꝑ pnīam nisi ex passiōe mea et ꝙ ꝯformat merito passiōis mee: Cōtritio q̄dē vestra ē meritoria ſm ꝙ ꝯformat dolori mētali quē ego in cruce sustinui. ſm illud Esay. liij. Vere dolores nr̄os ipse portauit. Sicut ḡ volūtarie in cruce ꝓ pctis singulorū passus sū: sic vos in ꝯtritōe volūtarie pati debetꝭ: q: ꝯtritio est dolor ꝓ pctis voluntarie assūptꝰ. ad Heb. v. Cū clamore valido ⁊ lachrymis offerēs exauditꝰ est ꝓ sua reuerētia. Et q̄dē cū esset filiꝰ dei didicit ex his que passus ē obedientiā ⁊ cōsūmatꝰ factꝰ ē oībꝰ obtēperantibꝰ sibi cā salutis etne. Cōfessio sacramētalis pctōꝝ vestroꝝ est vob meritoria ſm ꝙ ꝯformat cōfessioni pctōꝝ vestroꝝ quā feci in cruce dū essem in orto ⁊ orarē patrē vt trāsferret a me calicē passiōis. Apparuit em̄ mihi angelꝰ dñi p̄ntās duas cartas in quarū vna legi oīa pctā hoīm: in alia ṽo legi merita passionis mee ad delēda illa peccata. Vñ subito elegi passionē dicens. Non mea volūtas fiat: ſ; tua. In cruce aūt pēdēs ꝯfessus sū oīa pctā hoīm saluandoꝝ dicens Deꝰ deꝰ meꝰ respice in me: quare me dereliq̄sti lōge a salute mea ṽba delictoꝝ meoꝝ ⁊c̄. Et sicut ego pctā vr̄a ꝯfessus sū in cruce: ita ⁊ vos mecū debetis ꝯfiteri pctā vr̄a in cruce si vultis saluari. Satisfactio pctōꝝ vr̄oꝝ ē vobis meritoria ſm ꝙ ꝯformat satisfactioni: quā ego in cruce ꝓ vob feci: ſm illud Colos. ij. Donās vobis oīa delicta delēs qđ aduersum vos erat chirographū decreti qđ erat cōtrariū nobis ⁊ ipꝫ tulit de medio affigēs illđ cruci. Satisfactio hꝫ tres ptes s. orōnem: et hāc ego feci in cruce. Prīo ꝓ pctōribꝰ dicens. Pater ignosce illis: q: nesciūt quid faciunt. Scđo ꝓ iustis dicens. Pater in manꝰ tuas cōmendo spm̄ meū. i. oēs qui mihi ꝑ fidem ⁊ charitatē sunt adhesuri. Qui em̄ adheret deo vnꝰ spūs est cū eo. Elemosynā in cruce feci in effusione sanguīs mei. Heb. ix. Sanguis xp̄i emūdauit ꝯscias nostras ab operibus mortuis. Ieiuniū in cruce habui cū sitiui ⁊ cū aquā de latere meo effudi. Tantꝰ em̄ fuit dolor meꝰ qđ cor dextri latronis penetrauit ⁊ ipm̄ ad pnīam emolliuit. Primo habuit ꝯtritionē dicēs Luc. xxiij. In eadē dānatōe sumꝰ nos ⁊ quidē iuste. Scđo ꝯfessionē dicēs. Nos digna factis recipimus. hic ṽo nil mali gessit. Tertio satisfactionē q̄ ad ieiuniū in eo ꝙ crura eius ꝯfracta sunt. ps. Genua mea īfirmata sunt a ieiunio. Quo ad elemosynā ī eo ꝙ sociū arguit dicēs. Neq̄ꝫ tu times deū. Quo ad orationē in eo ꝙ deuote se cōmēdauit mihi dicēs. Dñe memēto mei cum veneris in regnū tuū. Eiꝰ aūt penitētia fuit meritoria. cū dolor eiꝰ meo dolori cōformaret. Unde q: patiēter fuit socius tribulationis iustū erat vt sociꝰ fieret ꝯsolatōis: iō dixi ad eum. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. i. in beata visione. Ut aūt habetur de cōsecra. dis. iiij. ca. baptismi viceꝫ. Neq̄ꝫ latro ille ꝓ nomine xp̄i crucifixus est: ſ; pro meritis facinoꝝ suoꝝ. Neq̄ꝫ q: credidit passus est: ſ; dū patitur credidit. Quantū itaq̄ꝫ valeat etiā sine visibili baptismi sacr̄o qđ ait apl's. Corde credit̄ ad iusticiā. ore aūt ꝯfessio fit ad salutem: in illo latrone declaratū est. In quo id qđ de baptismi sacramento defuerat: cōpleuit oīpotentis benignitas. Et q: in latrone per necessitatē baptismꝰ corporaliter defuit ꝑfecta: salus ē q: ꝑ pietatē spiritualiter affuit: cū corde credere ad iusticiam et ore confiteri ad salutem potuerit. hec ibi.

Clamat ergo in cruce iesus. O vos peccatores penitentes qui transitis per viam penitentie attendite ⁊ videte si dolor vester ē similis sicut dolor meus in cruce. Et ecce omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud ⁊ videbant que fiebant percutiētes pectora sua reuertebantur ī hierusalem. Luce. xxiij. capi. Ideo Augustinꝰ libro de cathetizandis rudibus dicit. Esuriuit christus in terris: qui omnes pascit famelicos. Sitiuit qui omnes refocillat sitientes. In via fatigatus est: qui se viam nobis fecit in celum. Obmutuit ⁊ obsurduit corā cōuiciātibꝰ: per quē locutꝰ est mutꝰ ⁊ surdꝰ audiuit. Vinctus est qui oēs soluit. Flagellatꝰ ē: qui oēs fouet. Crucifixꝰ ē: qui cruciatus nostros

Magnitudo doloris xpi

sustinuit. h' ille. Bene ergo dicit xp̄s. Nō est dolor in mūdo sicut dolor me⁹. Ꝟ Magnitudo doloris xp̄i in cruce pōt manifestari ꝑ qnquaginta signa vt sic ꝑ iubileū nos introducat in patriā ꝑadisi a q̄ cecideram⁹ ꝑ pctm̄. Nā ꝑ passionē xp̄i aperta est nobis ianua regni celestis. ſm illud Hebre. ix. Xp̄s assistēs pōtifex futuroꝝ bonoꝝ ꝑ ꝓpriū sanguinē introiuit semel in sancta: et'na redemptiōe īuēta. Et h' significat nūeri. xxxv. vbi dr̄. Qr homicida manebit in ciuitate refugij donec sacerdos magn⁹ q̄ oleo scō vnct⁹ ē moriat' q̄ mortuo poterit domū redire. Hec aūt signa doloris xp̄i sic patēt. Primū signū doloris xp̄i in sua ꝑ nob̄ passiōe ē amoris imēsitas ex dīna ꝓordinatōe: qr iter miam ⁊ veritatē difficil' fuit altercatio. Veritas in adiutoriū ⁊ ꝯsiliū sibi iusticiā aduocauit. Mia aūt pacē sibi in adiutoriū adiudicauit. Sed ābe ꝯcorditer dīne sapīe arbitriū elegerūt. Partib⁹ ergo ī ꝑn̄tia corā arbitris ꝯstitutis: mia pacis īstructa ꝯsilio taliter allegauit. Cū de⁹ sūma bonitate fecerit hoīem ad ymaginē ⁊ silitudinē suā īdignū est vt tā digna creatura tota pereat ⁊ de⁹ frustret' ꝓposito: q̄ ꝓpterea fecit hominē vt illū cogſceret: cognitū diligeret: dilectū hr̄et. Si em̄ talē ex toto perire ꝑmittret nulla ꝓrsus bonitas: īmo crudelis foret ipietas. Nō ergo obliuiscat' miſeri de⁹ neqȝ ꝯtineat in ira sua mias suas. Veritas āt freta iusticie ꝯsilio rn̄dit. Cū de⁹ sūma eqtate ꝓpt' pctm̄ clauserit ianuā ꝑadisi: collocās cherubin an̄ ꝑadisū vt angel⁹ diabolū ⁊ hoīez igneo gladio arceret īdignū ē vt eū reseret īdignis: ne scm̄ det cāib⁹ vel margaritā spargat an̄ porcos. Qr oēs declinauerūt sil' iutiles facti sūt: nō est q̄ faciat bonū: oēs īmūdo cōcepti sūt semīe ⁊ apposuerūt adhuc peccare ei. Ad h' mia. Quis hō grauit' peccauerit. postea tn̄ ꝑfecte penituit iō qd̄ an̄ amisit ꝑ culpā recuperare dȝ ꝑ pn̄iam. Quacūqȝ em̄ hora pctōr ingemuerit: oīȝ īiq̄tatū ei⁹ nō recordabit' dn̄s. Ecōtra veritas: rn̄dit. Licet hō ꝑ pn̄iam deleuerit culpā: ꝑfectā tn̄ īnocentiā pn̄ia nō restituit: qr remanet sp̄ fomes pctī: languor nature: tyrān⁹ carnis. Iō cū possit penā auferre nō p̄t gl'iam restituē. His talit' obiurgātib⁹ dīna sapīa cogitatōes pac̄ cogitauit ⁊ vidit ꝙ iusticia lederet': nisi sufficiēs pena ꝓ oīb⁹ solueret': Sȝ mia desꝑaret si quēlȝ sufficiēti pēa puniret. Vn̄ vt tā mie q̄ȝ iusticie satisfaceret iudicauit: vt fili⁹ dei assumeret in se penā ꝓ oīb⁹ ⁊ donaret ꝑ se gl'iam vniūsis. Ac ꝑ hoc iusticia ⁊ pax osculte sūt ⁊ ꝯplexe sūt seiuicē. Null⁹ ei ali⁹ īuenit' dign⁹ apire ianuam ꝑadisi nisi leo de tribu iuda qui claudit ⁊ nēo apit. Vn̄ hoīez libari a pctō ꝑ passionē xp̄i cōuenit iusticie ⁊ mie ei⁹. Iusticie qdē qr ꝑ passionē suā xp̄s satisfaciet ꝓ pctō huani gn̄is: ⁊ ita ꝑ iusticiaȝ xp̄i hō liberabit'. Mie ꝟo qr cū hō ꝑ se satisfacere nō possit ꝓ pctō toti⁹ hūane nature de⁹ satisfactorē dedit filiū suū ſm illud Ro. iij. Iustificati ꝑ gratiā ipsi⁹ ꝑ redēptionē q̄ est in xp̄o iesu: queȝ ꝓposuit de⁹ ꝓpiciatorē ꝑ fidē ipsi⁹. Et h' est abūdātioris mie q̄ȝ si pctā absqȝ satisfactōe deleret. Vn̄ dr̄ Eph. ij. De⁹ q̄ diues est in mia ꝓpt' charitatē nimiā q̄ dilexit nos cū essem⁹ mortui pctīs cōuiuificauit nos xp̄o. Et tunc de⁹ p̄r sua eterna volūtate ꝓordinauit passionē xp̄i ad hūani gn̄is liberatōeȝ ſȝ illō Esa. liij. De⁹ posuit in eo īiquitates oīm nostruȝ. Et iterū dn̄s voluit cōterere eū in īfirmitate deniq̄ īspirauit ei volūtatē patīēdi pro hoīe īfundēdo ei charitatē. Vn̄ ibid̄ seqtur. oblatus est qr voluit. In h' ōn̄dit' dei seueritas q̄ pctm̄ sine pena dimittere nō vult: qd̄ sigt apostol⁹ Ro. viij. dicēs. Ꝓprio filio suo nō pepcit de⁹. Et bonitas ei⁹ in eo ꝙ cū hō sufficient' satisfacere nō posset ꝑ aliquā penā quā pateret' ei satisfactoreȝ dedit cū subiungitur. Pro nobis oīb⁹ tradidit illuȝ. Tradit enim ypocras ꝙ multi amore intēso sic vexant' ꝙ moriūt'. Sȝ null⁹ tanto amore quēpiā dilexit sicut xp̄s hūanā naturā. Vn̄ Criso. in homel'. de cruce dicit. Xp̄s mortu⁹ est: vt tibi īmortalitatē donaret. Esurijt: vt te sua carne satiaret. Sitiuit vt te ꝓprio sanguīe potaret. Sup asinū sedit: vt te sup cherubin sedē faceret. Baptisat⁹ ē: vt te lauaret. Alapis ces⁹ est: vt te a seruitio libaret. Viator fact⁹ ē. vt te sine labore faceret. Hō appellat⁹ ē: vt te deum vocaret. Fili⁹ hoīs dict⁹ est: vt te in filiuȝ dei adoptaret. Orauit: vt te fidelē faceret. h' ille. Et Petr⁹ rauē. in suis meditatiōib⁹ dicit. Nuqȝ qȝ diu vixero īmemor ero amoris: doloris: lāguoris: q̄s ipse dei fili⁹ spōte ꝓ me ꝑtulit. qui patrē q̄si deserēs: celū angelis relinquēs. spūi scō locū tribuēs: orbes ⁊ elemēta diuidens: in ꝟginis vt'o me q̄siuit: ſ ibi me nō īuēto celo mūdo ꝯq̄rit': p̄ri spm̄ recōmendans: corp⁹ in sepulchro reliquēs: ad īfimū īferni descēdit: explorās in īferiorib⁹ terre et in vētriculo carceris me repiēs: de typo mortis me rapuit: in lymbi latibulo quē q̄siuit. h' ille. Et Arnulph⁹ de ꝟbis dn̄i in cruce dicit.

Xp̄s amore īebriat⁹: scisso dorso verberib⁹:
genis velat̄: facie fedata sput̄: puncto capite
veprib⁹: palmis terebrat̄: pedib⁹ ꝯfossis: late
re lāceato: q̄si agn⁹ iugulatori nō reluctans
ſ₃ nudū oīno tenerrimū corp⁹: q̄si īcudē mal-
leatoꝝ ictib⁹ patiēter supposuit amore vict⁹
quo vicit oīa ꝑhorrēda. hec ille. Et eccl'ia cā
tat Jesu nostra redēptio ⁊c̄. vsq₃ nos tuo vul
tu saties. Et quidā₃ deuot⁹ ait sic.

Jesu dulcis cur tanta pateris:
Cum peccati nihil cōmiseris:
¶ Flos innocentie:
Ego reus: tu in cruce moreris:
Ego latro: tu pena plecteris
¶ Nostre nequitie.
Pro re vili cur tantū precium:
Quid lucraris per hoc supplicium
¶ Diues in gloria:
An te fecit amor sic ebrium:
Ut nō putas crucis opprobrium
¶ Amoris gratia:

Sic ḡ patet ꝙ dolor passionis xp̄i est maxi
mus: q̄ꝛ pcedit ex īmenso amore dīna preor
dinatione ⁊ istud est primū signum doloris
xp̄i in cruce ꝓ nr̄a salute. Propterea xp̄s di
xit illud Hiere. xij. Reliqui domū meā, dimi
si hereditatē meā: dedi dilectā aīam meā in
man⁹ inimicoꝝ eius. In hijs verbis ostēdit
xp̄s imensitatē₃ amoris sui. ¶ Secundū
ad mortẽ trãseundo didicit: stando qd fuit.
h ille. S3 in resurrectõe erit ablatũ pctm̃. s.
p mortẽ τ resurrectionẽ iesu xp̃i. Jdõ trãsit⁹
annoꝝ nõ nocebit nob sicut modo facit. Tu
ergo arithmetica facias oẽm sũmã annorũ
quã volueris nõ curo: qr sp hõ erit iuuenis
τ in etate quã dixi. Vñ saluator nr̃ ies⁹ xp̃s
l3 fuerit in etate infantie: pueritie: adolescen
tie τc. Et potuisset resurgere in oĩ etate quã
voluisset: tñ noluit resurgere nisi ĩ dicta eta-
te iuuẽtutis quã ip̃e elegit. Jn cui⁹ signũ ange
lus q venit in sepulchrũ xp̃i ad testificandũ
resurrectionẽ suam venit in forma iuuenis.
Vñ euãgeliũ hodiernũ dic̃ sic. Et introeun
tes in monumentũ viderũt iuuenẽ sedentẽ
in dextris. Marci. xvi. Nostra ergo resurrectio
deb3 vocari vr. i. lumẽ ppt̃ ppetatẽ lucis quã
hab3. Nã sol h3 plusq̃ sex milia annoꝝ τ ad
huc nõ ẽ senex s iuuenis τ vigorosus. Eccli
xxiiij. Ego feci in celis vt oriret̃ lumẽ indefi
ciens. Et ita erit de nob in resurrectõe qr q̃-
toscũq3 τ quotcũq3 annos habuerim⁹ semp
erim⁹ in eodẽ flore iuuẽtutis. Sic ergo nihil de-
struxi de arithmetica τ nr̃a resurrectio rema
net. vr. i. lucida τ clara. Q

Quinto venit scientia

perspectiue cum qua colligati sunt decrepiti
Sciẽtia pspectiue docet 9ditionẽ corporuz
lucidoꝝ τ virtutis visiue. Proponit ergo ista sci-
entia τ decrepiti cũ ea istud dubiũ. si illi qui
mortui sunt decrepiti resurgẽt cũ illa nigredi
ne τ obscuritate corporali in quã ppt̃ grãdẽ
vetustatẽ incurrũt in h mũdo. vel si resurgẽt
lucidi τ clari. Si tu dicis qr resurgẽt obscuri
tũc dicet̃ decrepito. Amice quõ huc intrasti
nõ habẽs vestẽ nuptialẽ: mittite eũ in tene-
bras exteriores. Math. xxij. Etiã sequit̃ q
isti nõ resurgẽt in statu τ flore iuuẽtutis: qr iu
uenes n habẽt istã obscuritatẽ τ sic male re
spõdisti Arithmetice dicẽdo q oẽs resurge
mus in etate iuuenili. Ecce cathena qr hec

scīa iuuatꝫ arithmeticam que est victa. Si tu
dicis ꝙ resurgent lucidi tunc sequit̃ ꝙ in re
surrectõe nõ habebimꝰ colorẽ vel saltẽ nõ vi
debit̃ color noster corporalis: ⁊ ꝯseqnt̃ vnꝰ
hõ nõ videbit aliũ: cũ obiectũ visus sit color
ergo ignis ⁊ q̃libꝫ magnꝰ splẽdor impediet
ne res q̄ est post se bene videat̃. Sꝫ illa red-
dunt resurrectionẽ nostrã imꝑfectã: g̃ nõ re
surgemꝰ lucidi ⁊ clari. Pro respõsione dubij
sciendũ est ꝙ vltra p̄dictas duas dotes. scꝫ
impassibilitatꝭ ⁊ subtilitatis habebimꝰ in re
surrectõe vnã aliã dotẽ q̄ vocat̃ claritas: qꝛ
corpora hũana erũt lucida ⁊ splẽdida. Sed
pulchrũ est videre fundamẽtũ ⁊ originẽ hu-
ius dotis. s. vnde ꝓcedit ꝙ corꝑa nostra sint
lucida. Aliq̄ nesciẽtes inuenire radicẽ huiꝰ
errauerũt dicẽtes ꝙ corpꝰ hoĩs in resurrecti
one cõuertet̃ in corpꝰ celeste: ideo erit lucidũ
vel ꝙ aliq̄d de corꝑe celesti veniet in cõposi
tionẽ corꝑis hũani: qd̕ reddet totũ corpus
hũanũ lucidũ. Sꝫ h̕ nõ põt esse: duabꝰ rõni-
bus. Primo qꝛ tũc nõ resurget idẽ corpꝰ ꝑ nu
merũ: sicut declaraui logice. Secũdo qꝛ tunc
corpꝰ celeste haberet ꝑ naturã suaꝫ illud qd̕
corpꝰ hũanũ habebit per dotẽ glĩe: qꝛ nemo
dat qd̕ nõ habꝫ. Ideo dico alit̃. s. ꝙ fũdamẽ-
tum huiꝰ claritatꝭ nõ est aliud nisi redũdan
tia glĩe aĩe in corpꝰ hũanũ. Vos videtis ꝙ
qñ hõ est ꝯuenient̃ pinguellus ⁊ sentit se be
ne ⁊ venit a nuptijs etiaꝫ est letꝰ ⁊ iocũdus
tũc dr̃ de eo. videas quõ lucet illi pellis: qꝛ vi
det̃ ꝙ totũ corpꝰ suũ luceat ⁊ rideat. Mul-
to magis aũt erit in resurrectione: vbi hõ se
sentiet optime ꝑ dotẽ impassibilitatꝭ. ꝫm ꝙ
dictũ est logice: ⁊ erit pinguellus ⁊ bñ ꝓpor
tionatꝰ ꝑ dotẽ subtilitatꝭ: vt dixi geometrie.
⁊ erit totꝰ letus ꝑ florẽ etatis iuuenilis vt di
xi arithmetice: ⁊ veniet a nuptijs. de quibus
dr̃ Apoc. xix. Gaudeamꝰ ⁊ exultemꝰ ⁊ de-
mus gloriã ei: qꝛ venert̃ nuptie agni. Tũc
erit corpꝰ nostrũ lucidũ ⁊ splendidũ. vñ illa
dos claritatꝭ videt̃ seq̄ ex dotibꝰ p̄cedentibꝰ
impassibilitatꝭ ⁊ subtilitatꝭ ⁊ p̄cipue a redun
dantia glĩe aĩe in corpus: qꝛ animꝰ gaudẽs
etatẽ floridã facit ⁊ spũs tristis desiccat ossa
Prouerb. xvij. Quia sicut hõ q̄ est in carceri
bus ⁊ in multis afflictõibꝰ videt̃ pallidus ⁊
obscurꝰ: ita leticia impĩguat hoĩeꝫ ⁊ reddit
eũ splendidũ ⁊ lucentẽ. Ideo de illis q̄ resur
gent ⁊ erũt multũ ꝯsolati ⁊ ꝯtenti dr̃ Sapie
iij. Fulgebũt iusti sicut sol. Ideo gaudeãt de-
crepiti qꝛ nõ resurgẽt cũ sua obscuritate: sed
cũ multo splendore ⁊ claritate. Ad rõnẽ in
cõtrariũ dico ꝙ ille splendor nõ impediet ꝙ
vnꝰ homo videat aliũ: imo iuuabit vt homo
melius videat̃: sicut est de armis que resplẽ
dent ⁊ tñ videt̃ color armoꝝ. Iuxta illud. i.
Mach. vi. Refulsit sol in clipeos aureos ⁊
resplenduerũt montes ab eis. Istud demon
strauit xp̃s in sua transfiguratõe: de q̄ scribi
tur Math. xvij. Resplẽduit facies eiꝰ sicut
sol: vestimenta aũt sua facta sunt alba sicut
nix. Ecce ꝙ corpꝰ suũ fuit ita lucidũ ⁊ tñ co-
lor niueꝰ vestimentoꝝ suoꝝ bene videbatur
Similiter idẽ ostendit̃ in angelo q̄ venit ad
testificandũ resurrectionẽ hodiernã. de quo
dr̃ Math. vlti. Erat aũt aspectus eius sicut
fulgur: vestimẽta eius sicut nix. Ecce ꝙ ille
splendor nõ impediet quin videat̃ color no-
ster: imo iuuabit ꝫm vnã ꝓprietatem lucis
quã habebit resurrectio nostra ꝓpt̃ quã vo
catur vr. i. lumen. Nã videmꝰ ꝙ in fenestris
de vitro pictis qñ sũt splendide ille splẽdor
non impedit imo iuuat vt videant̃ illi colo-
res qui sunt in picturis fenestre. Et ita erit
de splendore corporis nostri in resurrectiõe
ꝓpt̃ qd̕ rõ illa in ꝯtrariũ nõ ꝓcedit. Nam tu
ꝑspectiua vides ꝙ inuo ꝯtutẽ visiuã vt vide
at colores corꝑis hũani ⁊ lucẽ facere opera-
tionẽ suã. i. lucẽ qꝛ lux ĩ tenebris lucꝫ. Joh. i.
Et ꝓpt̃ hanc ꝓprietatem resurrectio nostra
remanet vr. i. lumen: qꝛ de ea verificat̃ illud
ibidẽ. Erat lux vera q̄ illuminat oẽꝫ hoĩem:
tali scꝫ dote glorificatũ. Et sic patet. P

Sexto venit sciẽtia musi

ce cũ q̄ sũt colligati angeli. Musica ẽ scĩa cã
tus ⁊ sonoꝝ: ideo illa scĩa ⁊ angeli cũ ea ꝓpo
nunt istud dubiũ. Si resurrectionẽ nr̃aꝫ p̄ce
det aliq̄ vox vel aliq̄s sonꝰ tube: Si dicis ꝙ
nõ: ꝯtra te ẽ illud dictũ apl̃i Thessal. iiij. Ipe
dñs in iussu ⁊ in voce archãgeli ⁊ ĩ tuba dei
descẽdet de celo ⁊ mortui resurgẽt. Si tu dicꝭ
ꝙ sic. cõtra vel mortui audiẽt talẽ vocẽ ⁊ so
num vel nõ. si nõ: g̃ talis sonꝰ fiet in vanũ.
Ideo dr̃ Eccli. xxxij. Non impedias musicã:
⁊ vbi auditꝰ nõ est nõ effundas ꝫmonẽ. Eti
am ꝯtra te ẽ illud verbũ xp̃i. Joh. v. Mor-
tui audiẽt vocẽ filij dei: ⁊ qui audierint viuẽt
Si tu dicis ꝙ mortui audient talẽ sonũ: er-
go corpora illoꝝ qui resurgent nõ erunt luci
da: sicut tu dixisti ꝑspectiuis. Ecce cathena
qꝛ musica iuuat perspectiuã victã. probo ꝙ
hoc sequat̃: quia si corpora erunt ita lucida
ergo si audient ⁊ videbunt dispositionẽ ad
iudiciũ: cũ maior noticia sit illa que habetur

De voce tube

per visum ꝙ illa que habet per auditū: ergo
si talis sonus fieret ad notificandū illud ꝙ
mortui tanta claritate viderent: tūc talis so-
nus esset sup̄fluus. vel si non est sup̄fluus il
la claritas corpoꝝ nō erit: de q̄ dixisti perspe
ctiuis. Secūdo p̄bo ꝙ talis sonꝰ tube non
erit: q2 nō fiet subito eo ꝙ de ratōne scīe mu
sice sit tempꝰ. i. ꝙ sonꝰ ⁊ cantꝰ fiant in tem-
pore. Un̄ cantores dicūt ad pulsatores. Te
neas mihi tenorē ad vnū tempꝰ vel duo tē-
pora: q2 melodia fit cum ꝓportione ⁊ conue
niētia debite mēsure: ergo talis sonus nō po
terit fieri subito: nec etiā poterit ista tuba pul
sari in tempe eo ꝙ tunc nō erit tempꝰ: cū tē
pus s̄m p̄hm nihil aliud sit q̄ mensura mo-
tus celi. Sed celū post resurrectionē nō mo-
uebitur sed stabit firmū: ergo tūc non erit tē
pus. ⁊ ita sonꝰ tube nō poterit fieri in tempo
re nec etiā subito vt monstraui: ergo talis so
nus nō erit. Ad istud dubiū dico ꝙ qn̄ ali-
quis dn̄s vult cōgregare pp̄lm siue ꝓ festo
siue ꝓ nuptiis vel conuiuio vel ꝓ alia causa:
facit hoc ꝓnunciari ꝑ sonū tube ⁊ vocē pre-
conis. ⁊ ita fiebat in veteri testamēto. Un̄
Nūeri. x. dr̄. Qn̄ ꝯgregādꝰ ē pp̄ls simplex tu
barū clāgor erit. Neem. iiij. In q̄cūq3 loco au
dierit clāgorē tube illuc ꝯcurrite. Et q2 deꝰ in
resurrectōe cōgregabit tantā humanā gene
rationē. scilz viros ⁊ mulieres sicut dictū est
grāmatice ⁊ faciet festū ⁊ cōuiuiū suarū nu
ptiarum in quibꝰ sponsam suā scz humanaz
generationē dotabit dotibus impassibilita-
tis: de qua dictuz est logice: ⁊ subtilitatis de
qua dictū est geometrie: ⁊ claritatis de qua
dictū est perspectiue: ⁊ agilitatis de qua di-
cetur phisice. Etiam illam suam spōsam in-
duet veste pulcherrima nuptiali. scz etate flo
rida iuuentutis: de qua dictū est arithmeti-
ce. Ideo valde rationabile est ꝙ tantā cōgre
gationē ⁊ tam solennissimū festū ⁊ tam pre
ciosissimas nuptias precedat sonitꝰ tube ⁊
clamor vocis. Sed pulchrū est scire quo mo
do erit facta tuba ⁊ ista vox: ⁊ quis pulsabit
istam tubā: ⁊ proferet istam vocē. Pro intel
lectu huius sciendū est ꝙ erit duplex sonus
tube ⁊ simılit vox. Prima tuba erit prepara
toria ad resurrectionem. ⁊ iste sonus tube ⁊
vox non erit aliud nisi collectio puluerū cor
porum nostrorū: ⁊ istam primā tubam ⁊ vo
cem pulsabunt ⁊ ꝓferent angeli. Nam ange
li erunt ministri resurrectōnis quātū ad hoc
quia colligent pulueres in quos cōuersa sūt
corpora humana. Et istud ministerium erit
p̄ncipal'r vnius archangeli scilz michaelis
qui est princeps eccl'ie sicut fuit p̄riceps sy-
nagoge iudeorum. vt dicitur Danielis. iiij.
Tamen iste archangelus faciet per influen
tiam angelorum qui sunt superiores eo qui
eodē modo operabuntur ad illam collectio
nem cinerū. Similiter angeli inferiores ope
rabuntur ad collectionē materie illorum ho
minū quos habuerūt custodire. Sed q2 mi-
chael hoc aget p̄ncipaliter ideo illa vox dici
tur vox vniꝰ archangeli. Propterea dicit in
auctoritate allegata. in voce archangeli. Sz
in q̄ꝛtum alij angeli operant idem: licz nō ita
principalit dicat vox pluriū angeloruz. sicut
dicitur Math. xxiiij. Mittet angelos suos
cum tuba ⁊ voce magna ⁊ congregabūt ele
ctos eius a quattuor ventis ⁊ a summis ce
lorum vsq3 ad terminos eoꝝ. Secūda tuba
erit preceptoria ⁊ effectiua resurrectōis. vn̄
mgr̄ senten. in. iiij. dicit sic. Causa resurrecti-
onis erit vox tube que in aduētu iudicis ab
omībꝰ audiet: ⁊ istā tubam pulsabit ip̄e deꝰ
Ideo Zach. ix. scribit sic. Deus tuba canet.
Et ap̄lus. i. Cor. xv. Omes quidē resurge-
mus in momento: in ictu oculi in nouissi-
ma tuba. canet enī tuba ⁊ mortui resurgent
Et in auctoritate in p̄ncipio dubij allegata
dicit sic. In tuba dei descēdet de celo ⁊ mor
tui resurgent. Nam vt dicit Grego. Tubam
istam sonare nihil aliud est q̄ mundo vt iu
dicem filium presentare. Est ergo iste sonꝰ
tube ⁊ ista vox determinatū velle dei quod
alio nomīe dicit iussus. Unde in auctorita-
te p̄ma istius dubij dicit. Ipse dn̄s in iussu
descendet. Aliquādo dicit clamor ꝑut dicit
Math. xxv. Media nocte clamor factꝰ est
⁊c̄. Et non intelligatis media nocte pro illa
hora noctis, quia vt dicit Augu. hic accipi-
tur media nox pro hora insperata. Aliquā-
do dicitur vox obediendo audiri: sicut illud
Iohis. v. Omnes qui in monumentis sunt
audient vocem eius. Et sic habetis ꝙ non
erit sonus alicuius tube enee vel argentee:
nec etiā aliqua vox corꝑalis. Sed per sonuz
⁊ vocem intelligitur aliquando ipsum deter
minatum velle dei ⁊ aliquando ipsa colle-
ctio cinerum. Erit ergo sonus tube ⁊ vox
ad intellectum predictum. Istam sententiā
determinat magister. iiij. senten. dist. xliij. vt
patz. Ad p̄mā rōnē in ꝯtrariū si mortui au-
dient dico ꝙ sicut determinatū velle dei ver-
sus creaturā ē impare: ita obedire creature
est audire. Isto modo itelligit illō, oēs q̄ in

monumētis sūt audiēt vocē filij dei.i.obedi-
ent cū ad nutū dei resurgent. Et nō sequit̄ ꝙ
viuāt: q2 nō dico ꝙ audiēt aliq̄d corpo:alit̄
q2 si audirēt nō essent mortui. Ad secūdā ra
tionē si talis son⁹ aut vox fiet in tp̄e vel subi
to dico ꝙ intelligēdo tertio modo.s. ꝙ talis
son⁹ ꝛ vox fit determinatū velle dei vel ip̄a pre
sentatio iesu xp̄i ad illū intellectū talis vox
ꝛ son⁹ fiet subito: s̄ ītelligēdo p̄mo modo.s.
ꝙ talis vox ꝛ son⁹ fit collectio cinerum vel
puluerū corpoꝝ nr̄oꝝ quā faciēt angeli: tūc
illa vox ꝛ son⁹ fiet in tp̄e s̄ valde paruo ꝛ im
perceptibili. Et q̄n tu dicis tp̄s nō erit q2 ce
lum nō mouebit̄. istud nō est verū q2 celum
mouebit̄ vsq3 ad finē isti⁹ collectōnis nr̄oꝝ
puluerū. Et simul erūt finis mot⁹ celi ꝛ isti⁹
collectōnis puluerū. Isto modo pulsauit tu
bam ꝛ ꝓtulit vocē iesus xp̄us isto mane q̄n
virtute ꝓpria resuscitauit corp⁹ suū. Nā scri
bitur Luc.viij. Clamauit surge ꝛ surrexit cō
tinuo: Ideo resurrectio hodierna ꝛ sil'r nr̄a
dr̄ vr.i.lumē q2 isto modo pulsat tubā ꝛ dat
vocē suā lumē.s.sol.q2 vt dr̄.ij.phicoꝝ. Hō ꝛ
sol generāt hoīez: eo ꝙ v̄tute solis generat̄
hō: ꝛ ꝓducunt̄ frumētū: vinū: oleū: ꝛ alij bo-
ni fruct⁹. Iuxta illō Eph.v. Fruct⁹ em̄ lucis
est in oī bonitate. verū ē ꝙ sol pulsat istā tu
bam in bono spacio tp̄is: s̄ de⁹ pulsat eā sub-
ito. q2 vt dr̄ p̄s.cxlviij. Ip̄e dixit ꝛ facta sunt
ip̄e mādauit ꝛ creata sunt. Ita ꝛ de⁹ subito
pulsabit istā tubā ꝛ ꝓferet illā vocē in resur
rectiōe nr̄a. Vn̄ in exēplū hui⁹ in resurrecti-
one lazari dr̄. Jesus clamauit voce magna.
Lazare veni foras. Et statī ꝓdijt q̄ mortu⁹
fuerat. Joh.xi. Tu g̊ musice habes ꝙ resur-
rectionē nostrā p̄cedat duplex son⁹ tube ꝛ
duplex vox ꝛ in nullo derogat̄ tibi nec q̊ ad
mensuras nec q̊ ad melodias. ꝛ nr̄a resurre
ctio remanet vr.i.lucida ꝛ clara a deo vt ꝯfir
met̄ fides ei⁹ in te. ꝛ sic p3. ꝗ

¶ **Septimo venit philoso-**
phia seu phisica cum qua colligati sunt pu e
ri. Philosophia est sciētia que tractat de mo
tu: ꝛ iđo ista sciā ꝛ pueri q̊ libent̄ discurrunt
ꝛ mouent̄ cū ea ꝓponūt istud dubiū. Si ī re
surrectōne hoīes mouebunt̄. Si tu dicis ꝙ
nō: dicūt pueri g̊ semp̄ stabim⁹ firmi sicͭ mo
do stam⁹ in scholis: ꝛ sic nūq̄ habebim⁹ fe-
stum in q̊ possim⁹ bn̄ ad nostrū placitū mo-
ueri: g̊ male respōdisti musicis dicēdo ꝙ in
resurrectōe erit solēnissimū festū: ita ꝙ meri
to ip̄3 p̄cedat son⁹ tube ꝛ p̄conizatio vocis

Ecce cathena q2 philosophia iuuat musicā
q̄ precessit. Si tu dicis ꝙ in resurrectōne ho
mines mouebunt̄ cōtra te facio illā rationē
Si mouebunt̄ ergo mouebunt̄ ꝓpt̄ aliquē
finē quē nō habēt ꝛ sic aliquo indigerēt ꝛ ꝑ
ꝯsequēs nō essent bti. q2 vt Aug. dic̄. Bea-
tus ē qui hab3 q̄cquid vult ꝛ nihil mali vult
sed istud ꝯseq̄ns ē falsu3 ꝛ hereticū: g̊ in re-
surrectōne hoīes nō mouebunt̄. Scđo sic: si
hoīes mouebūt̄ g̊ subito vel in tp̄e: nō sub-
ito: q2 isto modo destrueret̄ nr̄a sciētia phi
losophie. q2 s̄m ph̄m.iij.phicoꝝ. Null⁹ mot⁹
pōt fieri subito.i. in instanti. nec mouebunt̄
in tp̄e: q2 tūc nullū tp̄s erit eo ꝙ celū tūc nō
mouebit̄. Et sicut dixisti musicis cōpleta col
lectione puluerū nr̄oꝝ corpoꝝ cessabit mo-
tus celi. Ecce alia cathena. g̊ cessabit tp̄s ꝛ
sic mot⁹ nō poterit. fieri in tp̄e: nec subito vt
dictū ē. g̊ in resurrectōe hoīes nō mouebūt̄
Ad istud dubiū dico ꝙ vltra tres dotes p̄-
dictas.s. impassibilitatꝭ: subtilitatꝭ: ꝛ claritatꝭ
de⁹ dabit nob̄ quartā dotē q̄ vocat̄ agilitas
ꝑ quā corpora nr̄a erūt multū agilia ꝛ pote
runt trāsire ꝑ spaciū mille dietarū in vna mi
nima ꝑte hore ꝛ impceptibili. Et si tu dicis
vnde h̊ ꝓueniet hoī ꝙ sit ita agilis: Dico ꝙ
in parte ꝓueniet q2 hō erit bn̄ san⁹ ꝛ longe
ab oī infirmitate ꝑ dotē impassibilitatꝭ. vt di
xi logice. Et q2 erit bn̄ ꝓportionat⁹ ꝛ cū bōa
ꝓportiōe corporali ꝛ dispositōe ꝑ dotē sub-
tilitatꝭ: vt dixi geometrie. Et q2 erit in statu
vigoroso florētis iuuētutꝭ: vt dixi arithmeti-
ce ꝛ let⁹ ꝛ iocūdus ita ꝙ ex multo gaudio to
tus lucebit ꝑ dotē claritatꝭ: vt dixi ꝑspectiue
S3 p̄ncipalit̄ iste dotes ꝓueniēt ex ꝯditiōe
glie ꝑ quā corp⁹ est ī oīb⁹ obediēs aīe. Vnđ
nos videm⁹ ꝙ pueri naute ꝛ marāgoni va
dunt recti sup̄ atthēnas nauiū ꝛ sup̄ alia li-
gna stricta ꝛ in magna altitudie: vbi alij cū
manib⁹ ꝛ pedib⁹ amplexādo tale lignū fere
morerent̄ ex precipitij timore. Et ita aliq̄ as
sueti ad cursum vel ad salt⁹ forti⁹ currunt ꝛ
saltant q̄ alij: ꝛ h̊ accidit ꝑ frequēs exercitiū
Vn̄ corp⁹ magis syncerum est magis subie
ctum volūtati aīe. Multo g̊ magꝭ in resurre
ctione vbi erit corpus oīno obediēs aīe erit
multū agile: iđo beat⁹ Aug. dic̄ sic. Vbicūq3
voluerit sp̄us: ibi erit ꝛ corpus. Ipsa ergo
obediētia corporis q̄ ꝓcedit ex cōditōe glie
est p̄ncipalis ꝛ totalis causa. Fundamētu3
ꝛ radix hui⁹ dotis que vocat̄ agilitas est: q2
in resurrectōe erit magnū festū: erūt solēnis-
sime nuptie ꝛ maximū cōuiuiū: vt dixi musi

ce: in quib⁹ ꝯsueuerūt hoīes ostendere agilitatē .i. dextrisiā suā: in tripudijs: in hastiludijs ⁊ alijs iocis in quib⁹ homīes mouent̄: nō ꝑpt̄ aliquā necessitatē ſ᷑ solū ꝑpt̄ delectationē quā habebūt ⁊ alacritatē: ita etiā erit ꝯueniēs ꝙ hoīes moueant̄ tūc nō ꝑpt̄ aliquā indigentiā ſ᷑ ꝓpter delectationē quā habebunt in videndo varietatem ⁊ pulchritudinē creaturarū. Etiā vt ista dos agilitatis sit euidēs: si hoīes nō mouerent̄ nō cognosceretur sed esset sup̄flua: qꝛ frustra est potentia que nō deducit̄ ad actū. vt dicit phs. Ideo Esa. xl. dr̄. Current ⁊ nō laborabunt: ambulabūt ⁊ nō deficient. Et sic hoīes velocissime ⁊ leuissime in resurrectiōe mouebuntur. Ad p̄mā rōnē in ꝯtrariū dico ꝙ scti nō mouebunt̄ ꝑpt̄ indigentiā sed ꝑpt̄ delectationē vt dictū est. Ad secundā rōnē dico ꝙ mouebunt̄ in tp̄e multū paruo ⁊ imꝑceptibili. ⁊ qn̄ tu dicis ꝙ tūc nō erit tēp⁹ qꝛ non erit mot⁹ celi: ꝯcedo ꝙ nō erit tēpus qd̄ est mēsura mot⁹ celi: ſ᷑ erit temp⁹ qd̄ erit mēsura alicui⁹ alteri⁹ mot⁹. Exēplū temp⁹ vnius diei est spaciū intra qd̄ sol circuit vna vice ab oriēte in occidentē: ita si tu diceres famulo tuo vade ⁊ fac talē rem ⁊ ille rediret ītra reuolutōnē vnā quā tu dares circa claustrū fratrū vel circa plateā: tūc spaciū intra quod dares illā reuolutionē esset tp̄s ⁊ mēsura illius mot⁹ famuli tui. Ita in resurrectōe motus vni⁹ erit mēsura mot⁹ alteri⁹ ſm qd̄ placebit nobis: ⁊ illo modo erit tp̄s qd̄ est mēsura mot⁹ alicui⁹ rei: vel saltē erit tp̄s qd̄ erit numer⁹ prioris ⁊ posterioris in quolibꝫ motu. Qꝛ aūt talis mot⁹ sic agilis ⁊ velox erit ī resurrectōe: oñdit xp̄s in sua resurrectiōe: qꝛ modo erat in castello emaus: modo in ciuitate hierl̄ꝫ: ⁊ velocissime ad varia loca se trāsferebat ꝓut volebat. ideo Luc. vlti. dr̄. Euanuit ex oculis eoꝝ. Etiā oñdit suā agilitatē qꝛ multis videntib⁹ ascendit in celū. ergo resurrectio nostra est vr. i. lumen. qꝛ suus motus agilis assimilat̄ motui veloci scintillarū ignis: que ita velocit̄ saltant ꝙ nō potes tā cito fugere qn̄ sup te veniant. Ideo dicitur Sapie. iij. Fulgebūt iusti ⁊ tanq̄ scintille ī arundineto discurrent. Ecce o philosophia ⁊ vos pueri in resurrectōe nostra hoīes mouebunt̄ in tp̄e paruo ⁊ imꝑceptibili pro suo solatio ⁊ delectatōe: ⁊ sic phīa remanet salua ⁊ nr̄a resurrectio ē vr. i. lucida ⁊ clara. ℟

Octauo venit politica cum qua colligati sunt status hoīm. scꝫ dn̄i nobiles mercatores artifices ⁊ dn̄e: ⁊ ita generaliter viri ⁊ mulieres. Scientia politice docet dispositionē status ciuitatis ⁊ multitudinis popularis: ido ista sciētia ⁊ oēs cōditiones viroꝝ ⁊ mulierū cum ea ꝓponunt istud dubiū. Si in resurrectione vn⁹ homo erit in maiori ⁊ meliori statu q̄ alter. Considerant isti ꝙ in hoc mūdo vn⁹ dn̄s est maior dn̄s altero: vn⁹ mercator est maior altero: vn⁹ artifex est plus ante in arte sua q̄ alter. Ita est de dominab⁹ qꝛ vna habet maiorem dotē vel est maior altera. ⁊ ita petūt ipi si ita erit in resurrectōe ꝙ vn⁹ homo sit maior altero: ⁊ si dotes p̄cedētes erunt in oīb⁹ equaliter ita ꝙ omnes sint equaliter agiles: equalit̄ lucidi: equalit̄ subtiles: ⁊ equalit̄ impassibiles: vel si in vno iste dotes erunt maiores q̄ in alio. Si tu dicis ꝙ oēs erūt in equali statu: cōtra te est illud ꝓphe. ps. lxi. Tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opa sua: sed opa vni⁹ in ista vita sunt meliora q̄ opera alterius: ergo etiā in vita beata status vni⁹ erit melior q̄ status alteri⁹. Etiā dixisti geometrie ꝙ vnus erit longior ⁊ grossior alio: ergo vn⁹ erit agilior altero: ⁊ sic dos agilitatis est maior in vno q̄ in altero. Si tu dicis ꝙ vn⁹ erit maior alio: ⁊ ꝙ iste dotes erūt maiores in vno q̄ in altero: contra te est illud qd̄ scribitur in glosa super ca. xv. ad Coꝛ. i. de dote impassibilitatis: que dicit sic. Oēs equaliter habent ꝙ pati non possunt. Et hoc est rationabile: quia negationes ⁊ priuationes non habent plus ⁊ min⁹. quia videmus de mortuis ⁊ de insensibilib⁹ ꝙ vnus non est magis mortuus ⁊ insensibilis q̄ ali⁹: ⁊ ita de illis qui erunt immortales: vn⁹ non erit magis imortalis q̄ alius. Secundo de dote agilitatis si ipa esset maior in vno q̄ in alio nō esset verū ꝙ tunc mouerent̄ hoīes in tēpore imperceptibili: sicut dixisti philosophie. Ecce cathena qꝛ politica iuuat philosophiā que precessit. Nam si oēs mouerent̄ ⁊ ꝑtransirent spacia quātūcūqꝫ magna in tēpore imperceptibili: ergo in tempore equali ⁊ ita q̄libet esset agilis sic ali⁹ ⁊ dos agilitatis non esset maior in vno q̄ in alio: ⁊ sic potest argui de alijs dotibus. Ad istud dubiū respondeo ⁊ dico ꝙ aliquē esse maiorē alio in resurrectione ⁊ vita beata potest intelligi dupliciter. Uno modo per actum presidētie ⁊ sic non habebit vnus maiorē statum alio quia nullus habebit presidentiā super alte-

rum quia nullus homo ibi erit dn̄s: nisi so-
lus iesus xp̄s. Apostol⁹ .i. Coꝝ. xv. Euacua
uit omnē principatum ⁊ potestatem ⁊ vir-
tutem. Alio modo potest intelligi ista maio
ritas q̄ntum ad predictas dotes ⁊ preroga-
tiuas corporales: quia loquendo ꝓprie ad
propositū resurrectionis oportet considera-
re conditiones corporis qđ resurgit plusq̄
anime que nō resurgit: ⁊ hoc modo dico ꝙ
om̄es quattuor dotes procedunt ex condi-
tione glorie ⁊ ex redundantia glorie anime
in corpus: sed gloria vnius est maior gloria
alterius. prout dicit̄ Math. v. Qui solucrit
vnū de mandatis istis minimis ⁊ docuerit
sic hom̄es minim⁹ vocabitur in regno celo
rum: qui autē fecerit ⁊ docuerit hic magnus
vocabitur in regno celorum. Ex quo sequit̄
ꝙ dotes predicte sint maiores in vno q̄ in
alio. id est ꝙ vnus sit magis impassibilis:
subtilis: lucidus: ⁊ agilis q̄ ali⁹: ꝫm ꝙ plus
vel minus meruit. Iuxta illud Eccli xvi. Fa
ciet locum vnicuiq3 ꝫm meritū operum suo
rum. ideo illis qui plus meruerunt dicetur
sic. Augete dotem munera postulate libēs
tribuam. Geneß. xxxiiij. Et sic in resurrectio
ne vnus erit in maiori ⁊ meliori statu q̄ al-
ter. Ad primā rationē in contrariū dico ꝙ
negationes ⁊ priuationes possunt confide
rari dupliciter. Uno modo ī seipis: ⁊ sic null⁹
potest habere plus ⁊ min⁹ sed solū equalit̄.
vt dicit glosa. Secūdo modo in suis causis
⁊ sic vn⁹ potest habere plus ⁊ min⁹ q̄ alius
Exēplū volo tu claudas vnā capsā clausā in
duab⁹ alijs capsis: ita ꝙ secūda capsa sit in
p̄ma ⁊ tertia in secūda: modo ī qualib3 ista-
rum est equaliter obscuritas cōsiderādo ob
scuritatē in seipa: q2 in nulla istarū est aliq̄d
de luce: ⁊ tn̄ ꝯsiderādo obscuritatē in sua cau
sa vna obscuritas ē maior alia: q2 causa vni⁹
obscuritatis est clausura triū capsarū ⁊ cau-
sa alteri⁹ obscuritatis est clausura vnius vel
duarū capsarū. Cōsimilit̄ in ꝓposito nostro
q2 impassibilitas cōsiderando eā in seipa ē
equalis in oīb⁹ vt dicit illa glo. sed ꝯsideran
do eā in sua causa q̄ est cōditio glīe ⁊ obedi-
entia aīe: sic q̄to glīa erit maior tāto impas
sibilitas erit maior in vno q̄ in alio. Ad se-
cundā dico ꝙ illa ratio non valet: quia si est
aliqua parua res quā tu nō potes videre ad
huc poterit esse vna res minor quā tu min⁹
poteris videre cum eandē rem quā tu non
potes videre possit deus diuidere per medi
um ⁊ fiēt due res minores ea: ita q̄uis oēs

res moueant̄ in tempore imperceptibili tn̄
cum hoc stat ꝙ vnus mouetur in minori tē-
pore: quia om̄e temp⁹ licet sit paruū q̄tum
volueris adhuc potest diuidi ⁊ partiri: ⁊ ita
ratio non ꝓcedit. Pro declaratione vnius
puncti qđ dixi supra sc3 ꝙ vn⁹ homo erit lō
gior ⁊ grossior alio: ergo vn⁹ leuior erit alio:
quia magis grossus debet plus ponderare
Sciendū est ꝙ dos agilitatis non attendi-
tur penes grossiciem maiorē vel minorem:
quia aliquis magis grossus erit magis agi-
lis q̄ ille qui erit min⁹ grossus: puta si gros-
sior habebit maiorem gloriā: quia tunc cor-
pus suu3 erit magis obediens anime ⁊ erit
magis expeditū ⁊ agile: ⁊ hoc est quia gros-
ficies maior vel minor procedit ex naturali
complexione corporis. Sed dos maior vel
minor procedit ex conditione glorie que est
premiū nostrorū meritorum. Ideo q̄to ali
quis magis meruit tanto erit maior in istis
dotib⁹ ⁊ alijs in regno celoꝝ. Et de dote agi
litatis in resurrectione xp̄i ꝓut ostensum fu
it in duob⁹ apostolis sc3 petro ⁊ iohanne q̄
perquirentes de resurrectione cucurrerunt
simul. Sed ille ali⁹ discipulus precucurrit ci
tius petro ⁊ venit prior ad monumentum.
Ioh. xxvi. Et de xp̄o dicit̄ sic. Precedet vos
in galileam. Math. vlti. Et ad Heb. i. Se-
det ad dexterā maiestatis in excelsis: tanto
melior angelis effect⁹ quāto pre illis differē
tius nomē hereditauit. Et ibidē ca. iij. dicit.
Amplioris glorie pre moyse dign⁹ habit⁹ ē
Et .i. Paralip. xxix. dr̄. Dedit illi gloriā regni
qualē null⁹ habuit: ⁊ hoc iuste ei cōuenit q2
meruit super om̄es. Et ita alij habebūt glo-
riam maiorē vel minorem ⁊ consequnter do
tes predictas ꝫm ꝙ plus vel minus merue
runt in vita ista. Ideo resurrectio nostra est
vr .i. lumen propter illam ꝓprietatem lucis
quā apl̄us appropriat resurrectioni dicens
Stella a stella differt in claritate: sic ⁊ resur-
rectio mortuoꝝ. i. sicut vna stella est magis
lucida q̄ alia: ita vn⁹ homo in resurrectione
habebit dotē claritatis plusq̄ alius: ⁊ ita de
alijs dotib⁹. Tu ergo politica habebis in re
surrectōe ordinē tuū. s. ꝙ vn⁹ erit maior alio
⁊ nostra resurrectio remanet vr. id est luci-
da ⁊ clara. S

Nono venit scientia me-
dicine cum qua colligati sunt adolescentes
Scientia medicine tractat de dispositōe cor
poris hūani humoꝝ: ⁊ cōuersione cibi ⁊ po

tus in carnē ⁊ sanguinē ⁊ in alios humores ⁊ q꞉ adolescentes ꝑcipue bene comedunt ⁊ in eis bulliūt fortiter sanguis ⁊ ceteri humores. Unde adolescentia est etas a.xiiij. anno vsq꞉ ad vigesimūquintū. ideo ista scientia cū adolescentibꝫ petit istud dubiū. Si totum illud qđ ex cibo vel potu vel ex semine. vnde generatur homo conuertit᷑ in carnem ⁊ sanguinem aut aliū humorē hoīs resurget .i. si totū illud qđ in isto mundo inuenit᷑ esse quocunq꞉ tempore caro ⁊ sanguis: aut alius humor hoīs resurget in homine. Si tu dicis ꝙ sic sequit᷑ ꝙ in resurrectiōe dotes non essent perfectius in vno ꝙ̄ in alio ſm ꝓportionem glie: sicut tu dixisti i politice. Ecce cathena consueta. probo ꝙ sequat᷑: q꞉ aliqui humores sūt mali ⁊ nociui quos natura mittit foras per sudorem aut aliū moduꝫ: ⁊ isti maxime fuerūt in multis sanctis diuersimode infirmis: ergo illi sancti licet haberēt maiorem gloriā tamē haberent peiorem dispositionē: quia sic subtilitas scꝫ perfecta dispositio corporalis esset in homibꝫ in resurrectione plus ⁊ minus a cōditione naturali. scꝫ ſm ꝙ plus ⁊ minꝫ haberēt de illis malis humoribus ⁊ nō ꝓueniret istud plus ⁊ minus ex cōditōe glie: sicut tu dixisti politice. Secūdo arguo sic. pono ꝙ iohānes toto tpe vite sue comedat carnē humanā ⁊ nō aliud: tūc peto si ista caro hūana comesta resurget in ꝑsona comesta vel in iohāne comedēte: Si in ꝑsona comesta ergo iohānes i quo nō resurget aliq̄d de eo qđ comedisset remaneret quasi vnū nihil: q꞉ q̄si tota quātitas corpis auferet᷑: ⁊ ita nō esset debite ꝓportionatꝫ per dotē subtilitatis: vt dixisti geometrie. Si tu dicis ꝙ resurget in iohāne comedēte: tūc sequit᷑ ꝙ illi hoīes comesi i nō resurgerēt: ⁊ ita resurrectio nō esset generalis: vt dixisti i grāmatice. Tertio sic: si totū qđ hō cōedit ⁊ bibit debet resurgere in hoībꝫ ⁊ vnꝫ toto tpe vite sue comedisset multos arietes boues ⁊ alia aīalia ⁊ maris ⁊ terre ⁊ aeris: sequit᷑ ꝙ ille erit magnꝫ ꝑ decē hoībꝫ ⁊ adhuc plus ⁊ nō esset debite ꝓportionatꝫ. Quarto sic apl's i. Cor. xv. dicit. Caro ⁊ sanguis regnum dei nō possidebūt. Si tu dicis ꝙ nō resurget totū illud qđ ꝯuertit᷑ in carnē ⁊ sanguinē tunc aliud esset illud corpꝫ qđ modo habemꝫ in isto mūdo: ⁊ illud qđ resurget: cuiꝫ cōtrariū dixisti logice. Ad istud dubiū r̄ndent diuersi diuersimode. Quidā dicūt ꝙ nihil de cibo vel potu cōuertit᷑ in carnem ⁊ sanguinē vel aliū humorē hoīs ſꝫ ꝙ semen vnde generat᷑ homo multiplicabat᷑ ⁊ ita etiā hō veniebat esse magnus: ⁊ illo modo nihil est in homīe nisi illđ qđ fuit in adā ⁊ ꝑ successionē ⁊ multiplicatōnē transiuit in nos. Et dicūt ꝙ causa ꝓpt᷑ quā homo comedit ⁊ bibit est illa vt calor stomachi non ꝯsumat in totū istud semen qđ multiplicat᷑: q꞉ calor cōsumit potuꝫ ⁊ cibū: ⁊ illo modo cōseruat᷑ homo ꝑ cibū ⁊ potū sine quo morit᷑ cito. Et ita facit artifex de argento qn̄ fundit argentum: q꞉ apponit plumbū vel stagnū, vt ignis consumendo de plumbo cōsumat minus de argento. In homine argentū est semen: ⁊ illud qđ procedit ex eo. plumbū est illud qđ procedit ex cibo ⁊ potu. ⁊ sicut nihil de plumbo simul cum argento conuertit᷑ in argentum licet liquefiat: ita nihil de cibo vel potu conuertit᷑ realiter in carnem vel sanguinē vel in aliam substātiam hoīs: ⁊ ſm istos in resurrectione nō resurget aliquid qđ conuertat᷑ vel generetur de cibo vel potu sed solū qđ ꝓcedit ex semīe vnde generat᷑ hō: q꞉ solū de illo fit sanguis ⁊ caro ⁊ aliꝫ humores hoīs. Sed illa opinio non est vera: q꞉ illud qđ naturalit᷑ multiplicatur efficit᷑ magis rarū. vn̄ si vnā petiā pāni q̄draginta brachioꝝ tu extēdas: ita ꝙ veniant q̄nquaginta brachioꝝ pānꝫ efficit᷑ magis rarus ⁊ ꝑ illū modū hō si nō veniret in eū alia substantia nisi illa quā habꝫ in ꝑncipio sue natiuitatis qn̄ eēt magnꝫ esset multum rarꝫ: cuiꝫ cōtrariū videmꝫ ad oculum. Ideo aliꝫ dixerūt ꝙ cibus ⁊ potꝫ cōuertit᷑ in carnē ⁊ sanguinē hoīs tn̄ faciūt magnā differentiā int᷑ carnē ⁊ sanguinē que ꝓcedunt ex semine vn̄ generat᷑ hō: qđ ipi vocant humidū radicale: ⁊ carnē ⁊ sanguinē que ꝓcedunt ex cibo ⁊ potu qđ vocant humidū nutrimentale. ꝑmi dicūt ad veritatē nature humane ꝑmario ⁊ secūdū secūdario. Exemplū ꝑmū est grana de copo. secūdū est grana de brodeis. primū est vinū purū ⁊ ꝑfectū. secūdum est aquaticū. Sciēdū est ſm istos ꝙ de grana de brodeis fit grana de copo: ⁊ de aq̄tico fit vinū purū ⁊ ꝑfectū: q꞉ de suꝑfluitate cibi ⁊ potus seu humidi nutrimentalis qđ d᷑ grana de brodeis ⁊ aquaticum in patre venit semen quod est humidum radicale in filio vocatū grana de copo seu vinū ꝑfecū ⁊ purū. Quia deꝫ nature ꝓuidit sic ꝙ illđ qđ ē suꝑfluū i generāte fit essential᷑ ꝑfectio ⁊ necessaria i gn̄ato: ⁊ sic oīs illa caro ⁊ sāguis ⁊ totū illud qđ ꝓcedit ex semine vn̄ generat᷑

homo scʒ totū humidum radicale resurget. Sed de eo qđ procedit ex cibo ⁊ potu.s.de humido nutrimētali resurget: non totū ſ; illud qđ sufficiet ad faciēdū hoīem sufficienť ⁊ ꝓportionabiliť magnū. Sʒ illa opinio nō est vera: q2 nō ē aliq̄ ratio q̄re aīa ꝑsone generantis habeat ꝟtutē faciēdi de semīe qđ ē superfluitas cibi ⁊ potꝰ ꝑfectā carnē ⁊ sanguinem ꝑsone gn̄ate: ⁊ aīa ꝑsone gn̄ate nō sit potēs ad faciēdū de cibo ⁊ potu eque ꝑfecte carnē ⁊ sanguinē suipiꝰ: cū hō naturaliť debeat eē potētior ad ꝑficiēdū sibiipi q̄ȝ alteri. Et ſm illā opinionē hō de cibo ⁊ potu faceret in filio bonā carnē ⁊ sanguinē: ⁊ in seipo faceret malā carnē ⁊ sanguinē: qđ nō est dicendū. Jđo ē tertia opinio quā reputo verā dicēs ꝙ de cibo ⁊ potu fit in hoīe caro ⁊ sanguis ⁊ alij humores perfecte ⁊ p̄ncipaliť ⁊ vocat humidū radicale siue ꝓcedat ex semīe vn̄ generať hō: siue ꝓcedat ex cibo ⁊ potu illud qđ ꝑuenit ad terminū gn̄atōis ꝑ actum virtutꝭ gn̄atiue vel etiā nutritiue. Et humidū nutrimētale vocat illud qđ nōdū ꝑuenit ad illū terminū: ſ; est adhuc in via ꝑueniēdi ad ꝑfectionē illā. Verū ista opinio ponit talem differentiā q2 dič ꝙ illud qđ ꝓcedit ex cibo si debʒ esse ꝑfecte de natura hoīs oportet ꝙ veniat ad figurā: sitū ⁊ ordinē quē habʒ illđ qđ ꝓcedit ex semīe vn̄ generať hō. Et ita totū qđ ꝓcedit ex semīe remanet semꝑ q̄ȝtum ad formā ⁊ speciē: ſ; non q̄ȝtū ad materiā. q2 q̄ȝtū ad materiā fluit ⁊ refluit. Et ponit exēplū sctūs Thom̄. iiij. li. sentē. de ciuitate in q̄ sunt multi officiales. Nā q̄ȝtū ad formā officioꝝ illi officiales semꝑ manēt: q2 ipi vł alij sunt in illo officio vn̄ semꝑ sūt dn̄i duces cōsiliarij: ⁊ tn̄ q̄ȝtum ad materiā nō semꝑ manent q2 vnꝰ moriť ⁊ aliꝰ remoueť ab officio. Jta in ꝓposito illud qđ ꝓcedit ex semine humano semꝑ manet quo ad formā ⁊ speciē. i. quo ad figurā sitū ⁊ ordinē. ſ; nō quo ad materiā. Secūdū exēplū ē de nauigio qđ durat q̄ȝtū silua: vt vulgo dr̄. quia modo renouať vna pars modo alia: ita ꝙ finaliť nihil ē in nauigio de p̄mis lignis. ⁊ tn̄ est illud idē nauigiū q2 remanet eadē figura: idē situs ⁊ ordo partium: ⁊ ita p̄ma lignamina remanēt q̄ȝtum ad figurā que resultabat ex ipis: sed q̄ȝtum ad materiā illa lignamina sunt ablata. s. p̄ma. Tertiū exemplū est de domo a q̄ auferť vnꝰ lapis ⁊ poniť aliꝰ loco eius: ⁊ sic vlteriꝰ paulatim pōt fieri de omībꝰ lapidibꝰ ⁊ lignaminibꝰ ⁊ ferramentis: ita ꝙ finaliter nihil esset in domo qđ fuisset p̄mo: ⁊ tamen esset eadē domꝰ: q2 semꝑ remanet figura situs ⁊ ordo partiū. ſm ꝙ habuit a p̄ncipio ꝑ primos lapides: lignamina ⁊ ferramenta. Quartū exemplū est de igne fornacis q2 cōbusto vno ligno apponiť aliud: ita ꝙ finaliť nihil est de p̄mo ligno nec de materia p̄morum lignoꝝ: sed solū ꝯtinue remanet figura situs ⁊ ordo partiū ignis facti ꝑ p̄ma ligna et ita ignis p̄moꝝ lignoꝝ remanet ſm speciem. i. q̄ȝtū ad figurā sitū ⁊ ordinē partiū ⁊ deficit q̄ȝtū ad materiā: ⁊ hoc modo ꝯseruatur vnꝰ ignis nūero. Jta in hoīe remanet figura: situs ordo carnis ossiū ⁊ aliarū partium ſm ꝙ ꝓcesserat a semine: ſ; materia fluit ⁊ loco illiꝰ poniť illud qđ cōuertiť ex cibo ⁊ potu. Jdeo illud qđ ꝓcedit ex semīe remanet q̄ȝtū ad speciē. i. figurā sitū ⁊ ordinē: ⁊ recedit q̄ȝtū ad materiā ⁊ loco eiꝰ poniť ⁊ supplet ꝑ ꝯuersionē cibus ⁊ potꝰ. Sed tu arguis ꝯtra: q2 isto modo hō semꝑ viueret q2 illud qđ ꝯsumiť ꝑ calorē stomachi: restaurať per cibū ⁊ potū: ⁊ homo quotidie comedit ⁊ bibit: ergo nūq̄ȝ deficiet. Dico ꝙ virtꝰ que cōuertit cibū ⁊ potū in carnē ⁊ sanguinē in p̄ncipio est ita fortis ꝙ conuertit tantū ꝙ sufficit ad restaurandū illud qđ cōsumiť ꝑ calorem stomachi ⁊ sufficit ad augmentū vt apparet in etatibꝰ infantie ⁊ pueritie ⁊ adolescentie. Postea q2 om̄e agens in agendo repatiť ista virtꝰ debilitať ita ꝙ nō pōt ꝯuertere nisi q̄ȝtū sufficit ad restaurandū deꝑditū vt apparet ī iuuētute: q2 lʒ tūc hō comedat q̄ȝtū vult tn̄ nō crescit. Demū illa virtꝰ magꝭ debilitať ita ꝙ nō pōt ꝯuertere tantū ꝙ sufficiat ad restaurādū totū illđ qđ cōsumit calor stomachi propterea hō desiccať ⁊ fit macilentꝰ: vt pʒ in antiq̄s ⁊ decrepitꝭ: ⁊ ita paulatim deficiēte illa ꝟtute hō moriť. Exēpluʒ huiꝰ ponit ph̄s. i. de gn̄atōne de vino potenti cuiꝰ virtꝰ sufficit cōuertere paulatim satis de aqua in vinū: ſ; ꝯtinuādo ponere aquā virtus vini paulatim debilitatur ⁊ deficit ita ꝙ finaliť efficiť totuʒ aquosum seu aqua. Jta etiā est in hoīe. Nā illud qđ de semīe hūano dat formā hoīs: ⁊ illud qđ ꝑuenit ex cibo ⁊ potu augmētat eā: ⁊ ꝯseruat vsq̄ʒ dū virtus cōuersiua cibi ⁊ potus nō deficit: ⁊ q2 remanet eadē forma iđo ē ꝯtinue idē corpꝰ ⁊ idē homo. Vnđ ſm istam opinionē dico ad dubium ꝓpositū ꝙ in homīe resurget totū illđ qđ procedit ex semīe q̄ȝtum ad formam ⁊ tantū de eo qđ est cōuersum de cibo ⁊ potu

q̄tum sufficiet ad debitā quātitatem. ita ꝙ resurget illa figura: ille situs ⁊ ille ordo ⁊ illa quātitas que data sunt homini. primo ex semine deinde per augmētū ex cibo: vel que data fuissent si natura nō īuenisset aliquē defectum. Sed q̄tum ad materiam resurget tm̄ q̄tum sufficiet ad sustinendū ⁊ ꝯseruandū ipam figurā sitū ⁊ ordinē ⁊ quantitatē: siue talis materia ꝓcesserit ex semine siue ex cibo qꝛ hoc in homine nō facit varietatē: sicut nauigiū ꝯbustū vel domū destructā aut ciuitatē posset quis resuscitare ⁊ repare siue de p̄mis lignaminibꝰ ⁊ lapidibꝰ: siue de alijs dūmō reparet̄ eadē quātitas ⁊ figura situs ⁊ ordo partiū que erāt in eiectis rebus: qꝛ q̄tuꝫ ad materiā siue de istis siue de illis reparetur nō ꝓpter hoc variatur res. Et ita erit de hoīe in resurrectione. ¶Respōsio ergo dubij est ꝙ totum illud qđ cōuertit̄ in homine resurget q̄ꝫ tum ad spēm: sed nō totum quo ad materiā Et hoc est rationabile: qꝛ dictū fuit supra scie politice ꝙ dotes erūt in corpore humano plꝰ ⁊ minꝰ ſm ꝓportionem glorie: ⁊ ꝓportio glorie erit ſm ꝙ hō meruit plus vel minꝰ: ſꝫ meritū cōcernit totū hoīem ⁊ partes eiꝰ formales ⁊ nō materiales: ideo per gloriā ⁊ dotes eius ꝑficient̄ oēs ꝑtes eiꝰ ſm formam ⁊ nō ſm materiā: iō nō curo q̄cū q̄ꝫ materia resurgat siue ꝓcedat ex semīe siue ex cibo: iđo bn̄ d. c̄ Job. ¶Rursum circūdabor pelle mea ⁊ in carne mea videbo deū: quē visurus sum ego ipse ⁊ nō alius ⁊ oculi mei ꝯspecturi sūt. Per ista ꝟba noīat ꝑtes sui corpis noīe formali ⁊ nō aliq̊ noīe materiali. Nō ḡ resurget in hoīe totū illud qđ cōuertit̄ ī ip̄m. Qꝛ si tota talis materia q̄ cōuertit̄ ex cibo ⁊ potu resurgeret homo esset mirabilit̄ magnꝰ ⁊ grossus Sed bene resurget totū ſm formā ꝓut iam declaratū fuit. Ad primā rationē cum dicitur ꝙ dos subtilitatis. i. ꝑfecta dipositio corporalis nō esset magis ⁊ minꝰ ſm ꝓportionē glorie: qꝛ de humoribꝰ nociuis plꝰ resurgeret in eis q̄ fuissent leprosi aut alit̄ īfirmi in ista vita licet fuerint magni scī. Dicendū est ꝙ ī hoīe est humiditas duplicis ꝯditōis. Una ē que recedit alia est que remanet. Illa que recedit est duplicis cōditionis: qꝛ vna recedit eo ꝙ est mala ⁊ nociua homini: ⁊ ideo abijcitur a natura: vt indiuidiū cōseruet̄. Exemplum. sudor: scabies sanies: ⁊ similia. Alia recedit ꝓpter cōseruationem speciei. s. generationis humane per actum virtutis generatiue sicut est semen. Et ꝑ actum virtutis nutritiue sicut est lac mulieris. Prima humiditas nō resurget: qm̄ venit ex defectu nature que in resurrectōne reparatur: qꝛ tunc homo erit in illo statu q̄tum ad ista que haberet naturaliter si nō esset aliquis defectus. vt dixi supra. Secunda humiditas nō resurget in persona generata: quia illa nō est de essentiali perfectione generantis: ergo est ei superflua. Et deus ⁊ natura illam posuit et quottidie ponit in generante nō pro eo: sed pro multiplicatione ⁊ conseruatione generationis humāe: vt de illis rebus possit produci generādus ⁊ cōseruari ⁊ crescere: ideo ē de essentiali perfectione ꝑsone generate sicut dictū est supra de costa Ade. Humiditas que remanet est duplicis cōditionis. Una ē que habet formā determinatā ſm quā cōtinetur īter partes corporis. Ideo iste humiditates resurgent cum alijs partibꝰ hoīs: sicut ⁊ resurrexerūt in xp̄o. Unde Aug ad consentiū dicit sic. Si sanguis in corpore xp̄i resurgentis fuit cur nō epymata. i. fleugma. cur nō fel flauū. i. colera ⁊ fel nigrū. i. melancolia: quibꝰ quattuor humoribꝰ naturā carnis reparari: ⁊ medicine disciplina testatur. hec ille. Alia humiditas est que est in via transeundi de forma humoris in formā alicuius membri. Et ista est triplicis conditionis: qꝛ qn̄ est in principio sue transmutatōis. s. illa que est in foraminibus paruarū venarū: vocatur ros. Et qm̄ est in progressu transmutatōis ⁊ incipit iam dealbari vocatur cambiū. Et quādo peruenit ad vltimā perfectionē quā natura ītendit in corpore indiuidui: ⁊ est iam dealbata ⁊ incorporata mēbris vocatur gluten. Et ista humiditas resurget si ꝑuenit ad istū tertium modū. s. ꝙ sit gluten. Sed si sit tantum ros vel cambiū nō resurget: qꝛ nō est adhuc de substātia hominis q̄uis ipsa sit in via ad hoc. Et sic habes qui humores resurgent: et qui nō: ⁊ ꝙ humores nociui non resurgent.

¶Ad secūdam rationē de hoīe qui nō comedit nisi carnē humanā: dico ꝙ illa caro resurget in corporibus comestis ⁊ nō in homine qui comedit Et quādo tu dicis: ergo ille qui comedit remanebit vnū nihil. ¶Respondeo ꝙ deus supplebit sicut dixi geometrie de infantibus ꝙ in eis deus supplebit sufficientē quantitatē ⁊ magnitudinem. Et illud qđ facit natura in spacio temporis cum adiutorio cibi ⁊ potus: deus faciet cito īfantibus et gnanis. Et ita faciet ī isto qui comedit semper carnem humanam: ⁊ hoc modo iohan-

nes nõ erit vnũ nihil: sed erit sufficiẽter magnus ⁊ grossus. ¶ Ad tertiã rationẽ cũ dicit ꝙ si totũ qd̃ cõuertitur in hoĩe resurget in eo tunc ipse esset magn⁹ ꝑ multis hoĩbus ꝓpt multitudinem cibi ⁊ potus que sumit a principio vite vsq; ad finem. Jam est responsũ ꝙ nõ resurget totũ totalitate materie: s; bene resurget totũ totalitate speciei: ⁊ forme habite vel habẽde si nõ adesset aliquis defectus: ideo nõ habebit homo nisi ꝓportionatam quãtitatem. ¶ Ad quartam rationem.s. ad auctoritatem apl̃i qui dicit: ꝙ caro ⁊ sanguis regnũ dei nõ possidebũt. Intelligẽdu; ẽ de hoĩbus carnalib⁹ qui viuũt inordinate s; ꝙ ducũtur a carne ⁊ sanguine. vel sm ꝙ dicit Aug. ad cõsentiũ. Caro ⁊ sanguis accipiunt ibi pro corruptione mortis que dñatur hic in carne ⁊ sanguine. idõ seq̃tur in verbis apl̃i sic: nec corruptio incorruptelam possidebit. Et sic hec auctoritas ꝯ nostrũ ꝓpositum nõ ꝓcedit vt patet. ¶ Ad vltimã rõnem cum dicit si totũ nõ resurgẽt g̃ nõ resurgeret ide; corp⁹ nũero: imo aliud corpus habẽmus in hac vita ⁊ aliud habẽm⁹ in resurrectõe. Rñdeo sm ph̃m. i. de generatione. Si quis auferret siml' oĩa ligna de igne ⁊ postea de alijs lignis faceret ignẽ ille esset alius ignis a primo: quia prima forma ignis fuit destructa et nõ põt natura eand̃ formã repare: licet possit similẽ deo nouo facere: sicut dixi supra log̃ c. de statua Sed si facto igne auferat vnũ lignũ ⁊ loco illi⁹ apponatur aliud lignũ ⁊ ita paulatim ꝯñter fiat de alijs lignis tũc ⁊ subtractis hoc modo primis lignis ignis remanet ide; numero q̃ fuit a principio: ⁊ tamen nihil est in igne de materia q̃ fuit a principio s; solum prima forma ignis remanet. Ideo dicit ph̃s ꝙ prima ligna faciunt ignem ⁊ secũda nutriunt ignẽ. sic in ꝓposito Semẽ facit corpus hominis: sed cibus ⁊ potus nutriunt corpus hoĩs. Et licet in corpore hoĩs nõ sit cõtinue totũ illud materialit' qd̃ fuit a principio natiuitatis: q; est consumptũ paulatim per calorẽ stomachi: nihilominꝰ est totũ formaliter sicut videm⁹ in igne ꝙ substractis paulatim lignis ⁊ alijs appositis semꝑ remanet idem ignis formaliter ⁊ subtrahit' materialiter: ideo homo cõtinue est idẽ nũero ⁊ h; idẽ corpus nũero sicut etiã est idem homo ⁊ h; idẽ corp⁹ qñ h; puũ corpus ĩ infantia ⁊ qñ habet magnũ corp⁹ in iuuẽtute Et sic ista ratio nõ ꝓcedit: q; in resurrectione resurget totũ qd̃ fuit in hoĩe formalit'. lic; aũt nõ resurgat totũ materialit' nõ tollit' ꝓpter hoc ꝙ nõ sit idẽ hõ numero ⁊ nõ habeat idẽ corp⁹. Et ita est dicendũ de resurrectione xp̃i ꝙ in eo resurrexit caro ⁊ sanguis. Vñ in sacramento altaris panis ⁊ vinũ cõuertũtur in suã carnẽ ⁊ suũ sanguinẽ ⁊ istud nõ põt esse nisi in eo resurrexisset caro ⁊ sanguis: imo sm sanctos doctores totũ sanguinẽ quẽ effudit pro nobis in circũcisione ⁊ in sua passione ⁊ in cruce: reassumpsit in corꝑe suo in resurrectõe. Et ita ꝯñter dicendũ ẽ de oĩbus ꝑtibus formalib⁹ corporis sui. ideo totum illud qd̃ fuit in eo formal'r resurrexit: s; nõ totũ materialiter q; in eo fuit flux⁹ ⁊ refluxus per calorem stomachi. Si eñ totũ qd̃ fuit cõuersum in eũ de cibo ⁊ potu resurrexisset: tunc ipse esset nimis magn⁹ ⁊ grossus. Solum ergo totũ resurrexit in eo formal'r ⁊ materialiter quantũ sufficit ad suã ꝓportione; quãtitatis: ⁊ sic erit de nobis in resurrectione Ideo resurrectio nostra digne vocat' vr. i. lumen: q; frigus facit fluere ⁊ desiccare flores ⁊ fructus arboris. ita ꝙ arbor in hyeme videt' quasi sicca ⁊ mortua: ⁊ postea sol in estate facit in ea flores ⁊ fructus: ⁊ sic quasi eam resuscitat. iux̃ illud Boetij. Ut q̃s boree spiritus aufert reuehat mitis zephirus frõdes Quesq; arctur⁹ semĩa vidit syrius altas vrat segetes. Ideo deut'o. xxxiij. Moyses benedicendo Joseph dicit sic. De pomis fructuum solis ac lune ⁊c̃. Ita frig⁹ mort' facit in hoĩe deficere carnem ⁊ sanguinem ⁊ totã pulchritudinem sue forme corporalis. Sed sol. i. lux resurrectõnis facit redire carnẽ ⁊ sanguinẽ ⁊ totũ illud qd̃ est pulchritudinis formalis hominis ⁊ sue salutis corpalis ⁊ spũalis. vñ. i. Reg. xi. Erit vobis salus cũ incaluerit sol. Uos g̃ medici ⁊ adolescẽtes habebitis ĩ resurrectione carnẽ ⁊ sanguinẽ ⁊ oẽs alios humores q̃ debent esse in hoĩe ꝑfecto sm scientiam medicine: nec de vestra sciã aliquid destruitur: s; nostra resurrectio remanet vr. i. lucida et clara. ⁊

¶ Decimo et vltimo venit astrologia cũ qua colligati sunt celi ⁊ totus mũdus. s. terra: aqua: aer: ignis. Astrologia est sciã que docet ꝓuidere futura etiã signãdo tẽpus determinatũ. s. quid erit ãno sequẽti aut alio ãno ⁊ q̃tũ durabit. Idõ ista sciã et mũd⁹ cũ ea ꝓponit istud dubiũ: si scit' a nob̃ tp̃s ⁊ hora qñ nr̃a resurrectio erit: ⁊ ꝯñter qñ mot⁹ celoꝝ ⁊ iste mũd⁹ hẽbit finẽ eo ꝙ vnũ

fiet qñ aliud: q̄ qñ cessabit mot⁹ celi ⁊ finiet
mūdus tūc erit resurrectio nr̄a vt dictū ē. Si
tu dicis ꝙ non scit̄ ḡ nec aliqd coꝝ q̄ dixisti
sup̄ scit̄: ⁊ sic male r̄ndisti oib⁹ superioribus.
Ecce cathena q̄ ista scīa est vltima ⁊ fac̄ vl-
timū nodū ⁊ ligat secū oīa premissa iuuan-
do oēs scīas p̄missas. Vñ ista cathena ē ro
tūda cū ista vltima fit cōnodata cū precedē
ti, ⁊ cū prima ⁊ ꝯñter cū oibus. Sed ꝙ h̄ se-
quat̄ patet. Nā q̄ nescit illud qd̄ est min⁹ ēt
nescit illud qd̄ est maius. Sꝫ min⁹ est tp̄s ⁊
hora resurrectōis ꝙ̄ gloria resurrectionis ⁊
dotes ei⁹ ⁊ ꝯditiones altissime de quib⁹ locu
tus es sup̄iorib⁹ scientijs ⁊ medicine: ḡ si tē
pus ⁊ hora nescit̄ nec etiā que dixisti sup̄ sci
untur: ⁊ isto modo nesciuisti q̄d dixeris. Se
cūdo sic quādo principiū alicui⁹ rei scit̄ etiā
finis eius scitur: cū aīe habeant suā periodū
vt dr̄. ij. de ḡnatione. q. d. ꝙ oīa que habent
principiū habent certū tp̄s per qd̄ p̄nt dura
re: q̄ homo nō pōt semp viuere. Etiā ciuita-
tes maxime veniūt ad finē suū. Sꝫ p̄ncipiū
mūdi scit̄: ergo pōt sciri tēpus per qd̄ pōt du
rare. Etiā scitur finis su⁹ ⁊ ꝯñter scitur tēp⁹ ⁊
hora nostre resurrectōis. Tertio sic apoc. xij.
scribit̄ sic. Mulier habet locū paratū a deo:
vbi pascat eā dieb⁹ mille ducentis sexaginta
Per istā mulierē intelligūt doctores sanctā
matrē ecclīam in statu vite p̄ntis: ⁊ p̄ illos
dies intelligūt anni iux̄ illud Ezech. iiij. Diē
pro āno dedi tibi. Et Daniel. xij. dr̄. Dies mil
le ducēti quadraginta. Btūs q̄ expectat ⁊ p̄-
uenit ad dies mille trecētos triginta q̄nq̄: ḡ
scitur finis noui testamēti: ⁊ sic finis mundi
⁊ tp̄s nostre resurrectionis scit̄. Forte ꝓpt̄
istas rōnes ꝯcedis ꝙ tp̄s nostre resurrectio
nis scit̄. Cōtra: xp̄s dixit ap̄lis Math. xxiiij.
De die aūt illo ⁊ hora nemo scit neq̄ angl̄i
celoꝝ nisi sol⁹ pr̄. Et Marci. xiij. De die autē
illo ⁊ hora nemo scit neq̄ āgeli in celo neq̄
fili⁹ nisi pater. Et nō debetis ītelligere p̄ hec
verba ꝙ filius dei nesciat diē iudicij ⁊ nostre
resurrectionis: q̄ pater omne iudicium dedit
filio. Joh. v. Sed per filium debetis intellige
re nos qui sum⁹ filij dei si volumus Joh. i. c.
Dedit eis potestatem filios dei fieri. Jō pri-
mo nominauit angelos: ⁊ postea filium dicē
do: neq̄ angeli in celo: neq̄ filius: quia ange
li sunt nobiliores nobis: ergo nec finis mun
di nec tēpus resurrectiōis nostre scitur a no
bis quod erat ꝓbandum. Pro responsione
dubij sciendum est p̄ut dicit Augusti. xx. lib.
de ciuitate dei. Aliqui post ascensionem dn̄i
voluerunt querere per quantum tempus de-
bebat mūdus durare ⁊ opinati sunt ꝙ dura
ret post ascensionem dn̄i per quadrigentos
annos. Et aliqui dixerūt ꝙ duraret per quin
tos annos ⁊ aliqui ꝙ duraret per mille an-
nos. ⁊ oēs isti errauerūt vt apparet per expe
rientiā: q̄ totum illud tēpus est transactum
⁊ adhuc nō est finis mundi. Ideo dicunt ali
qui aliter. s. ꝙ finis mundi ⁊ tēpus nostre re
surrectionis nescitur a nobis. Primo q̄ non
scitur naturali ratione: q̄ quando cognosci-
mus naturaliter finem alicuius rei cognosci
mus naturalr̄ mensurā ⁊ tēpus durationis
illius rei. s. numerum motus celi per quē ta-
lis res durat: sed mensura illiusmet duratio-
nis ⁊ motus celi nō est nisi dispō dīna quā
naturalr̄ cognoscē nō possum⁹, maxīe q̄ mo
tus celi ex h̄ ꝙ ē circularis hꝫ ex sua natura
ꝙ pt̄ durare in p̄petuū: vt declarat ph̄s. viij.
phisicoꝝ: ergo nō possumus naturalr̄ cog̊scē
tp̄s finis mūdi: ⁊ nr̄e resurrectōis. Secūdo
q̄ nō cognoscit̄ per reuelationē: q̄ p̄ncipalr̄
xp̄s reuelasset h̄ ap̄lis q̄bus dicit. Vos aūt
dixi amicos: q̄ oīa quecūq̄ audiui a patre
meo nota feci vobis Joh. xv. Sed xp̄us no
luit eis reuelare hoc: imo eis petentibus sci-
re hoc dixit sic. Non est vestrum nosse tēpo-
ministerio dei subijcit. vt supior sit p̄dicatio
veritatis ⁊ inferior seruitus corporis: per ip
sam corporis seruitutē excellētior luceat do-
ctrina q̄ per officia corporalia. i. per vocem ⁊
linguā ⁊ ceteros corpis motus in bonis ope
ribus insinuat discentibus. hec ille. Super
quibus vobis talē moueo questionē. ¶ A
Utrū beati Thome vita ⁊ doctrina in ec-
clesia dei fuerit clarior quanto ab oī inq̄na-
mento ⁊ errore fuit purgatior? Ad istā que-
stionē respondēt duo doctores veteris testa
menti ⁊ duo noui testamenti scz. Primꝰ est
Salomon. Ecci. l. dicens sic. Quasi stella
matutina in medio nebule lucet: ⁊ quasi sol
refulgens: sic iste refulsit in templo dei. Qua
si arcus refulgens inter nebulas glorie: ⁊ q̄si
flos rosarū in diebus vernis. Quasi lilia que
sunt in trāsitu aq̄: ⁊ quasi thus redolens in
diebus estatis. Quasi ignis effulgēs ⁊ thus
ardens in igne. Quasi vas auri solidū orna
tuz oī lapide precioso. Quasi oliua pullulās
⁊ cypressus in altitudinē se tollens. hec ille.
Secūdus est Esaias. xxxiij. dicēs sic. Ubi ē
litteratus? vbi verba legis ponderans? Ubi
doctor paruulorū? Et preuidēs in spū doctri
nam ⁊ vitam sancti thome instruentē ppl'm
dei rn̄dit sic ad q̄stionē ppositā. Ppl'm ipru
dentē non videbis: ppl'm autem alti sermo-
nis. hec ille. Tertius est Prosper libro de vi-
ta contemplatiua. Qui licet dixerit de beato
Augustino: tn̄ pōt applicari sancto thome
qd̄ Augustinꝰ testat dicens. Thomas mihi
est par in gloria ⁊c. dic̄ sic. Acer erat ingenio
suauis eloquio: in secularibꝰ litteris peritus:
in ecclesiasticis laboribus studiosus: in quo
tidianis disputatiōibꝰ clarus: in oī sua actio
ne cōpositus: in questionibꝰ soluendis acu-
tus: in cōuincendis hereticis circūspectus: in
expositione fidei nostre catholicus: in expla
nandis scripturis canonicis cautus. hec ille
Quartus est Paulinꝰ in quadā epl'a ad au
gustinū dicēs sic. O vere sal terre quo p̄cor-
dia nostra ne possint seculi errore vanescere
cōdiunt. O lucerna digne super cādelabruz
ecclesie posita: que late eccl'iasticis vrbibus
de septiformi ligno pastum oleo leticie lumē
effundēs: densas licet hereticorū caligines dis
cutis: ⁊ lucem veritatis a cōfusione tenebra
rum splendore clarifici sermonis enubilas.
hec ille. Ista patēt in l'ra canonizatiōis sue.
B ¶ Tamen p maiori declaratione huius:
scz quante fuerit vtilitatis in eccl'ia dei san
ctus Thomas. Sciendū q̄ Jobes. Apoca.
xij. dicit sic. Signū magnuz apparuit in celo
mulier amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius
in capite eius corona stellarum duodecim ⁊
in vtero habens ⁊ clamans vt parturiens ⁊
cruciat vt pariat. Et draco stetit ante muli
erem que erat paritura: vt cū peperisset filiū
eius deuoraret. Et peperit filiū masculū qui
recturus erit omnes gentes in virga ferrea:
⁊ raptus est filius eius ad deum ⁊ ad thro-
num eius. Et mulier fugit in solitudinē vbi
habet locum paratum a deo. Et dracho per
secutus est mulierem que peperit masculuz.
Et date sunt mulieri due ale aquile magne
vt volaret in desertum in locum suuz a facie
serpentis. Et misit dracho post mulierez ex
ore suo aquā tanq̄ꝫ flumen vt eā faceret tra
hi a flumine. Et adiuuit terra mulierez: ⁊ a-
peruit terra os suū: ⁊ absorbuit terra flumen
quod misit dracho de ore suo. hec ibi. Scien-
dum q̄ hec mulier est eccl'ia: rōne fecundita
tis: q2 ad instar mulieris non cessat procreare
filios: sicut Augustinꝰ in epl'a. xxxij. ad letuz
dicit sic. Eccl'ia mater est que nos xp̄o cōce-
pit: martyrū sanguinē parturiuit: in sempi-
ternā eternāq̄ꝫ vitam peperit: ⁊ fidei lacte nu
triuit ⁊ nutrit. hec ille. Hec mulier est amicta
id est vestita sole: q2 est ornata xp̄o ⁊ spe be
atitudinis eterne. Unde apl'us. Gal'. iij. ca.
Quicūq̄ꝫ in xp̄o baptizati estis. xp̄m indui-
stis. Et Malach. iiij. Orietur vobis timentibꝰ
nomē meū: sol iusticie. luna est sub pedibus
eius. i. mūdana mutabilitas. Phil'. iij. Que
mihi fuerūt lucra hec arbitratus sum propter
xp̄m detrimēta. Uerūtamen existimo oīa de
trimentū eē propter eminētez scientiā iesu xp̄i
dn̄i nostri: propter quē oīa detrimentuz feci: ⁊
arbitror vt stercora vt xp̄m lucrifaciā. h ibi.
Erat aūt in vtero hn̄s. vn̄ Aug. sermone. ij.
in dedicatiōe eccl'ie dic̄ sic. Recte eccl'ie festa
colunt q̄ se filios eccl'ie esse cognoscunt. hec
eñ oīm credētiū mater est q̄ natos ad mor
tē: regn̄at ad salutē. h est q̄ post synagogā q̄
dem vocata: sed ante fuit pmissa. h eñ iaz in
pmo hoīe p̄figurata est. Sicut ex latere ade
fabricata est eua: ita ex xp̄i corpore ⁊ vulne-
re redēpta creuit eccl'ia. Hec intra archaz di-
luuio exundante seruata: crucis beneficiuz ⁊
baptismatis mysteriū presignauit. Hanc sa
ra sterilis ⁊ desperata in senectute vnico pi-
gnore fecundata predocuit. Eccl'ia eñ vni-
cum: id est deo dilectissimum populum secu
lo senescente progenuit. Hec est regina illa: de

de qua ad dñm d̃r. Astitit regina a dextris
tuis in vestitu deaurato circũdata varietate
id est diversarũ circumdata decore virtutum
Hec est illa regina q̃ venit a partibus ethio
pie audire sapiam salomonis. S; hec nõ tam
ex vna regione q̃ ex vniuersis mũdi parti-
tibus reges paritura cõuenit: sicut ⁊ euãge-
lista cõmemorat. Regina austri venit a fini
bus terre audire sapiam salomonis. Venit
ecclesia ad redemptorem ⁊ eruditorẽ suum:
vt de stultitia sui erroris doctrinã perciperet
ỽitatis: hec ille. Clamabat aũt p̃dicando ⁊
cruciabat̃ se in ieiunijs ⁊ vigilijs macerãdo
Et habebat in capite coronã stellarum duo
decim: qm̃ ecclesia habet duodeciz stellas .i.
duodecim domicellas que cingũt eã in mo
dum corone pp̃ter quas desponsat̃ xp̃o. p̃s.
Adducent̃ regi ỽgines post eam ⁊c. Prima
domicella ⁊ stella est dñia puritas de qua d̃r
Ephe. v. Christus dilexit eccl'iam ⁊ tradidit
semetip̃m p̱ ea vt illaz sanctificaret: mũdãs
lauachro aq̃ in ỽbo vite: vt exhiberet ip̃e si-
bi gl'iosam eccl'iam nõ habentẽ maculã aut
rugam aut aliquid hmõi: sed vt sit sancta ⁊
immaculata. Sup̱ quo Hiero. vt habetur.
xxiiij. q. i. c. omnibus dicit sic. Omnibus ꝯsi
deratis puto me nõ temere dicere aliquos
ita esse in domo dei: vt ipsi sint ⁊ dom⁹ eadẽ
dei que dicit̃ edificari supra petram q̃ vnica
columba appellat̃: q̃ sponsa pulchra sine ma
cula ⁊ ruga. Ortus cõclusus ⁊ fons signat⁹
et puteus aque viue ⁊ paradisus cuz fructu
pomoꝝ. Que dom⁹ ẽt claues accepit ac po-
testatem soluẽdi ⁊ ligandi. Hanc domum si
quis corrigentez corripientẽq; cõtempserit
sit tibi inquit sicut ethnicus ⁊ publicanus. de
hac domo d̃r. Dñe dilexi decorẽ domus tue
⁊ locum habitationis gl'ie tue. Et qui habi-
tare facit vnanimes in domo. Et letat⁹ sum
in his que dicta sunt mihi in domũ domini
ibimus. Et beati qui habitant in domo tua
dñe in secula seculorum laudabunt te: h̃ ille
Et augustinus libro de p̱fectione iustitie ho
minis. c. xxv. dicit sic. Mundat deus eccl'iaz
nunc lauachro in ỽbo vite abluens peccata
p̃terita ⁊ pellens ab ea dominationẽ maloꝝ
angelorum. deinde p̱ficiẽs eius sanitates fa
cit eam occurrere in illam gl'iam sine macl'a
et ruga. Quos em̃ p̃destinauit illos ⁊ voca-
uit: ⁊ quos vocauit ip̃os ⁊ iustificauit. q̊s
aũt iustificauit illos ⁊ glorificauit. In hoc ei
mysterio arbitror dictum. Ecce eijcio demo
nia et sanitates p̱ficio hodie ⁊ cras ⁊ tertia
die consumor. i. p̱ficio. Dixit em̃ hoc ex p̱sõa
corporis sui quod est eccl'ia dies ponens p̱
distinctis ordinatisq; temporibus: q̊ etiam
in sua resurrectione significauit triduo: h̃ ille
Secũda domicella est domina ỽginitas de
qua d̃r. ij. Corinth. xi. Despondi em̃ vos vni
viro ỽginẽ castã exhibẽ xp̃o. Sup̱ q̃ Augu
stinus vt habet̃. xxvij. q. ȯne p̱ma. c. nuptiarũ
dicit sic. Eccl'ia ip̃a cuius fideles mẽbra sũt
cõiunx xp̃i est que fidei: spei: charitatis inte-
gritate nõ solum in ỽginibus sacris sed etiã
in cõiugatis fidelibus tota ỽgo est. Uniuer
se quippe eccl'ie cuius omnia illa mẽbra sũt:
Paulus Apostolus dicit. Aptaui vos vni
viro ỽginem castã exhibere christo. Nouit
aũt ille ỽginem coniugem sine corruptione
fetare quẽ in ip̃a etiã carne potuit mat̃ sine
corruptione p̱creare: hec ibi. Et libro de sctã
ỽginitate. c. v. dicit sic. Seruat̃ in fide iuio-
lata quedam castitas ỽginalis qua ecclesia
vni viro ỽgo coaptat̃: hec ille. Tertia domi
cella et stella est domina fides. de qua dicit
Augustinus sup̱ p̱ma canonica Johannis
homel. x. sup̱ illo. Tu es petrus ⁊c. sic. Quid
est super hanc petram edificabo ecclesiam
meã. i. sup̱ hanc fidem pp̱ter illud q̊ dictuz
est. Tu es filius dei viui. sup̱ hanc petrã edi-
ficabo vl' fundabo eccl'iam meã. Et Grego.
in pastorali. c. xv. vt habet̃ dist. xliij. c. Sit re
ctor. dicit sic. Hinc in exodo in sacerdotis ve
ste iuxta diuã vocẽ tintinabl'is mala punica
cõiũgunt̃. Quid em̃ p̱ mala pũica nisi fidei
vnitas designat̃? Nam sicut in malo puni-
co vno exterius cortice multa interius g̃na
vniunt̃: sic et enumeros sancte eccl'ie pp̱l'os
vnitas fidei cõtegit: quos intus diuersitas
meritoruz tenet. hec ille. Quarta domicella
et stella est domina vnitas de qua cyp̃anus
papa vt habetur. xxiiij. q. i. c. loquit̃. dicit sic.
Loquitur dominus ad petrum ego dico ti
bi quia tu es petrus ⁊ super hanc petraz edi
ficabo eccl'iam meam. Super vnuz edificat
ecclesiam. Et q̃uis apostolis omnibus post
resurrectionem suam parem potestatem tri
buat: ⁊ dicat. Sicut me misit pat̃ et ego mit
to vos accipite sp̃m sanctum: tamen vt vni-
tatem manifestaret: vnitatis eiusdem ori-
ginem ab vno incipientẽ sua actoritate dis-
posuit. hoc erant vtiq; ceteri apostoli quod
petrus fuit pari consortio prediti ⁊ honoris
et potestatis: sed ab vnitate exordium profi-
ciscitur vt ecclesia christi vna mõstret̃. Quã
vnam ecclesiaz in cantico quoq; canticorũ

spūs sanctus ex psōa xpi dñi designat dicēs
Una est columba mea pfecta mea. vna est
mrīs sue electa genitricis sue. Hanc ecclesie
vnitatem etiam beatus apostolus docet et
sacramentū vnitatis ostendit dicēs. Unuz
corpus ⁊ vnꝰ spūs: vna spes vocatōis vestre
vnus dominus: vna fides: vnuz baptisma:
vnus deus. Ecclesia vna est que in multitu-
tudine latius incremēto fecūditatis extēdit
Quo modo multi radij sunt: sed vnū lumen
et rami arboris multi sunt: sed robur vnum
radice tenaci fundatū. Et quomodo de fon-
te vno riui plurimi defluūt: ⁊ numerositas lz
diffusa videat exūdātis copie largitate. vni
tas tamen seruat in origine. Auelle radiuz
solis a corpore: diuisionē vnitas nō capit. ab
arbore frange ramum: fructus germīare nō
poterit. a fonte precide riuum: pcisus arescit
Sic ecclesia domini perfusa luce per totum
orbem radios suos porrigit. vnum tamē est
quod vbiq̄ diffunditur: nec vnitas corpis
separatur ramos suos per vniuersum orbez
copia vberitatis extēdit. per fluentes largit
riuos latius pandit: tamen vnum caput est
⁊ vna origo. ⁊ vna mater copiose fecūditatꝫ.
Adulterari nō pōt sponsa christi: īcorrupta
ē et pudica: vnā domū nouit: vnius cubicli
sanctitatem casto pudore custodit: h ibi vt
patet. Quīta domicella ⁊ stella est dña ve
ritas de qua dicit Gregorius in moralibus
vt habet. xxiiij. questione pma. c. qr. dicens
sic. Quia ex sola ecclia catholica veritas cō-
spicitur apud se esse locum dominus perhi-
bet de quo videat. In petra moyses ponit
vt dei faciē contemplet: quia nisi quis fidei
soliditatē tenuerit diuinā pñtiam nō agno-
scit. de qua soliditate dñs dicit. Sup hanc
petram edificabo eccliam meam: hec ille. Et
Augustinꝰ in paruo libello de simbolo dicit
sic. Sanctā quoq̄ eccliam matrez nostram
tanq̄ supnam hierlm sanctā ciuitatem dei
honorate, diligite. predicate, ipsaq̄ in hac fi
de quam audistis fructificat: ⁊ crescit in vni-
uerso mundo: ecclesia dei viui columna et
firmamentū veritatis: hec ille. Sexta domi
cella ⁊ stella est dña sapia. de qua dicit Ana
cletus: vt habet distinctione. lxxxiiij. c. porro
sic. Porro moysi precipit vt eligat presbyte
ros. i. seniores. Unde in puerbijs dicit. Glo
ria senum est canicies. Hec vero canicies de
signat sapiam de qua scriptuz est. Canicies
hominū prudētia est. Eunq̄ nōgentis et eo
amplius annis ab adam vsq̄ ad abraham
vixisse homīes legimus: nullus alius pmus
appellatꝰ est presbyter. id est senior nisi abra
ham. Qui multo paucioribus vixisse annis
conuincitur: hec ibi. Et Augustinus libro de
ciuitate dei. vt habetur. xxvi questione scda
c. qui sine dicit sic. Qui sine saluatore salutē
vult habere ⁊ sine vera sapientia estimat se
prudentem fieri posse: non sanus sed eger:
non prudens sed stultus in egritudine assi-
dua laborabit: ⁊ in cecitate noxia stultus et
demens permanebit: hec ille. Hec autez sapi-
entia non habetur nisi per intellectum sacre
scripture: ⁊ hoc in ecclesia dei. vt habet disti.
trigesimaseptīa. c. relatum. Septima domi
cella ⁊ stella est domina iustitia de qua Au-
gustinus libro de moribus ecclesie. c. xxxij. di-
cit sic. Merito tu catholica ecclia mater xpi
anorum verissima non solum ipsum cuiꝰ ado
ptio vite breuissima est purissime atq̄ cau-
tissime colendum predicas: non solum dei:
sed ⁊ pximi dilectionem atq̄ charitatez ita
complecteris vt variorum morborum qbus
pro peccatis suis anime egrotant: oīs apud
te medicina ppolleat: pueriliter pueros: forti
ter iuuenes: quiete senes put cuiusq̄ nō cor
poris tm̄ sed ⁊ animi etas ē exerces ⁊ doces
Tu feminas viris suis non ad complendaz
libidinem: sed ad ppagandam prolē ⁊ ad rei
familiaris societatem casta et fideli obedīa
subijcis. Tu viros coniugibus nō ad illudēdū
fragiliorē sexū sinceri vinclis amoris pficis
Tu parētibus filios libera quadā seruitute
diūgis ⁊ pentes filijs pia dilectōne pponis.
Tu fratres fratribꝰ religionis vinculo firmio
ri atq̄ arctiori q̄ sanguinis nectis. Tu oēm
generis ppinq̄tatē ⁊ affinitatꝫ necessitudinē
suatis nature volūtatisq̄ nexibus mutua
charitate ostringis. Tu dñis suos non taz
cōditionis necessitate q̄ officij delectatione
doces adherere. Tu dominos suis summi
dei cōmunis dñi consideratione placabiles
et ad consulendū q̄ ad coercendum ppensi
ores facis. Tu ciues ciuibus: gētes gētibus
et prorsus omnes homines pmorum parē-
tum recordatione non societate tantuz. sed
quadā etiā fraternitate coniungis. Tu doces
reges preeundo proficere populis. Tu mo-
nes populos se subdere regibus. Quibꝰ ho-
nor debeat quibus affectus: quibus reuerē
tia: qbus timor: qbus consolatio: quibus ad
monitio: quibus coertio: quibus desciplina:
quibus obiurgatio: ⁊ quibus supplicium se-
dulo doces: hec ibi. Ecce iustitia. Octaua

domicella ⁊ stella est domina charitas, de
qua dicit Aug. lib. iij. contra donatistas sic.
Hoc intelligi maiores nostri voluerũt quod
apl's ait. Quõ charitas dei diffusa est in cor
dibus nostris p spm̃ sctm̃ q̃ datus est nobis
Ipsa est em̃ charitas quã non habent q̃ ab
ecclesie catholice cõione precisi sunt. Ac per
hoc etiã si linguis hoim ⁊ angelorum loquan
tur: si sciant oĩa sacramenta ⁊ oẽm scientiaz
⁊ oẽm pphetiam: ⁊ oẽm fidem: ita vt mon-
tes transferant: si distribuant omĩa sua pau
peribus: si tradant corpus suum ita vt arde
ant: nihil pdest eis. Non habent autem dei
charitatem qui ecclesie non diligunt vnitatẽ
Ac per hoc recte intelligitur non accipi nisi
in ecclesia catholica spũs sanct⁹. hec ille. Et
vt habetur de consecra. distin. iiij. ca. ecclesie,
idem dicit sic. Ecclesia charitas que per spm̃
sanctũ diffunditur in cordibus eorum qui par-
ticipes sui sunt peccata dimittit: eorum qui
non sunt tenet. hec ille. ¶ Nona domicella ⁊
stella est domina humilitas: de qua dicit Cy
prianus papa. vt habet de consecra. distinc.
iij. ca. dñs sic. Dñs noster iesus christus rex
⁊ iudex ⁊ dñs noster vsq ad passionis diez
seruauit honorez pontificibus: q̃uis illi nec
timorem dei: nec agnitionem xpi seruassent
Nam cuz leprosum mundasset dixit illi. Va
de ⁊ ostende te sacerdotibus ⁊ offer donuz.
Humilitatem nos humilis docuit: sacerdo-
tem adhuc appellans quem sciebat esse sa-
crilegum. Item subditus passioni cum ala-
paz accepisset ⁊ ei diceretur. Sic respondes
pontifici? Nihil ille cõtumeliose locutus est
in personam pontificis: sed sic magis inno-
centiam suam tutus est: dicens. Si male lo
cutus sum exprobra de malo: si autem bene
quid me cedis? Que omĩa ab eo ideo facta
sunt humiliter atq patiẽter: vt nos in eccle
sia dei humilitatis ac patientie haberemus
exẽpluz. hec ibi. ¶ Ecce humilitas. ¶ Decima
domicella ⁊ stella est domina obedientia. de
qua Gregori⁹ in moralibus. vt habet. viij.
q. i. ca. sciendũ. in fine dicit sic. Sola est que
fide ⁊ ecclesie meritum possidet obebientia
sine qua quisq infidelis conuincitur: etiam
si fidelis esse videatur. hec ibi. Et libro. xij.
moral. dicit sic. Obedientia sola virtus est
que menti virtutes ceteras inserit: insertas-
q custodit. Melior est enim obedientia q̃
victime. Obedientia victimis preponitur:
quia per victimas caro aliena: per obedien-
tiam vero ⁊ caro ⁊ voluntas ppria mactat

Exemplũ de saule qui ppter inobedientiã
regno priuatus est. i. Reg. xv. ¶ Undecima
domicella ⁊ stella est domina paupertas.
de qua Hieronimus. vt habet. xij. q. ij. c. glo
ria dicit sic. Nunc vero cum paupertatem do
mus sue: id est ecclesie pauper dñs dedicauit
portemus crucem ⁊ delicias lutuz putemus
hec ibi. Sed vt dicit Hugo libro primo de
claustro anime. caplo. ix. Paupertatis tres
sunt species. Sunt em̃ quidam qui in rebus
tẽporalibus egent sed inuiti: ⁊ hec solet eges-
tas vocari. Egẽt omniũ rebus ⁊ etiam bo-
na voluntate qua nihil ditius esse potest.
Sunt alij qui rebus abundant: sunt tamen
pauperes spũ: ⁊ hec est vera paupertas: q: li
cet affluant diuitie nolunt tamen corda ap-
ponere. Tertia est mediocritas quã phi vo-
cant frugalitatẽ q̃ est paupertas voluntaria
hec ille. ¶ Duodecima domicella ⁊ stella est
dña perseuerantia. de qua dicit Aug. libro
de symbolo tractatu secũdo sic. Admirabile
spectaculũ nr̃m plane mirabile in quo deus
adiuuat. fides vires impetrat: innocẽtia pu-
gnat: sctitas vincit: pseuerãtia pmiũ ɔsequit
tale qd ⁊ ille q̃ vicerit accipiat: ⁊ q̃ donauerit
nihil amittat. Ista spũalia mũera ɔcupiscite
⁊ cũ oĩ securitate spectãda alacrit ad eccl'iaz
ɔuenite. Ab oĩ cupiditate carnali ppositum
cordis reuocate: oẽm sollicitudinẽ vr̃am deo
gubernãdã cõmittite: vt aduersarius reuer-
tatur nihil iueniẽs suũ. hec ille. Ecce quõ in
capite sancte matris eccl'ie resplẽdet corona
stellarũ duodecim. vt dixit iohes vbi. s. ¶ E
¶ Sed dracho. i. diabolus nitit deuorare hãc
dñam suis malignis psecutionib⁹. Uñ ipsa
clamat. vt dicit Aug. sup psal. cxxviij. sic. Se
pe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. Eccl'ia
loquit de ijs quos tolerat. Et si diceret. Nũ
quid modo? Olim est eccl'ia ex quo vocant
scti. Aliqñ in solo abel eccl'ia erat ⁊ expugna
tus est a fratre malo ⁊ pdito Cayn. Aliqñ
in Enoch eccl'ia erat ⁊ translatus est ab ini-
quis. Aliqñ in sola domo noe eccl'ia erat: ⁊
pertulit oẽs q̃ in diluuio perierunt ⁊ sola ar-
cha natauit ⁊ euasit ad siccum. Aliqñ in so-
lo Abraham eccl'ia erat ⁊ quãta ptulerit ab
iniquis nouim⁹. In solo filio fratris sui loth
in domo eius ⁊ in sodomis ecclesia erat: ⁊ p
tulit sodomoruz iniquitates ⁊ peruersitates
quousq euz deus de medio eorum libauerit. ⁊
cepit esse in populo israel ecclesia ⁊ pertulit
pharaonẽ ⁊ egyptios. Cepit eẽ in ipa eccl'ia
id ẽ in pplo israel numer⁹ sctorum: vt moyses

et ceteri sancti ⁊ ꝓtulerunt iniquos iudeos ppl'm israel. Ventū est ad dn̄m nr̄m iesum xp̄m ⁊ ꝓtulerūt iusti iniquos in eccl'ia. ideo dic. Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea hec ille. Ubi notabimꝰ cuȝ abbate ioachim libro de cōcordātia vtriusqȝ testamēti ꝙ ecclesia passa est septeȝ ꝑsecutōēs ḡuissimas in veteri testamēto figurātes septem ꝑsecutiones grauissimas quas debebat pati ī nouo testamēto. Prima ꝑsecutio iudeoꝝ fuit ab egyptijs ⁊ pharaone. Exo. xv. dixit inimicus ꝑsequar ⁊ comp̄hendā diuidam spolia implebit anima mea. Euaginabo gladium meū interficiet eos manus mea. Sic herodes attētauit ꝑdere xp̄m caput fideliū. Naȝ sicut illi filios israel multis doloribus afflixerunt. sic iudei apl'os ⁊ alios in fide genitos flagellādo incarcerando interficiēdo multipliciter ꝑsecuti sunt. Et sicut ibi moyses et aaron eduxerunt filios israel de egypto. sic paulus ⁊ barnabas fidelem ppl'm eduxerūt de synagoga. vnde dixerūt illud Act. xiij. ca. Vobis oportebat p̄mū loqui v̄bum dei: sed qm̄ vos indignos fecistis ⁊ reppulistis illō ecce conuertimur ad gentes. Et sicut ibi pugnauit moyses ꝓ libertate ppl'i isrl': sic paulꝰ vt cessaret seruitus legis. vnde dicit Gal. v. In libertatē vocati estis fratres. Et christus dicit illud Canticoꝝ p̄mo. Filij matris mee pugnauerūt cōtra me. Secūda persecutio iudeoꝝ fuit a cananeis que figurabat persecutionem xp̄ianorū ⁊ p̄ncipes paganorum quoꝝ caput fuit Nero qui apl'oꝝ principes interfecit. sicut em̄ multi reges insurrexerūt contra filios israel: sic contra apl'os ⁊ sctōs martyres insurrexerūt successiue multi Romanoꝝ impatores p̄mo Nero. scd'o Domitianus. tertio Traianus. quarto Antoninꝰ q̄nto Seuerus. sexto Maximianꝰ. septimo Decius. octauo Valerianus. nono aurelianus. decimo Dyoclecianus. vndecimo Maxentius. duodecimo Constantinus quo ad fidem cōuerso cessauit ꝑsecutio. Tertia ꝑsecutio iudeoꝝ fuit a Syrijs que figurabat ꝑsecutionē xp̄ianoꝝ ꝑ hereticos. sicut enim ibi diuisum est regnū israel a regno iuda. sic secta hereticoꝝ diuisa est ab eccl'ia catholica de q̄bus apl's dicit Act. xx. Scio ꝙ post discessioneȝ meā intrabūt in vos lupi rapaces: nō parcētes gregi. Et ex vobisipsis exurgēt viri loquētes ꝑuersa vt abducāt discipulos post se. Huius caput fuit ↄstātius arrianus qui cū successoribus ꝑfidie sue vsqȝ ad tēpa saracenoꝝ afflixit eccl'iam ⁊ multe hereses insurrexerunt etiaȝ circa sacr'm corporis christi. ¶ Quarta ꝑsecutio iudeorū fuit ꝑ assyrios que figurabat ꝑsecutionē xp̄ianoꝝ ꝑ saracenos. Sicut em̄ ibi fuerūt filij ꝓphetarū solitariam vitam ducētes ita h' heremite ⁊ v̄gines. Et sicut reges assyriorum regnū samarie destruxerūt decem tribubus in captiuitatem translatis. ita illa gens impijssima plurimas grecoꝝ eccl'ias deuastauit. Et ex eo tēpore greci a romana eccl'ia sunt diuisi lȝ non desint in eis reliquie querētes deum in toto corde sicut ⁊ de reliquijs israel helie a dn̄o dictum est. iij. Reg. xix. Derelinquā mihi in israel septem milia viroꝝ quoꝝ genua nō sūt incuruata ante Baal ⁊c. Huius caput fuit cosdroe rex ꝑsaruȝ cuius regnū post paucos annos datū est in manu saracenoꝝ quoruȝ secta tunc in partibus arabie condebat: vt patet ex chronicis. ¶ Quīta ꝑsecutio iudeorum fuit ꝑ caldeos que figurabat ꝑsecutōeȝ xp̄ianoꝝ ꝑ reprobos qui nō cessant vitijs ⁊ corruptionibus impugnare electos tāꝙ noua babylon cōtra sp̄ūalem hierl'm insurgēs vt cogatur ecclesia dicere. Ecce ī pace amaritudo mea amarissima. Sicut em̄ ibi caldei grauius ceteris afflixerūt iudeos. ita vt paucos relinquerēt in iudea quos nō trāsferrēt in babylonem: sic pauci euaserūt xp̄ianoruȝ et nūc euadūt qui nō ducantur in confusiōe vitioꝝ. vt satis pȝ. Sexta ꝑsecutio iudeoꝝ fuit sub rege illo suꝑbissimo Nabuchodonosor qui sibi nomen diuinū arrogare presumpsit: vt habet in li. Judith. que figurabat persecutionem xp̄ianorum per reprobos cōspirantes contra eccl'iam electorum ita vt tam iudei ꝙ gentiles saraceni heretici ac suꝑbi xp̄iani insurgāt contra electos vt ventilent eos cornibus suis donec si fieri possit deleantur de terra ⁊ hoc erit sub sexto rege: de quo d'r. Apoc. xvij. c. Reges septem sunt quinqȝ ceciderunt. vnus est. s. sextus iste ⁊ alius nōdum venit. s. septimus qui erit antichristus de isto sexto rege d'r. Dan. vij. Alius surget post eos ⁊ ip̄e potētior erit prioribus ⁊c. Et respiciet dn̄s de loco sancto suo et armabit electos suos in pugnā et superabūt eos gladio oris sui. Et sicut vetus babylon ꝑcussa fuit a dario rege medoꝝ. ita huius tempore ꝑcutienda est noua babylon ab eodē rege ⁊ cōplicibus suis. de q̄bus d'r Apocal. xvij. Hij odient fornicariā ⁊ desolatam facient illam et nudā ⁊ carnes eius manducabūt ⁊ ipsam

igni cremabunt rc̄ Et sic patet Septima
ꝑsecutio iudeoꝝ fuit sub aman. de q̊ legiꝰ in
libro Hester. Nam Aman fuit natione ma
cedo: que figurabat ꝑsecutionē xp̄ianoꝝ fu-
turam sub antixp̄o vt habeꝰ Apo. xiij. Et in
Daniele vt dictum est in ſmone de antixp̄o.
Uidens aūt hec mulier. i. sancta matꝰ eccl̄ia
tot impugnationes cōcitatas per drachonē
id est dyabolū ⁊ maxime q̇ntam in qua nūc
sumus fugit in solitudinē. i. ad religionē frm̄
p̄dicatoꝝ iuxta illud Osee. ij. Ducam eaƺ in
solitudinē ⁊ loquar ad coꝛ eius. Uolauit au
tem duabꝰ alis. s. vita actiua tanꝙ vna ala:
et vita cōtemplatiua tanꝙ scd̄a ala. Naƺ in
religione fratrū p̄dicatoꝝ habeꝰ vita cōtem
platiua ꝑ studium: ⁊ vita actiua ꝑ p̄dicatōis
exercitiū. D ¶ Dubitaꝰ vtrum religio fra
truƺ p̄dicatoꝝ cōueniēter fuerit instituta ad
studendū. Rn̄deo ſm sanctū tho. ij. ij. q̄one
lxxxviij. arti. v. in rn̄ sic. Competit studiū lit-
terarum religioni tripl̄r. Primo q̇dē ꝙtum
ad id quod est ꝓprium contemplatiue vite.
Ad quā studiuƺ l̄rarū dupl̄r adiuuat. Uno
modo directe coadiuuādo ad cōtemplanduƺ
scƺ illuminādo intellectū. Uita em̄ contem-
platiua de qua hic nūc loq̇mur p̄ncipaliter
ordinaꝰ ad considerationē diuinoꝝ in qua
dirigiꝰ homo ad considerandū diuina. Un̄
in laude viri iusti d̄r in p̄s ꝙ in lege domini
meditaꝰ die ac nocte. ⁊ Ecc̄i. xxxix. d̄r. Sapi
entiam antiquoꝝ exquiret sapiēs: ⁊ i ꝓphe
tis vacabit. Alio modo studium adiuuat cō
templatiuā vitam indirecte remouēdo con-
templationis ꝑicula. s. errores q̇ in contem-
platione diuinoꝝ frequēter accedūt his qui
scripturas ignorant: sicut in collationibꝰ pa
truƺ legiꝰ ꝙ abbas Serapion ꝓpter simpli
citatē incidit in errorē Antropomorphitarū
id est eorum qui deum hūanā habere formā
arbitranꝰ. Unde dicit Greg. in. vi moral. ꝙ
nōnulli dum plus exquirūt contēplando ꝙ̄
capiunt vsq; ad ꝑuersa dogmata erumpūt:
et dum veritatis esse discipuli humiliꝰ negli-
gunt magistri erroꝝ fiunt ꝓpter hoc dicitur
Eccl̄es. ij. Cogitaui in corde meo abstrahe-
re a vino carnem meā: vt animū meū trans
ferrem ad sapiam. deuitaremq; stultitiam.
Scd̄o necessariū est studiū l̄raruƺ religioni
institute ad predicandū ⁊ ad alia hm̄oi exer
cenduƺ. Unde apl̄s dicit Titū p̄mo de ep̄o
ad cuius officiū hm̄oi actus ꝑtinet. Ample
ctentē eum qui ſm doctrinā est fidelē ſmo-
neƺ vt potens sit exhortari in doctrina sana

et eos qui contradicūt arguere. Nec obstat
ꝙ apl̄i absq; studio l̄rarū ad p̄dicanduƺ sūt
missi: quia vt Hieronymus dicit in epl̄a ad
paulinū. Quicquid alijs exercitatio ⁊ q̇tidi-
ana in lege meditatio tribuē solet: illis sp̄us
sanctus suggerebat. Tertio studiū litterarū
religioni confert. Ualet em̄ ad vitandum
carnis lasciuiā. Unde Hiero. dicit ad rusti-
cum monachū. Ama scripturarū studia: et
carnis vitia nō amabis. Auertit em̄ animū
a cogitatione lasciuie: ⁊ carnem macerat ꝓ-
pter studij laborem ſm illud Ecc̄i. xxxi. Ui-
gilia honestatis tabefaciet carnes. Ualet ēt
ad auferendū cupiditatē diuitiarum. Unde
sapiē. vij. d̄r. Diuitias nihil esse dixi in cōpa
tione illius. Et p̄mo Mach. xij. d̄r. Nos aūt
nullo horum indiguimus. i. exterioꝝ subsidi
orum habentes solatio sanctos libros qui
in manibus nostris sūt. Ualent etiaƺ ad do
cumentū. Unde Aug. dicit libro de operibus
monachoꝝ. Que est ista ꝑuersitas lectioni
nolle obtemperare dum vult ei vacare. ⁊ iō
manifestū est ꝙ ista religio cōueniēter ē in-
stituta ad studēdū: hec Tho. vbi supra. ecce
q̊ ad vitam cōtemplatiuā. Quo ad vitā acti
uam dubitaꝰ vtrum religio fratrū p̄dicatoꝝ
cōuenienter fuerit instituta ad p̄dicandum
et ꝯfessiones audiendū. Rn̄deo ſm sanctū
Thomā. ij. ij. q. clxxxviij. art. iiij. in rn̄sione ꝙ
sic ꝓpter tres rōnes: quia hm̄oi opa vite acti
ue ordinanꝰ ad vtilitatē ꝓximoꝝ ⁊ ad obse-
quium dei ⁊ ꝯseruationē diuini cultus. Ma
gis em̄ ꝓcuraꝰ vtilitas ꝓximoꝝ ꝑ ea que per
tinent ad sp̄ualem anime salutē: ꝙ̄ ꝑ ea que
ꝑtinent ad subueniēdū corꝑali necessitati ꝙ̄
to sp̄ualia corꝑalibus sunt potiora vnde ele
mosine sp̄uales sunt corporalibus potiores.
Hoc etiam magis pertinet ab obsequiū dei
cui nullū sacrificiū est magis acceptū ꝙ̄ ze-
lus animarū vt Greg. dicit sup Ezechielem
Maius etiā est sp̄ualibus armis ꝯtra erro-
res hereticoꝝ ⁊ temptationes demonū fide-
les defendere ꝙ̄ corꝑalibus armis populuƺ
fideleƺ tueri. Et ideo ꝯuenientissimū fuit ad
p̄dicandum: ⁊ ad alia que ꝑtinēt ad salutē
animarū hanc religionē institui: h̄ thomas
vbi supra. Ecce quo ad vitaƺ actiuā quibus
alis volauit sancta mater ecclesia ad hāc re
ligioneƺ fratrum p̄dicatorum in qua tuetur
et defenditur contra insidias ⁊ persecutio-
nes inimici ne filius eius scƺ populus xp̄ia-
nus occidatur eius temptationibus et ma-
chinatōnibus. C Que aūt sit ista magna

aquila de qua loquit̃ iohãnes. Dico ꝙ ē sanctus thomas de quo hodie solēnitatē facit̃. Nam ex ista magna ꝑsecutōne ecclia ꝑdiderat in mũdo coronam duodeciꝫ stellarũ quā in religione recuꝑauit maxime ex operibus huius aquile sicut Ezechiel preuidit in spũ xvij. c. dicens sic. Aq̃la grandis magnarum alarum: longo mēbroꝝ ductu: plena plumis et varietate venit ad libanũ ꝛ tulit medullā cedri: summitatē frondiũ eius euulsit: ꝛ trāsportauit eam in terrā chanaan: in vrbē negociatorum: ꝛ posuit illam in terra ꝓsemine: vt firmaret radicem super aquas multas in superficie posuit illud. Cũqꝫ germinasset creuit in vineam latiorē: humili statura respicientibus ramis eius ad eam: ꝛ radices eius sub illo erant. facta est ꝗ vinea ꝛ fructificauit in palmites et emisit ꝓpagines: hec ille. In hac ꝓphetia describit̃ qualr̃ sanct⁹ thomas recuperauit duodecim stellas corone sancte ecclie. Primo puritatē ex sui conceptione. iō dicit aquila grandis. Nam sicut deus predixit natiuitatē illoꝝ qui magne excellentie et auctoritatis in populo suo esse debeant: puta ysaac sansonis: hieremie: Johãnis baptiste: beate ꝟginis ꝛ xp̃i. Unde tertia parte. q. xxvij. arti. vi. in rñ. dicit sanctus Thomas ꝙ hmōi ꝑuilegia gr̃e que dant̃ aliq̃bus preter legem communē ordinant̃ ad vtilitatē aliorũ ꝫm illud ꝑme Corinth. xij. Unicuiqꝫ dat̃ manifestatio spũs ad vtilitatē. Illos autez quos eligit deus ad aliquid ita ꝑꝑat ꝛ disponit vt ad id ad quod eligunt̃ inueniant̃ ydonei ꝫz illud. ij. Corinth. iij.. Ydoneos nos fecit ministros noui testamēti: hec Thomas. Sed sanctus thomas ad hoc fuit elect⁹ diuinitus vt esset doctor ecclie sue: ideo deus ꝑ suam gr̃am ip̃m ad hoc ydoneũ reddidit ꝫm ꝙ Anachorita ille vir dei dixit ad mr̃em eius. Hic erit magn⁹ in sciā ꝛ in vita vt merito possit dicere illud apl̃i. Cum aũt complacuit ei q̃ me segregauit ex vtero matris mee ꝛ vocauit ꝑ gr̃az suā. ideo credit̃ vere ꝙ fuerit sanctificatus in vtero. Sciendũ ꝙ pater sancti thome dictus ē dñs landulphus nobilis comes de aquino. Mater ꝟo eius dctā est dñā theodora de nobili ꝓgenie orta q̃ cũ esset in castro roccheſicce: quod castrum est in confinijs regni cāpanie cũ ip̃a ignoraret se fore grauidā q̃dā vir scũs q̃ diu duxerat vitam heremiticaz cum pluribus alijs in vno monte iuxta castrũ ꝑdictum q̃ vocabat̃ frat̃ Bon⁹ famosus in sanctitate ꝛ vita illũiat⁹ a spũ scō venit ad ꝑdictā dñam dicēs. Gaude dña q2 paries filiũ quē vocabis thomaz. Tu ꝛ vir tu⁹ cogitabitꝭ eũ facere monachũ in monasterio mōtꝭ cassini in q̊ corpus scti bñdicti requiescit habentes spem ꝑcipiēdi magnos redditus a monasterio ꝑ ip̃m: ſꝫ deus aliter ordinauit quia erit frater ordinis fr̃m ꝑdicatoꝝ in quo ordine erit tante excellētie in sciā et in vita: ꝙ in mũdo sibi filis suo tp̃e nō īuenict̃. Cui rñdit dña. Nō suz digna parere talem filium. sed fiat voluntas domini. Que oīa sicut sāctus ille ꝑdixerat sunt completa ꝛc. Scd̃o recuꝑauit ꝟginitatē ex sui admirabili cōfirmatiōe. ideo dicit. Magnarũ alarũ. s. ꝟginitatis sue. Nam vt dicit sanctus Thomas. iij. parte. q. xxvij. arti. v. Ad tertiũ dicendũ in rebus naturalibus est triplex perfectio. Primo q̃dem est perfectio dispōnis. puta cũ materia est ꝑfecte ad formā disposita. Secũdo aũt ē ꝑfectio forme q̃ est potior. Na ip̃e calor ꝑfectior est q̃ ꝑuenit ex forma ignis ꝙ ille q̃ ad formaz ignis disponebat. Tertio aũt est ꝑfectio finis sicut ignis habꝫ ꝑfectissime suas qualitates cũ ad locũ suuz ꝑuenerit: hec ille. Sic in btō thoma fuit triplex ꝑfectio gr̃e. Prima q̃dez dispositiua ꝑ quā reddebat̃ ydoneus ad hoc ꝙ eēt verus doctor ecclie: ꝛ h̃ fuit ꝑfectio sanctificatōis. Scd̃a autez ꝑfectio gr̃e fuit in eo qñ angeli stringētes renes eius cinxerũt eum cingulo castitatis. Tertia aũt ꝑfectio est finis quez hꝫ in gl'ia. Quo ad scd̃am perfectionē sciendum ꝙ btũs thomas cũ esset ingressus ordinem fratrũ ꝑdicatoꝝ inuitis parentibus eius subito a fratribus suis carnalibus rapitur ꝛ turris custodie mancipat̃: vt sic possēt animũ eius ab ordis ꝓposito reuocare. Naz ad ip̃m solũ exñtem in camera in q̃ dormiebat ꝛ in qua tenebat̃ sub custodia miserũt vnā puellā pulcherrimā ornatā habitu meretricis que aspectu ꝛ tactu ꝛ alijs modis q̃bus posset ip̃m alliceret ad peccādũ. Que cũ intrasset cepit aspicere ꝛ tangere ꝛ ad peccandũ inducere. Sanctus aũt iuuenis q̃ corpus suũ semꝑ immaculatũ conſuauerat: et semꝑ sub freno rōnis tenuerat cum sentiret carnē suam ad libidinē inflāmari de tali inflammatione cepit dolere ꝛ statim currens ad caminũ vbi fiebat ignis cepit vnũ titionem ꝛ ꝑcutiens illam meretricē cũ titione expulit eā de camera. Et statiz inflāmat⁹ feruore diuino accessit ad angulũ camere ꝛ cũ illo titione faciens signum crucis in pariete

posuit se in orōne ⁊ ad terrā ꝓstratus cū la
chrymis orauit ⁊ petiuit a deo cingulū ꝑpe
tue ꝟginitatis. Cūqꝫ sic orassꝫ subito dormi
uit quo dormiēte ecce duo angeli affuerunt
qui ipm̄ a deo dixerūt clemētius exauditū
et hoc dicto acceperūt vnū cingulū qđ secū
deportauerūt ⁊ stringentes ipm̄ circa renes
dixerūt. Ex parte dei te cingimus cingulo ca
stitatis quod nullatenus de cetero dissolue
tur. Et cū ipm̄ sic stringerēt sensit dolorem
magnū vnde cepit fortiꝰ clamare ⁊ clamās
excitatus est. Ad cuius clamorē omnes q̄
erant in domo fuerūt exterriti ⁊ currentes
ad camerā eius interrogauerūt quare sic cla-
masset. At ille noluit reuelare illis. sed ſua-
uit vsqꝫ ꝓpe mortē secretū. ⁊ ex tūc nūꝙ̄ sen
sit veneree voluptatꝭ stimulū q̄ ꝟginitas in
eo fuit cōfirmata ꝑ grām. Unde pōt dicere
illud. ij. Corinth. xij. Datus est mihi stimu
lus carnis mee angelus sathane qui me co
laphizet. ꝓpter quod dn̄m rogaui vt discede
ret a me. et dixit mihi. Sufficit tibi grā mea
hec ibi. Tertio recuꝑauit fidem ex spiritali
cognitōe: ideo dicit lōgo mēbrorꝫ ductu. nā
ꝙ Jo̅hes baptā ī vtero exultauit fuit potētia
spiritalis grē. i. spūssancti. vnde sanctus tho
mas tertia parte. q. xxvij. arti. vi. in rn̄. dicit
sic. Ideo sicut solēt miracula fieri facta ē di
uinitus in infante exultatio in vtero matris
nō humanitus ab infante: ꝙ̄ꝙ etiam vsqꝫ
adeo eēt in illo puero acceleratus vsus ra-
tionis ⁊ volūtatis vt intra viscera mr̄na iam
posset agnoscere: credere: ꝯsentire: ad quod ī
alijs ꝑuulis etas expectaꝰ vt possit etiam hō
in miraculis habendū puto diuine potētie:
hec ille. Sic btūs Thomas adhuc infans
motus spiritali grā spūssancti saluationem
generis hūani factā ꝑ iesum xp̄m cognouit
Sciendū ꝙ cū puer nobilis Thomas esset
natus ⁊ nutrici traditus q̄ in eodē palatio
cū mr̄e morabaꝰ: accidit ꝙ mr̄ eius iret nea
polim ad balnea: que cū iuissꝫ ⁊ secū nutricē
cū filio duxisset nutrix posuit infantē ad sedē
dum in loco balnei. Cū sic q̄etus sederet iux̄
se inuenit chartulā diuinitus missam quam
infans manu accipiēs strictā tenebat ne q̄s
e manibus eius auferret. Nutrix volēs eum
exuere vt ipm̄ balnearet cepit manū volens
auferre chartulā a manu eiꝰ. Puer sanctus
tenēs manū clausam cepit eiulare. Cui nu-
trix cōpatiēs sic cū māu clausa ipꝫ spoliauit
balneauit: reinduit: ⁊ ad domū cū matre re-
portauit manū clausam tenētē. Mater vero
manū eius clausam apuit ⁊ lꝫ plāgeret acce
pit cartulā ⁊ inuenit salutationē ꝟginis ma
rie scriptā. Qua ꝑlecta reddidit īfanti char
tulā quā genuflexus cū magno gaudio ac
cepit ⁊ illā manibus explicās sic eā legit ac
si diuti' studuisset. O felix puer q̄ ꝑ̄ma ꝟba
tue infantie initiū sumūt a salutatōe ꝟginis
glōse. hāc cōplicatā ad os posuit. Et istō fi-
gurabat quō illa manu scribere debebat glo
riose multa ad nostrā salutem ꝑtinētia ⁊ ex
tūc deduxit in ꝯsuetudinē ꝙ cū fleret ex aliq̄
causa nō cessabat a fletu donec aliqua char
tula scripta sibi dareꝰ quā accipiens statim
in ore ponebat ⁊ totus letus fiebat. Et hoc
figurabat quō sacrā scripturā debebat dilige
re: ⁊ quō de ipa aīam suā replere debebat: et
quō in sacra doctrīa dulcedinē debebat sen
tire: Unde sicut angelus dedit librum Eze-
chie. vt comederet: ⁊ dedit btō iohāni euan
geliste vt deuoraret: sic spūssanctꝰ dedit hāc
chartulā sancto thome vt ea que sunt fidei ⁊
salutis nostre plene ītelligeret. vnde pōt di-
cere illud. ps. Os meū aperui ⁊ attraxi spm̄
Ecce cōcupiui mādata tua. Quarto recuꝑa
uit vnitatē ex fraternali religione. ideo dicit
Plena plumis ⁊ varietate. Nam religio est
suaue iugum xp̄i: quia vt Gregorius dicit li
bro tertio moraliū. Quid graue mentis no
stre ceruicibus imponit: qui vitare omē desi
derium quod ꝑturbat precipit. qui decliare
omīa laboriosa mūdi huius itinera monet.
hec ille. Quia vt dicit sanctus thomas. ij. ij.
q. clxxvi. arti. ꝑmo. ad scđm dicendū. Religio
nis status ꝑncipalr̄ est institutꝰ ad ꝑfectōem
adipiscendā ꝑ quedā exercitia q̄bus tolluntꝰ
impedimēta ꝑfecte charitatꝭ. Sublatis autē
īpedimētis imꝑfecte charitatꝭ multo magis
exciduntꝰ occasiones pc̄ti. ꝑ qđ totaliter tol-
litꝰ charitas. vn̄ cū ad penitentē ꝑtineat cau
sas pc̄torū excidere: ex ꝯn̄ti status religiōis
est ꝯuenientissimus pn̄ie locus. Un̄ ī decre.
xxxiij. q. ij. c. Amonere: ꝯsulitꝰ cuidā q̄ vxorē
occiderat vt potius monasteriū ingrediaꝰ.
qđ dicit esse melius ⁊ leuius ꝙ̄ pn̄iam publi
cam agat remanēdo in seculo: hec ille. Etiā
pueri sunt ad religionē inducendi: qm̄ dn̄s
Mat. xix. dicit. Sinite ꝑuulos ⁊ nolite ꝓhi-
bere eos venire ad me. Quod exponēs ori-
genes sup Mat. dic̄. ꝙ discipuli iesu ꝑusꝙ̄
discāt rōem iustitie rep̄hēdūt eos q̄ pueros ⁊
infantes offerūt xp̄o. Dn̄s aūt exhortaꝰ di-
scipulos ꝯdescendere vtilitatibus puerorꝫ.
hoc ergo attendere debemꝰ ne estimatione

sapīe excellētioris cōtēnamus quasi magni
pusillos eccl'ie ꝓhibentes pueros venire ad
iesum: hec ille. Et sanctus Thomas. ij. ij. q.
vltima. arti. v. in r̄n̄sione dicit sic. Licet ante
annos pubertatis ꝓfiteri nō possint: possunt
tamen in religione recipi cum volūtate parē
tum: vt nutriant̄ ibidem sicut de iohāne ba
ptista legit̄. Luce. i. ꝙ puer crescebat ⁊ cōfor
tabatur spū et erat in desertis. Unde sicut
Greg. dicit libro scd̄o dyalogoꝝ beato bene
dicto romani nobiles suos filios oīpotenti
domino nutriēdos dare ceperūt. Qd̄ est val
de expediens ſm illud Trenoꝝ tertio. Bo
nuꝫ est viro cū portauerit iugum domini ab
adolescētia sua: hec thomas. Nam illi qui re
ligionem ingrediunt̄ nō confidunt sua ṽtu
te posse subsistere sed auxilio ṽtutis diuine
ſm illud Esa. xl. Qui sperant in domino mu
tabunt fortitudineꝫ assumēt pēnas sicut aq̄
le: current ⁊ nō laborabūt: ambulabūt ⁊ nō
deficient ⁊c. Sicut ergo Johānes baptista
q̄nto anno sue etatis fugit in deſtum. sic san
ctus Thomas q̄nto anno etatis sue missus
est ad monasteriū sancti benedicti in mōte
cassino vt ibi in moribus nutriret̄ ⁊ ī sacris
litteris erudiret̄. Sic em̄ erat mos nobiliuꝫ
tūc tēpis ad quod cū deuenisset tria cōmen
dabilia fecit. Primo quia sic puer cepit solli
licite querere a magistro suo quid esset deus
et cepit ostendere quomodo desiderabat co
gnoscere deum. Secūdo quia societatē nobi
lium qui ibi nutriebant̄ fugiebat: ad ecclesiā
confugiebat: ibiqꝫ orabat: demuꝫ lectionem
suam legebat. Tertiū quia maximū silētiuꝫ
obseruabat. Erat em̄ mirabiliter taciturnus
Cuꝫ aūt esset octo annoꝝ mirabiliter ꝓficie
bat sup om̄s coetaneos suos. Itaqꝫ abbas
monasterij suasit dn̄o lādulpho patri sancti
Thome vt mitteret ip̄m neapolim ad studi
um generale. Quod ⁊ fecit in quo studio plu
rimū ꝓfecit sub maḡro martino rectore grā
matice. demū sub maḡro Petro de hibernia
ꝓfecit in logica ⁊ ph̄ia intantū ꝙ melius et
ꝓfundius legebat lectiones ꝙ̄ magister eiꝰ
vnde traxit om̄s in sui admiratione: cuiꝰ fa
ma crescebat maxime per totam ciuitatem:
sed vt dr̄ Esa. xlvi. Consilium meuꝫ stabit ⁊
oīs volūtas mea fiet dicit dominus. Ut ad
īpleret̄ ꝓphetia illiꝰ anachorite quā ṗdixe
rat matri sācti thome, cepit puer nobilis ire
ad audiendū ſmones qui fiebant in eccl'ia
fratrū ṗdicatoꝝ de neapoli vbi frater Johā
nes de sancto iuliano fama ⁊ opinione clarꝰ
tūc tp̄is p̄or erat. frat̄ Thomas aq̄n postea
archieps cusātinꝰ deinde p̄triarcha hierl'imi
tanꝰ. Affectꝰ itaqꝫ ad ordinē frm̄ ṗdicatoꝝ
rogauit dictum priorem vt ip̄m reciperet ad
ordinem quod ⁊ factū est. Nam cū eēt anno
rum quattuordecim ad ordinē receptus est
Mlti aūt nobiles neapolitani admirati sūt
ꝙ tam nobilis iuuenis derelicta domo pa
terna ordinem pauptatis intrassꝫ. Uassalli
ṽo parētū eius auditis his nouis ad m̄reꝫ
sancti thome cum lachrymis venerūt. Nam
pater eius anno precedenti mortuus erat.
Illa aūt cognoscens qm̄ sic de illo ꝓpheratū
erat assumpta nobili comitiua cum gaudio
venit neapolim volens filium videre ⁊ in or
dine confirmare. Cuius aduentū fratres au
dientes timuerūt ne illum extraheret ab or
dine. ideo miserūt ip̄m terancinā. demū ana
niam tandem romā ad couentum sancte sa
bine. Cun qꝫ mater eius venisset neapolim
nō inuenit ip̄m: sed audiens ꝙ iuerat romā
illuc vsqꝫ secuta est eum. Fratres ṽo dubitā
tes ne mater eius caperet ip̄m ab ordine mi
serunt ip̄m Parisius. Mater ṽo ꝓmiserat
fratribus nullo modo reuocare ip̄m a ꝓpo
sito ordinis cui fratres nō crediderūt. Tan
deꝫ īdignata contra ordinē scripsit duobus
filijs suis qui erant cū impatore federico in
castro aque pendētis tuscie regiōis narrās
quid thomas frater eoꝝ egerat ⁊ qualit̄ fra
tres illudebant eam: ⁊ ꝙ oīno inuenirēt ip̄ꝫ
et mitterēt eum ad eam. Qui satisfacientes
mandato matris accepta licentia ab impa
tore posuerūt exploratores vndiqꝫ p vias ⁊
stratas quē inuenerūt cū quattuor fratribꝰ
fatigatum quiescentē iuxta fontem: sicut et
christus. ¶ Quo inuento relictis fratribus
multis iniurijs ⁊ contumelijs affectis aufer
re conabant̄ habitū ordinis ab eo q̄bus pu
er sanctus multa modestia restitit. demū mi
serunt eū matri q̄ erat in castro rocchesicce
Cūqꝫ venissent fratres eius. s. dn̄s lādulphꝰ
et dn̄s raynaldus adinuenerūt modos q̄bꝰ
subuertere possent animū innocētis. Itaqꝫ
miserūt ad eū duas sorores eiꝰ vt reuocarēt
ip̄m a ꝓposito ordis. Ipe aūt docuit eas to
tā sacrā scripturā legit totā bibliaꝫ ⁊ didicit
mēti textū sniarū ⁊ cōpilauit tractatū de fal
lacijs. sicqꝫ exemplis ⁊ monitionibꝰ sororeꝫ
suā maiorē cōuertit ad dn̄m q̄ relicto seculo
monasteriū monialiū sancte marie de capua
sancti benedicti ingressa est: ⁊ tantuꝫ in san
ctitate profecit ꝙ statiꝫ fuit facta abbatissa.

Ipse autē manēs sub hac custodia rogauit
beatam virginē vt impetraret a filio suo tria
pro eo, primo ꝙ confirmaretur in proposito
ordinis. secundo ꝙ perpetuā virginitatem
seruaret. tertio ꝙ eius scientia ad honorem
dei ⁊ salutem anime sue cederet. Apparuit
aūt ei beata virgo certificans eum quoniaꝫ
de oībus exauditus fuerat. Cumqꝫ nec mi
nis nec blandicijs subuerti posset data fuit
licentia fratribus vt ipm̄ visitarent. fuit aūt
sub hac custodia per bienniū: mater eius vi
dens ꝙ necesse erat impleri qđ fuerat ꝓphe
tatum de eo nolens impugnare prouidenti
am dei ꝑmisit vt per fenestrā castri per funē
deponeret̄ ⁊ fratribꝰ predicatoribꝰ reddere-
tur. ⁊ sic factum est ꝙ possit dicere illud. ij.
Cor. xi. Per fenestrā in sportam demissus
sum per murū ⁊ effugi manꝰ eius. Quinto
recuperauit veritatē ex doctrinali eruditiōe
ideo dicit. venit ad libanū. Nam sicut mons
libani est mons altissimꝰ: sic doctrina sancti
thome est altissima: quia stilus breuis: ⁊ gra
ta facundia est in ea. Sunt quidā qui repre
hendūt studētes in artibus liberalibꝰ quos
reprehendit canon. dist. xxxvij. ca. Legimus
§. Sed econtra. legimꝰ ꝙ moyses ⁊ daniel
oīm sciētia egyptioꝝ ⁊ caldeoꝝ eruditi fue-
runt. Legit̄ etiā ꝙ precepit dn̄s filijs israel
vt spoliarent egyptios auro ⁊ argēto. Mo
raliter instruens vt siue aurum sapiētie siue
argentū eloquentie apud poetas inuenimꝰ
in vsum salutifere eruditōnis vertamus. Et
in Leuitico etiā primitias mellis. i. dulcedi-
nem humane eloquentie dn̄o iubemur of-
ferre. Magi quoqꝫ tria munera obtulerunt
dn̄o in quibꝰ nōnulli tres partes phie volūt
intelligi. Deniqꝫ vt in expositione psalterij
Cassiodorus testatur. Oīs splēdor retho
rice eloquentie: oēs modi poetice locutio-
nis: quelibet varietas decore ꝓnunciatiōis
a diuinis scripturis sumpsit exordiū. Hinc
⁊ Ambrosius ait sup eplam ad Col. Ois
ratio superne scientie vel terrene creature in
eo est qui est caput earū ⁊ auctor. vt qui hūc
nouit nihil vltra querat: qꝛ hic est perfecta
virtus ⁊ sapientia: quicqđ alibi queritur hic
perfecte inuenitur. In daniele ⁊ salomone
ostendit infidelibus se auctorem totius elo
quentie ⁊ sapientie: quia infideles nō putāt
quia nō legunt in euangelijs ⁊ in ꝓphetijs
astrologiā ⁊ alia huiusmodi q̄ despecta sunt
qꝛ nihil valent ad salutē ſ; mittunt in errorē
⁊ dū in hijs student curā aīe nō habēt. Qui
vero xp̄m nouit thesaurū sapiētie ⁊ scientie
inuenit: qꝛ id nouit qđ vtile est. hec ibi. Et. c.
Turbat. §. Cur ergo: dicit̄ sic. Sed secula-
res lr̄as q̄ ⁊ legunt ad voluptatē poetarum
figmētis ⁊ verboꝝ ornatu delectati. Quidā
vero ad eruditionē eas addiscūt vt errores
gentiliū legēdo detestent̄: ⁊ vtilia q̄ in eis in
uenerīt ad vsum sacre eruditiōis deuoti cō
uertāt. Tales laudabilit̄ seculares lr̄as ad-
discūt. hec ibi. Sctūs thomas ita seculares
lr̄as didicit vt demōstraret eas eē ancillas
sacre scripture. ſm illud Prouerb. ix. Misit
ancillas suas vt vocarent ad arcē. Sciebat
eīm illā seculariū litterarū scientiā nō esse sci-
entiā pietatꝭ. quia vt dicit Hiero. sup eplam
ad Titū. vt habet̄. xxxvij. dist. c. Si quis ⁊c̄.
Sciētia pietatis est nosse: legere scripturas:
⁊ intelligere ꝓphias: in euangelio credere:
aplos nō ignorare. hec ibi. Sciēdū ꝙ postꝙ̄
fratres predicatores recuperauerūt sanctū
thomā sanctꝰ iohānes theutonicꝰ tunc ma-
gister ordinis accepit eū in filiū suū ⁊ duxit
secum coloniā vt ꝓficeret sub fratre alberto
theutonico in oīm sciētia famosissimo. Et vt
meliꝰ transferret animū suū ad sapientiā ce
pit esse in studio assiduus: in orōne deuotꝰ:
⁊ mirabilit̄ taciturnꝰ. Cūqꝫ alijs nunꝙ̄ loq̄
batur nec conferēdo nec disputando: nec le-
gendo: nec sermones faciendo: ꝓpter qđ ab
oībꝰ vocabat̄ bos mutus. Accidit aūt vt
frater albertꝰ legeret librum de diuinis no-
minibꝰ quē attentiꝰ sanctus thomas audie
bat. Quidā ex studentibꝰ acutior ⁊ melior
inter alios cōpatiens sancto thome credēs
ipꝫ grossum ingenio vocauit eū ad partem
⁊ obtulit se repetiturū sibi lectiōes magistri
Ipse autē tanꝙ̄ hūilis acceptauit ⁊ reddi-
dit gratias ei. Studens autē ille cuꝫ in loco
secreto repeteret defecit. Tunc sanctus tho
mas accepta licentia loquendi ab eo dixit.
Charissime frater magister non dixit sic. Et
cepit repetere lectionē tam clare: tam distin
cte: tam ordinate: ⁊ multa subtilia addere q̄
magister non dixerat ꝙ duxit illum studen
tem in stuporem. Et ex tunc conuenerūt vt
sanctꝰ thomas repeteret illi studenti lectio-
nem hoc promisso vt rem hanc secretam ha
beret. Timens vero studens ille ne fieret re
prehensibilis apud deū si tantam scientiam
occultaret reuelauit magistro studentiū se-
riem facti: qđ experimento ꝓbauit magister
studentiū audiens sanctum thomā legentē
Cūqꝫ id notū fieret magistro alberto valde

gauisus est: et voluit q̄ responderet ad vnā
questionē: super quo sctūs thomas se humi
liter excusauit: sȝ ex obedientia acceptauit et
ad solitū orōnis suffragiū cōfugit. In dispu
tatione autē fecit vnā distinctiōnē pulcherri
mam per quā respōdit ad q̄stionē et ad argu
menta. Tunc magister albert⁹ fecit sibi q̄ttu
or argumenta credens sibi conclusisse. Et il
le tam ꝓfunde et tam subtilit̄ ea euacuauit
q̄ magister miratus dixit. Charissimi nos
vocamus istum bouē mutū sed talem mugi
tum dabit in doctrina q̄ totus mundus cō-
tremiscet. et sic prophetauit de eo vt patet.
Postq̄ autē fuit multis annis sub fratre al
berto visum fuit magistro iohāni verzellēsi
qui tunc erat magister ordinis et de consilio
magistri alberti q̄ sanct⁹ thomas trāsferret
se parisius ad legendū sentētias ꝓ forma et
gradu magisterij. Quo cū venisset tantam
grām infudit de⁹ mēti eius vt in suis lectio-
nibus excederet oīes magrōs parisienses
Unde cepit scribere sup q̄ttuor libros sentē
tiarū tam subtilit̄ et ꝓfunde cōcordās scien
tias humanas cū sciētia diuina et ph̄iam cū
theologia sic q̄ ille nō nisi ppt̄ hanc inuen-
te fuisse videretur. vt possit dicere illud Pro
uerbiorū. viij. Ueritatē meditabitur guttur
meum: et labia mea detestabuntur impium.
Sexto recuperauit sapientiam ex supernali
reuelatione: ideo dicit. Tulit medullam cedri
id est perfecte cognouit humanitatem et di-
uinitatē xp̄i. Nam vt dicit sanct⁹ Thomas
libro. i. contra gentiles. c. ij. Inter oīa hoīꝫ
studia sapientie studiū est perfectius subli-
mius: vtilius: et iocūdius. Perfectius quidē
in q̄tū homo sapientie studio datus: in tan
tum vere beatitudinis iam aliquā partē ha
bet. Unde sapiens dicit Eccli. xiiij. Beatus
vir qui in sapientia morabit̄ etc. Sublimius
aūt est q2 per ip̄m homo precipue ad dei si-
militudinē accedit: qui oīa i sapiētia fecit.
Unde quia similitudo est causa dilectionis
sapiētie studiū precipue deo ꝑ amiciciā con-
iungit. ꝓpter qd̄ Sapie. vij. dicit̄ q̄ sapiētia
infinit⁹ thesaurus est hoībus: quo qui vsi
sunt participes facti sunt amicicie dei. Uti-
lius autē est quia per ip̄am sapientiā ad im
mortalitatis regnum peruenitur. quia vt di-
citur Sapie. vi. Cōcupiscentia sapientie de-
ducet me ad regnū perpetuum. Iocundius
autē est quia non habet amaritudinem con-
uersatio illius nec tediū cōuictus illi⁹ sȝ leti-
ciam et gaudiū. Sapie. viij. hec ibi. Sed san-
ctus thomas maxime cupiebat studium hu
ius sapientie dicēs. Optaui et datus est mi-
hi sensus et inuocaui et venit in me spūs sa
pientie: vt dr̄ in epistola hodierna. Unde
confitetur de seipso libro. i. contra gentiles.
ca. ij. sic. Assumpta ex diuina pietate fiducia
sapientis officium prosequendi: q̄uis pro-
prias vires excedat: propositum nostre in-
tentionis est veritatem quam fides catholi
ca profitetur pro nostro modulo manifesta
re: errores elimando contrarios: vt em̄ ver-
bis hylarij vtar. Ego hoc precipue vite mee
officium debere me ideo cōscius sum: vt eū
omnis sermo meus et sensus loquatur. hec
ibi. Sciendum q̄ quando cancellarius pa-
risiensis audiuisset famam doctrine sancti
thome coegit ipsum ad gradum magisterij
suscipiendū: eo humiliter renuente quasi nō
esset ad hoc sufficiēs. Coactus vero ex obe-
dientia eidem imposita per priorem iuit ad
solitum orationis suffragium. Cui cum la-
chrymis oranti apparuit senex quidā reue-
rende persone in habitū fratrū predicatorū
dicēs. Ne dubites on⁹ magisterij suscipe q2
de⁹ tecū est vt postulasti. Sed pro tuo princi
pio propones illud p̄s. Rigans montes de
superioribus tuis de fructu operum tuorū
satiabitur terra. Quo dicto disparuit et in
celum rediit. die autem sequenti presentat⁹
cancellario factus est magister in theologia
proponens thema sibi a deo reuelatum. Et
conuenientissimum fuit istud thema: quia a
deo illuminatus illuminauit sua doctrina
totam sanctaȝ matrem ecclesiam vt merito
possit dicere illud Gal. i. Qd̄ euangelizatū
est a me nō est ſm hoīem. Neqȝ em̄ ego ab
hoīe accepi illud neqȝ didici: sed per reue
lationē iesu xp̄i. Ecce quomodo recuperauit
sapientiā diuinarū scripturarū. ¶ Septimo
recuperauit iusticiā ex virtuali curatōe: ideo
dicit: et summitatē frondiū eius auulsit. Nā
vt Augu. dicit in lib. de ciuitate dei. Aliter
magi faciunt miracula aliter boni xp̄iani et
aliter mali xp̄iani. Magi per priuatos con-
tractus cū demonibus. boni xp̄iani per pu-
blicam iusticiā. mali xp̄iani per signa publi-
ce iusticie. Ideo nō oīb⁹ sanctis ista mira
cula attribuunt̄ ne perniciosissimo errore de-
cipiant̄ infirmi estimātes in talib⁹ factis eē
maiora bona q̄ in operib⁹ iusticie q̄b⁹ vita
eterna cōparat̄. hec ille. Ut ergo appareat
iusticia. i. sanctitas ecclesie que obscurata
fuerat ex persecutiōe drachonis cōtra eam.

Ecce sanctus Thomas claret miraculis in vi
ta nō solū in morte. Semel cum predicaret
rome in ecclesia sancti petri in die veneris
sancta ⁊ prouocasset populū ad fletum ⁊ in-
duxisset populum vt in die pasche illuc cōue
niret ad cōgaudendū beate virgini de resur
rectione filij sui post predicationem diei pas
che: eo descendente de pulpito mulier quedā
que pluribus annis fluxum sanguinis patie-
batur tetigit fimbriam cappe eius ⁊ statī per
fecte curata est corā illa multitudine. Simili
ter cum socius eius febricitaret grauiter venit
sanctus Thomas ad visitandū eum in qua
visitatione ad tactū eius statim infirmus libe
ratus est ⁊ surrexit sanus: ⁊ sic de multis alijs
vt merito possit dicere illud Act. iij. cap. Fi-
des que per deum est dedit integram sanitatē
istam in cōspectu omniū vestrū ⁊c. ¶ Octauo
recuꝑauit charitatē ex cordiali ꝯpassione: iō
dicit. Et transportauit eā in terram chanaan
in vrbem negociatorum. hec enim transpor
tatio significat compassionē de miseria alte-
rius. Negociatores sunt omēs qui sunt in
hoc mundo iuxta illud Luc. xix. Negociamī
dum venio. vnde Innoc. de vilitate conditio
nis humane dicit sic. Cuius pectus tam ferreū:
cuius cor tam lapideum: vt gemitus nō ex-
primat: lachrymas nō effundat: cum ꝓximi vel
amici morbum vel interitū intuetur: vt pati
enti nō compatiat̄: ⁊ dolenti nō condoleat.
Ipse iesus cum vidisset mariam et iudeos
plorātes infremuit spiritu ⁊ turbauit semet-
ipsum ⁊ lachrymatus est: h̄ ille. Et Greg. li.
xxij. moraliū dicit sic. Tunc plena cordis no
stri compassio est cum mala inopie pro ꝓxi
mo suscipere nō metuimus: vt eum a passione
liberemus. ¶ Plus est enī aliquādo compati
ex corde ꝙ̄ dare. quia quisquis indigenti ꝑ-
fecte compatitur minus estimat omne quod
datur: ⁊ aliquando nō dando plus meretur
ꝙ̄ dando ei qui nō patitur. hec ille. Hec nā-
q̄ cōpassio defecerat in ecclesia qm̄ refrigue
rat charitas in cordibus multorum. Erant
enī homines seipsos amantes. Sāctus Tho
mas hāc recuperauit: q̄r cum cōstabat sibi ꝙ
aliq̄s ex infirmitate peccasset: sic peccata eius
flebat ac si fuissent eius ꝓpria. Difficilis erat
tamen ad credendum ꝙ aliquis peccaret: q̄r
oēs meliores se vel sibi similes in innocētia
reputauit. In cōuersatōe ⁊ collocutōe tā dul
cis ⁊ benignus erat ꝙ omnes afflictos con
solabatur vt merito possit dicere illud Job
xxx. ca. Flebam ego super eo qui afflictus erat

Nono recuperauit humilitatem ex obediē-
tiali subiectione: ideo dicit ⁊ posuit illā ī ter
ra pro semine vt firmaret radicem sup̄ aq̄s
multas: in superficie posuit illud. Nam vt di-
cit sānctus Thomas. ij. ij. q. xviij. ar. i. ad i. dōm
sicut dicit ysidorus libro ethimologiarū. hu
milis dicitur quasi humi accliuis. i. ymis ad
herens. Qd̄ quidē contingit dupliciter. Uno
modo ex principio extrinseco puta cum ali-
quis ab alio deijcitur: ⁊ sic humilitas est pena
Alio modo a principio intrinseco. Et h̄ pōt
fieri qn̄q̄ quidem bene puta cum aliquis cō
siderans suū defectū tenet se in infimis s̄m
suum modū. Sicut Abraham dixit ad dn̄m
Gene. xviij. Loquar ad dn̄m meum cū sim
puluis ⁊ cinis: Et h̄ mō hūilitas ponit̄ virtus
Quandoq̄ autem potest fieri male. puta cū
homo honorem suum nō intelligens cōpa-
rat se iumētis insipiētibus ⁊ fit similis illis
Humilitas autem s̄m ꝙ est virtus in sui ra
tione importat quandā laudabilem deiectio-
nem ad ima. Hoc aliquando fit solum s̄m si
gna exteriora s̄m fictionem. Unde hec ē fal
sa humilitas de qua Agusti. dicit in quadam
epistola ꝙ ē magna supbia q̄r. s. videtur ten
dere ad excellentiā glorie. Quādoq̄ autem
fit s̄m interiorem motum anime s̄m hoc hu
militas ꝓprie ponitur virtus: q̄r virtus nō cō
sistit in exterioribus: sed principaliter in īte-
riori electione mentis: vt patet per ph̄m ī li-
bro ethicorum. hec Thomas. Hec enim humi-
litas est semen illud positū in terra. Firmat
autem radicem super aquas multas. Quia
vt dicit Basilius in suo hexameron Tria sūt
que radicata nutriūt humilitatem. s. assidui-
tas subiectionis: cōsideratio ꝓprie fragilita
tis ⁊ consideratio rei melioris. hec ille. Sed
hanc virtutem humilitatis recuperauit san-
ctus Thomas que ꝑdita erat. Cū enī quā
dā vice transiret per bononiam ⁊ in cōuētu
fratrum aliquot diebus moratus fuisset: con-
tigit vt quadā die deambularet per claustrū
cōtemplatiuus. Et dum sic iret ecce quidā
frater alterius cōuentus: qui eū nō nouerat
accepit licentiā a priore vt cum primo fratre
sibi occurrēte posset ire ad ciuitatē ad quedā
negocia ꝑagenda. Eo aūt ꝑquirēte sociū pri
mus occurrit ei sctūs Tho. Et accedens ad
eū dixit. Bone frater prior mādat ꝙ veniad
mecū. Sanctus Tho. inclinās caput suū secu
tus est eū post quē cū nō posset sic festinānter
ire frequēter arguitus a socio se humilit̄ excu-
sabat. Ciues vero ⁊ scholares q̄ nouerāt ꝑdi

etū doctorē admirati ꝙ tant⁹ doctor seque-
ret fratrē tā vilis ꝯditionis: īcrepauerūt fra
trē illū dicētes. Frater eatis plane. Nescitis
vos cū q̊ vaditis. Rn̄dit frater. Nescio: ꝫ vi
det mihi ꝙ sit frater hospes sicut ego sū. di-
xerūt illi. Iste est frater Thomas de aquino
maior doctor mūdi quō preceditis eum: Et
statī fecerūt scō Thome magnā reuerentiaꝫ
Erat aūt ille pstrat⁹ corā scō Thoma humi
liter ab eo petiuit veniā qm̄ ignoranter fece
rat. Ciues vero petiuerūt a scō Thoma q̄lit
hunc fratrē seq̄bat: Rn̄dit sanct⁹ Thōas.
Ois religio ꝓficit ex obediētiali hūilitate q̊
hō hoī ꝓpter deū se subiicit: sicut de⁹ hoī ꝓpt
hoīem obediuit vt merito possit dicere illud
pme corin ix. Cū esseꝫ liber ex oīb⁹ oīm me
seruū feci: vt plures lucrifacerē. Decimo re
cupauit obedientiā ex internali ꝑparatione
iō dicit. Cūqꝫ germinasset creuit in vineā la
tiorē: hūili structura: respiciētib⁹ ramis eius
ad eā. Hec nāqꝫ vinea latior ē religio fratrū
ꝑdicatorꝫ ad quā missi sūt operarij s. ꝑdicato-
res ꝛ alij fratres deuoti ꝛ sancti. Rami eius
sūt religiosi in ea viuētes sub merito saluta-
ris obediētie ex īternali ꝑparatōe animi ad
ꝑficiēda mādata supiorꝫ. Unde sanct⁹ Tho
mas. ij. ij. que. lxxxviij. arti. viij. in R. dicit sic.
Votū obediētie est precipuuꝫ īter tria vota
religionis. Et hoc triplici rōne. Primo q̊dē
qꝛ ꝑ votū obedientie aliq̊d maius hō offert
deo s. ipsam volūtatē que est potior q̄ꝫ corp⁹
ꝓpriū: qd̊ offert homo ꝑ cōtinentiā: ꝛ q̄ꝫ res
exteriores quas offert hō deo ꝑ votum pau
pertatis. Un̄ illud qd̊ fit ex obediētia ē mag
deo acceptū q̄ est qd̊ fit ꝑ ꝓpriā volūtatem
ꝫm ꝙ Hiero. dicit ad rusticū monachū. Ad
istud orō: vt doceam te nō tuo arbitrio viuē
dū ꝛ post pauca. Nō facias qd̊ vis: comedas
qd̊ iubeℹis: quantū acceperis habeas: vestia
ris qd̊ datur. Unde et ieiuniū reddit minus
acceptū cuꝫ ꝓpria volūtate ꝫm illud Esay.
lviij. Ecce in dieb⁹ ieiunij vestri īuenitur vo
lūtas vestra. Scd̊o qꝛ votū obediētie conti
net sub se alia vota: ꝫ nō cōuertit. Nam reli-
giosus et si teneat ex voto cōtinentiā serua-
re ꝛ pauptatē. tn̄ hec etiā sub obedientia ca
dūt ad quā ꝑtinēt multa alia preter continē
tiā ꝛ pauptatē. Tertio qꝛ votū obediētie ꝓ-
prie se extēdit ad actus ꝓpinquos fini reli-
gionis. Quāto aūt aliq̊d ꝓpinquius est fini
tanto meli⁹ est. Inde eīn est ꝙ votū obediē
tie est religioni essentialius. hec Thomas.
vnde Bernar. super cantica dicit sic. Opti-

mū in morib⁹ dixerī q̊ ēt in nullo ꝓrsus resi
stit ꝑorib⁹: aut subiectis in supbia presit: pre
latis obediēs. socijs ꝯgruēs: subditꝫ vtilit cō
descendēs: deo deuot⁹: mḡro subdit⁹: seniori-
bus obediēs: minorib⁹ obtēperās: singul' pla
cens: verbo vtilis: corde ꝑ hūilis oībus mā-
suetus. hec ille. Sanct⁹ Thomas hāc ꝟtutē
obediētie recupauit q̊ neqꝫ ꝓpt oꝑationis
īstantiā: neqꝫ ꝓpt ocij desideriū: sui ꝑoris ꝑ-
tijt mēdatū. Nā tꝑe q̊ scribebat ꝑsi⁹ op⁹ sū-
me in theologia sctūs ludouic⁹ rex frācie īui
tauit ipm ad prandiū secū q̊ se hūilit excusa
uit ꝓpt op⁹ qd̊ īcepat: rex aūt mādauit ꝑo-
ri ꝑsiēsi ꝙ ipm absqꝫ oī excusatōne secū du
ceret: tūc prior mādauit scō Thome in meri
tū salutaris obediētie vt secū iret ad prādiū
cū rege: q̊ deuote obediēs dimisso studio cū illa
ymaginatōe quā ī cella ꝯcepat: iuit cū ꝑore
ad regē: iuxta quē sedēs in mēsa subito diui-
nit⁹ īspirata sibi quadā ꝟitate fidei mēsā ꝑ-
cussit ꝛ dixit mō ꝯclusū est ꝯ heresiꝫ māichei
Quē prior tetigit ꝛ dixit. Aduertatꝭ mḡr: qꝛ
nūc estis in mensa regis francie ꝛ traxit ip-
sum ꝑ cappā fortiter: vt abstractū a sen sib⁹
excitaret. Quo excitato īclinās se coram re-
ge rogauit eū ꝙ sibi ꝑceret: qꝛ sic abstract⁹
fuerat in mēsa regia. Rex aūt admirat⁹ fuit
valde edificatus: qꝛ cū sanct⁹ Thomas eēt
nobilis ita ꝙ talis iuitatio debuisset esse sibi
ad delectationem: tn̄ eleuatio mētis sue fuit
fortior q̄ꝫ cōsolatio de tali prandio. Un̄ rex
fecit statī vocari scriptorē suū qui redegit in
scriptis qd̊ in illa eleuatōe mētis cōptū hūe
rat diuit⁹: vt merito possit dicē illd̊. Tob. xij.
Videbar quidē vobiscum manducare ꝛ bi-
bere: sed ego cibo ꝛ potu inuisibili vtor ꝛc̄.
Undecimo recupauit pauptatē ex mētali
despectōe: iō dicit. Radices eius sub illa erāt
quia virtutes suas cōseruabat sub voto pau
pertatis eo ꝙ mentaliter despiciebat digni-
tates ꝛ opes temporales. Unde sanct⁹ Tho
mas. ij. ij. q. clxxxvi. ar. iij. ad tertium dōm di
cit sic. Medium virtutis ꝫm philosophuꝫ in
secūdo ethicorꝫ accipitur ꝫm rationē rectam
nō ꝫm quātitatem rei Et ideo quicquid po-
test fieri ꝫm rationem rectam nō est viciosū
ex magnitudine q̄ntitatis: sꝫ magis virtuosū
Esset aūt ꝑter rōnem rectam si quis oīa sua
ꝯsumeret in intemꝑātia vel absqꝫ vtilita-
te. Est aūt ꝫm rōeꝫ rectā ꝙ aliq̊s diuitias abij
ciat vt ꝯtēplatōi vacet. Qd̊ ēt ꝑhi q̊d fecisse
legūt. dicit eī Hie in epl'a ad paulinum. So
crates ille thebanus homo quōd ditissimus

cū ad philizophādū pgeret athenas magnū
auri pōdus abiecit nec putauit se posse simł
diuitias ⁊ virtutes possidere. Vn̄ multo ma
gis ɓm rōnem rectaȝ est vt homo oīa sua re
linquat ad hoc vt xp̄m recte sequat̄. Unde
Hieroñ. dicit in epl̄a ad rusticū monachum
Nuduȝ xp̄m nudus sequere. hec thomas vt
ergo sanctus thomas liberius vacaret cōtē
plationi diuitias ⁊ dignitates mūdanas to
taliter contēnebat: reputans sibi ad gloriaȝ
seq̄ xp̄m pauperē ⁊ humilē magis q̄ȝ hono
re ⁊ diuitijs abundare. Cum em̄ semel redi
ret a sancto Dyonisio ad quem iuerat cā vi
sitādi reliquias sanctoꝝ: ⁊ appropinquaret
parisius dixerunt ei studentes qui erant cū
eo. Magister videte ꝙ pulchra ciuitas: vel
letis esse dominus huius ciuitatis? Qui rn̄
dit. Libentius velleȝ cōmentū ⁊ homelias
beati Johannis crysostomi super Matheū
q̄ȝ ꝙ hec ciuitas esset mea. Naȝ contempla
tionē diuinoꝝ mihi auferret: ⁊ consolationē
animi impediret. Quanto em̄ quis amplius
amore tēporalium premitur: tanto periculo
sius a celestibus disiungitur. Item cum pa
pa clemēs quartus offerret sibi archiepisco
patum neapolitanū cum aditione redditū
monasterij sancti petri ⁊ misisset eidem bul
las super hoc: sanctus thomas renuit ⁊ re
scripsit pape ꝙ deinceps non molestaret eū
super vlla pmotione. Et ꝙ super hoc valde
orabat sanctitatem eius qr liberius vacabat
contemplationi diuinarum scripturarum: vt
merito possit dicere illud. Sapien. vij. Pre
posui illam scȝ sapientiam regnis ⁊ sedibus
⁊ diuitias nihil dixi in comparatione illius
⁊c. Duodecimo recuperauit perseuerantiā
ex diuinali certificatione: ideo dicit facta est
ergo vinea: fructificauit in palmites: ⁊ emi
sit ppagines. Nam vt dicit sanctus Tho. se
cunda secūde. q. cxxxvij. artic. iiij. in rn̄sione.
Perseuerantia dupliciter dicit̄. Uno modo
p ipso habitu perseuerantie ɓm ꝙ est virtus
⁊ hoc modo indiget dono habitualis gratie
sicut cetere ꝟtutes infuse. Alio modo potest
accipi p actu perseuerantie durante vsq̄ȝ ad
mortem. Et ɓm hoc indiget non solum gra
tia habituali: sed etiam gratuito dei auxilio
seruantis hominē in bono vsq̄ȝ ad finem vi
te. Quia cum liberū arbitriū sit de se vertibi
le: ⁊ ei hoc non tollatur per habitualem gra
tiam presentis vite non subest potestati libe
ri arbitrij etiam per gratiā reparati vt se im
mobiliter statuat licet sit in potestate eius ꝙ
hoc eligat. Plerunq̄ȝ enim cadit in potesta
te nostra electio: non autem executio. Hec
Thomas. Et Bernardus in quadaȝ episto
la dicit sic. Absq̄ȝ perseuerantia neq̄ȝ pugna
victoriam: neq̄ȝ victor consequitur palmam
Victrix em̄ est ⁊ meritum: mediatrix ⁊ pre
mium. Soror patientie. filia constantie: ami
ca pacis: amicitiarum nodus: vnitatis vin
culum: sanctitatis propugnaculum: cōplens
⁊ perficiens omne bonum. Tolle perseuerā
tiam: non obsequium mercedem habet: nec
beneficium gratiam: nec fortitudo laudem.
Sola est cui eternitas reconditur: vł potius
per quam eternitati homo ⁊ saluti redditur
dicente domino. Qui perseuerauerit vsq̄ȝ in
finem ⁊c. hec ille. Sanctus vero Thomas
fuit certificatus de perseuerantia sua in bo
num diuino oraculo. Nam cum sanctus tho
mas esset neapoli ⁊ scriberet vltimaȝ partē
theologie: omni nocte ante matutinas ibat
ad eccl̄iam ad oranduȝ: qr camera sua iuxta
ecclesiam sic disposita erat ꝙ introitum ha
bere poterat cum voluisset: ⁊ statim quādo
pulsabatur ad primū signum matutinarum
festinabat ire ad cameram suam ne ab alijs
videretur. Sacrista autem qui dicebatur fra
ter dn̄icus de casorta conuersus ⁊ deo deuo
tus cui deus multa reuelauit: duxerat in con
suetudineȝ surgere ante matutinas ⁊ tandē
percepit q̄d sanctus thomas faciebat: ⁊ pro
posuit obseruare quomodo sanctus doctor
orabat. Nocte quadam duȝ oraret sanctus
thomas post capellam sancti nicholai vidit
ipsum quasi duobus cubitis eleuatum a ter
ra cum lachrymis oranteȝ versus ymaginē
crucifixi. Quo orante crucifixus dixit sancto
thome. Bene scripsisti de me thoma: quam
ergo mercedem pro tuo labore recipies? Et
sanctus thomas respondit. Dn̄e non aliam
mercedem recipiam: nisi teipsum. Tunc au
tem scribebat de christi passione ⁊ resurre
ctione. Sic ergo certificatus fuit de perseue
rantia. Ecce quomodo sanctus thomas re
cuperauit coronaȝ duodecim stellarum san
cte matri ecclesie. vt patet. ¶ Uidens
autem dracho quoniaȝ hec mulier. i. sancta
mater ecclesia recuperauerat coronam duo
decim stellarum per vitam ⁊ sanctitateȝ san
cti thome: produxit ex ore suo aquam. i. fal
sam doctrinam vt deuastaret fidem ⁊ doctri
nam veram sancte matris ecclesie. vnde Au
gustinus libro de vera religione. ca. vi dicit
sic. Neq̄ȝ in cōfusione paganoꝝ: neq̄ȝ in pur

gamentis hereticoruz:neqꝫ in languore scis-
maticorum:neqꝫ in cecitate iudeorum que-
renda est religio:sed apud eos solos q̄ chri-
stiani catholici nominant̄:itegritatis custo-
des ꝛ recta sectātes. Hec em̄ ecclesia catho-
lica per totuz orbem valide lateqꝫ diffusa er
rantibus vtitur ad profectus suos: ꝛ ad eo-
rum correctionem cum euigilare voluerint.
Utitur em̄ gentibus ad materiam operatio
nis sue: hereticis ad probationem doctrine
sue: scismaticis ad documentuz stabilitatis
sue:iudeis ad comparationem pulchritudi-
nis sue. hec ille. Hij omnes nituntur depra-
uare sinceritatez doctrine catholice. Sed ad
iuuit terra mulierem.i.sanctus Thomas de
fendit ecclesiam: ꝛ aperuit terra os suum.i.
sanctus Thomas aperuit intellectum scri-
pturarum. ꝛ absorbuit flumen id est confuta
uit omnez falsam doctrinam vt merito pos
sit dicere illud. Sapiē. vij. Quam sine fictio-
ne didici: sine inuidia cōmunico: ꝛ honesta-
tem illius non abscondo. Sciendum ꝙ iste
fluuius false doctrine habet quattuor riuu-
los: scꝫ paganorum iudeorum: hereticorum
ꝛ scismaticorum: quos sanctus Thomas ab
sorbet veritate sue doctrine: quia istorum er
rores purgat ꝛ eos ad veritatem deducit.
¶In primo riuulo sedent isti phi pagani re-
ficientes doctrinam suā ꝛ q̄zuis falsam erro
neā. Primus est Thales milesius: primus
ex sapientibus grecie: qui voluit aquam esse
principium oīum reruz. Quia omnia viden
tur procreari ex humiditate: ex qua virescūt
arbores nutriuntur aīalia ꝛc̄. Secūdus est
Anaximander huius discipulus qui voluit
ignem esse principium omniū reruz: quia ca
lor naturalis est fundamentū productionis
nutritionis: augmentationis oīum rerū ꝛc̄.
Tertius est Anaximenes huius auditor q̄
voluit aerem esse principium oīum reruz: qꝛ
aer oīa cōtinet. Si em̄ daretur vacuum oīa
corrūperētur. Etiam aīalia viuūt aere pro-
pter respirationem. Quartus est Anaxago
ras qui voluit intellectum quendā separatū
esse principium oīum rerum: qꝛ segregabat
ea que erant confusa ꝛ mixta in quodaz ca-
hos. ꝛ partes similes adiuuabat inuicez ꝛc̄.
Quintus est Archelaus qui voluit terram
esse principium oīm rerū: qꝛ per aerē ꝛ aquā
fecundabat̄ terra ad pducenduz omne ens
naturale. Sine istis em̄ nihil cōseruabat̄ in
esse. Sextus est Empedocles q̄ voluit vltra
quattuor elemēta amicitiā ꝛ litē esse princi-
pia oīum rerū qꝛ elementa erant tanq̄ ma-
teria. Lis ꝛ amicitia erāt tanq̄ efficiens cā.
vt dicit̄. i. metaph. Et qꝛ isti reputabant ista
principia que ponebant esse deos. vt decla-
rat Tullius lib. i. de natura deoꝝ: ideo san-
ctus thomas vt absorberet istā aquā. i. vt tol
leret hanc falsam doctrinam obtulit istis ex
positionē super tota phia Aristotelis ꝛ par
uos tractatus de rebus naturalibꝰ q̄bus re-
duxit eos ad viā veritatis. vn̄ dicūt illud Sa
pien. v. Errauimus a via veritatis ꝛ lumen
iusticie. i. lumen ꝛ claritas tue doctrine: non
luxit nobis. Nunc autē cognoscimus: q̄m ve
nit sol vere. videlicet sanctus Thomas. vt
dicit thema. Post istos sequit̄ Socrates in
cuius schola vt dicit Lactantius docet̄ igno
rantia ꝛ discit̄: q̄ fatebat̄ hoc solū se scire: scꝫ
ꝙ nihil sciret ideo conuersus est ad phiam
moralem per quā videbatur religionē quan
dam inter homīes adducere. Sed istā aquā
absorbuit sanctus thomas offerens librum
cōtra retrahentes a religione in quo docet
que sit vera religio ꝛ que religiosa supstitio
vt satis ptꝫ. Plato autem sequebat̄ istum ꝛ
plures sensit esse deos quos coleremus vt
docet in Thymeo dicens. O dij deoꝝ quoꝝ
opifex paterqꝫ ego ꝛc̄. Sed istā aquā absor-
buit sanctus thomas: offerens librū de pfe-
ctione xp̄iane religionis in quo docet perti-
nentia ad verā religionē vnius dei colendi.
ptꝫ. ¶In hoc riuulo sederūt peripatetici plu
res: scꝫ Aristoteles theofrastus ꝛ demetriꝰ
eius discipulus: q̄ voluerunt mundū hūc nō
habuisse principiū: sed fuisse ab eterno ꝛ ni-
hil pdijsse in esse p creationē: q̄m ex nihilo ni
hil fit. vt dicit̄. i. phicoꝝ. Sed istam aquā ab
sorbuit sanctus thomas offerens librū de po
tentia dei: in quo docet qualiter cuncta pce-
dunt a deo per creationē. Et vt maiorē eui-
dētiā huius rei faceret ex datis a phis pces-
sit ad hoc declarandū quo ad singulas crea-
turas. vt ptꝫ. In eadem schola phoꝝ sede-
runt Themistius ꝛ Aueroys Iohes gram
maticus. Anēpece quibus durum fuit crede
re ea que catholica eccl'ia docuit. vt ptꝫ ex cō
mētatore. i. celi ꝛ mundi. ꝛ. xi. methaph. Sꝫ
istam aquā absorbuit sanctus thomas offe
rens librū q̄ dicit̄ summa theologie faciens
satis credibilia ea que sunt fidei. In eodem
riuulo sederunt Achademici: scꝫ Pseusip-
pus Senocrates polemon Archesilas Car
neadas qui voluerūt ꝙ nihil posset sciri cer-
titudinaliter: sed ad vtranqꝫ partem posset

disputari. vt dicit Tullius libro de Achade-
micis. Sed istam aquaz absorbuit sanctus
Thomas offerens libruz qui dicitur, Quot
libeta in quo de diuersis questionibus vtili-
bus ad vtranqꝫ partem disputans ratiões
certissimas adducit quid tandem tenenduz
sit. Post istos sequūt Epycurei: scꝫ Leucip
pus democritus Aristipus. qui dixerunt ꝙ
deus non curabat de rebus humanis neqꝫ
habebat prouidentiam de his inferioribus.
Sed istam aquam absorbuit sanctus Tho-
mas per expositionem notabilez super Job
ad litteram in qua confutat istum errorem
introducendo Epicureos loquentes. In eo
dem riuulo sedent Stoyci: scꝫ Lucretius pā
necius Seneca Tullius qui voluerūt omīa
prouenire de necessitate nec opertere homi-
nes sollicitari ad aliquid agendum: qꝛ dispo
sitio fati est imobilis. Sed istam aquaz ab-
sorbuit sanctus Thomas offerens librum
qui dicitur prima pars summe: in quo repro
bat hunc errorem in generali ꝛ in particula
ri. Post istos sequit Pycthagoras qui tra
didit quosdam modos vite moralis: sed nō
que tenderent ad eternaz beatitudinem. po
suit enī felicitatem in solis virtutibus: ꝛ non
in deo. Sed istam aquaz absorbuit sanctus
Thomas offerens librum qui dicitur secun-
da secunde: in qua tractat de virtutibus mo
ralibus ꝛ theologicis. ꝛ quomodo deducūt
ad beatitudinem que in solo deo ponit. di-
stinguens status hominuz ꝛ quid vnicuiqꝫ
statui conueniat vt ad illam perueniat ꝛc.
¶ In isto riuulo sederunt Piron: ꝛ Ariston
qui voluerunt omnia esse equalia: nec vnuz
bonum altero maius nec malum aliquod a-
lio deterius. Sed istam aquā absorbuit san
ctus Thomas: offerens librum qui dicitur
prima secunde: in quo docet inequalitatem
virtutuz ꝛ viciorꝫ: quo ad singulas virtutes
ꝛ vicia. Etiā obtulit expositionez sup lib. de
hebdomadibꝫ. Cū istis vltimo sederūt era-
clitus: ꝛ qdā alij q voluerūt ꝙ nemo pcipet
ꝟitatē aut qꝛ obscura esset: aut qꝛ sensus nrī
īpediebantur hanc scire ꝛ cognoscere. Sed
istam aquam absorbuit sctūs thomas. offe
rens librum q dicit qstiones de necessitate
in quo expugnauit istorū errorē. Hij oēs co
gnoscētes errores suos expugnatos p san-
ctum thomam dixerunt illud psalmi. Decla
ratio sermonū tuorꝫ illumīat ꝛ intellectū dat
paruulis. Et dixerūt inter se. Venit sol vere.
scꝫ ad illuminationē gentiū ꝛ g. ple. t. israel,
Ad quos loquens sctūs thomas dixit. Vi-
deo qm̄ inter vos sunt multi dubitantes de
ijs q sparsim ꝛ diuisim scripsi neqꝫ oibus rō
nibus vestris satisfeci: sed hoc vnū vobis of
fero in quo singuli errores vestros perspici
etis dissolutos. ꝛ obtulit eis libruz q vocat
cōtra errores gentiliū pulcherrimis rōnibꝫ
naturalibus ornatū. Sed qꝛ ibi erant genti
les quidā: imo multi ꝛ grossi quos vt reuoca
ret ab erroribus eorꝫ vocauit ad se ꝛ obtulit
eis librū paruulū q vocat cōtra errores infi
delium. At illi reuerenter suscipientes dixe-
rūt illud qd̄ ponit Tullius lib. i. de Achade-
micis ꝛ allegat ab Aug. li. vi. de ciui. dei. ca.
ij. sic. Nos inqt in nostra vrbe pegrinantes
errantesqꝫ tanqꝫ hospites tui libri quasi do
mum reduxerunt: vt possemus aliqn̄ qui ꝛ
vbi essemus cognoscere. Tu etatem patrie
tu descriptiones temporꝫ: tu sacrorꝫ iura: tu
sacerdotiū: tu domesticā: tu publicā discipli-
nā: tu sediū regionū locorꝫ: tu oīm diuinarū
humanarūqꝫ rerū noīa: genera: officia cās a
peruisti. hec ille. ¶ In riuulo secūdo se
dent iudei in xp̄m non credētes: q dicunt ꝙ
messias nondū venit: ꝛ ꝙ religio xp̄ianorꝫ ē
superstitio. Sed istā aquā. i. falsam doctrinā
absorbuit sctūs thomas offerēs eis exposi-
tionez super Esaiam pphām. Nam vt dicit
Aug. lib. xviij. de ciui. dei. c. xxix. Esaias gra-
uiter iniqua arguit ꝛ iusta precepit ꝛ peccā-
ti populo futura mala predicit. de xp̄o etiaz
ꝛ ecclia hoc est de rege ꝛ ea quā condidit ci-
uitate mlto plura qꝫ ceteri pphetauit. vt ita
a qbusdā potius euāgelista qꝫ ppheta dice-
ret. hec ille. Et lib. xx. eiusdez. ca. xxi. ibidē ex
Esaia recapitulat nouū testamētū ex primo
saluatoris aduentu vsqꝫ vltimū iudiciū per
ducēs finiensqꝫ sermonē. hec ibi. Preterea
cuz Aug. quereret a btō Ambro. qd sibi de
libris sanctis legendū esset quo percipiende
xp̄iane gr̄e aptior fieret atqꝫ paratior. At il-
le iussit Esaiam pphetam ꝙ pre ceteris euā-
gelij: vocationisqꝫ gentium sit prenunciator
apertior. Sic etiam sanctus thomas aperit
intellectum iudeis in expositione Esaie vt
intelligant gratiam iesu christi. Que expo-
sitio ꝙ sit vera ꝛ fidelis. Sciendum ꝙ cū de
uenisset ad quendam passum valde diffici-
lē sup quo nō occurrebat expositio litteralis
que ei satisfaceret qd̄ suo ingenio non pote
rat intelligere: contulit se ad solitum orōnis
suffragiū mlto ieiunio affligēs corpꝫ. Cūqꝫ
diutius ieiunasset orauit sāctos apostolos

petrū ⁊ paulꝫ quos in maxima deuotione habebat vt eoꝝ meritis ⁊ intercessione clarus sibi fieret ille passus. Cui quadaꝫ nocte in camera oranti apparuerunt sancti apostoli Petrus ⁊ Paulus: qui tūc ipsum de textu dubio plenissime instruxerunt ⁊c̄. vt merito iudei possint dicere Nunc cognouimus: qm̄ venit sol vere ⁊c̄. Etiaꝫ obtulit eis expositionem super psalterium dauid ⁊c̄. ¶ In tertio riuulo sedent heretici multam aquam id est falsam doctrinam emittentes ⁊ quilibet in suo ordine. Primus est Arrius q̇ confudit trinitatē dicēs ꝙ non erat nisi vna persona que dicebatur pater ratione creationis rerum: eadem dicebatur filius ratione redēptionis: eadem dicebatur spūssanctus ratione sanctificationis. Sanctus Thomas absorbuit istam aquam offerens expositioneꝫ super libro Boetij de trinitate in qua hunc errorem exterminat. Secundus est Sabellius qui condiuisit substantiā dei dicēs: ꝙ sicut erant tres persone in deitate: ita erāt tres essentie ⁊ nature diuine. Sanctus thomas absorbuit istam aquam offerens expositionem super primo libro sententiarum in quo disputat de singulis mysterijs sancte trinitatis aperte lucide ⁊ copiose. Tertius est Manicheus qui voluit duo eē principia rerum vnum bonoꝝ ⁊ hoc est deus: aliud maloruꝫ ⁊ hoc est diabolus. Sanctus thomas absorbuit istam aquam offerens librum qui dicit questiones de malo. vt patet. Quartus est Pelagius qui voluit ꝙ homo ex libero arbitrio sine auxilio gratie celestis posset mereri vitam eternam ex proprijs meritis. Sanctꝰ Thomas absorbuit istam aquam offerens expositionem super secundo libro sententiarū vbi hoc reprobat. Quintus est Appolinaris ⁊ eius complices: qui dixerunt ꝙ xp̄us non assumpsit corpus de virgine: sed aliq̇d diuinitatis in carnem fuisse conuersum. Sāctus thomas absorbuit istam aquaꝫ per tertium librū sentētiarū in quo clare ⁊ fideliter eliminat omnes errores hereticoꝝ circa mysterium incarnationis passionis resurrexionis iesu xp̄i. Sextus est Origenes cum Cypriano quorum primus voluit tam angelos malos: ꝙ̄ damnatos homines in fine mundi saluari. Secundus voluit illos esse rebaptisandos: qui ab heretica prauitate redierint. Sed sanctus Thomas absorbuit hanc aquam offerens eis quartum librum sententiarum. in quo de omnibus ecclesie sacramētis omniū iudicio fidelissime disputat. Unde in hijs libris omnes hereticos mirabiliter confutat vt fateanṫ se cognoscere errorē suum. Juxta illud psal. Errauerunt ab vtero: id est recedētes a fide catholica locuti sūt falsa. Nunc autem ex presentia sancti Thome dicunt. Uenit sol vere ⁊c̄. ¶ In q̇nto riuulo sedēt scismatici: scꝫ greci qui ab obedientia sancte matris ecclesie romane recesserunt dicentes: ꝙ spūssanctus non p̄cedit a patre ⁊ filio. ⁊ ꝙ romanus pontifex non est caput totius orbis: ⁊ multam falsam doctrinam seminauerunt. Sed istam aquam absorbuit sanctus Thomas offerens librū cōtra errores grecoꝝ in quo validissimis rōnibus confutat omnes errores eorum. Ita vt confiteanṫ: qm̄ venit sol vere ⁊c̄. ¶ Sequiṫ autem in fine capituli. xij. Apocal. sic. Et iratus est draco in mulieręꝫ: ⁊ misit facere prelium cum reliquijs de semine eius: qui custodiunt mādata dei ⁊ habent testimoniū iesu. hec ibi. Uidens em̄ dyabolus qm̄ sanctus Thomas absorbuerat oēm aquam. i. falsaꝫ doctrinaꝫ quā miserat ⁊ fuderat contra sanctam matrem ecclesiam: conatus est preliari cum fidelibus christianis qui remanserant in ecclesia dei. quibus subuenit sanctus thomas. Primi sunt prelati ecclesie inter quos primo residet papa Urbanus quartus quibus ad sui defensionem ⁊ salubre regimen contra demonem: obtulit sanctus Thomas librū de articulis fidei ⁊ eccl'ie sacris. vt pꝫ. ⁊ expositionē sup oēs euāgelistas ex dict̄ sctōrū: q̄ vocaṫ cathena aurea. Secūdi sunt reges ⁊ p̄ncipes inter quos p̄mo residet rex cypri: q̇bus ad sui defensionē ⁊ salubre regimē obtulit sctūs thomas librū de rege ⁊ regno adiungēs paruū tractatū ad ducissaꝫ brabātie. Tertij sunt oēs fideles q̇bus ad eruditionē fidei obtulit sctūs thomas expositionē sup p̄mā rubricā decretalis. ⁊ expositionē super epl'as scti pauli. Quarti sunt hoīes virtuosi q̇bus ad moralē vitā ⁊ honestā obtulit sctūs thomas expositōeꝫ libri ethicoꝝ. Quinti sunt ciues q̇bus ad vitā politicā ⁊ ciuileꝫ obtulit sctūs thomas expositionē libri politicoꝝ. Sexti sunt gubernatores familiarum quibus ad rectam ⁊ ad fidelem gubernationem obtulit sanctus Thomas librum yconomicorum. Septimi sunt Predicatores quibus ad exhortationeꝫ populi obtulit sanctus Thomas librū de articulis fidei ad magistrum ordinis predicatoꝝ. Et q̄stiones ad

lectorē venetū, Et q̄stiones ad lectorē bisan
tinū. Et sermones ad populū, Octaui sunt
doctores q̄bus ad profectum fidei xp̄iane:
cum apud ipsos esset dubitatio parisius cir-
ca sacramentū corporis xp̄i obtulit librū de
corpore xp̄i ꝫm ordinē predicatoꝝ cōpilans
insuper officiū corporis xp̄i ꝫm ordinem ⁊
consuetudinē cuiuslibet ecclesie catholice ad
mandatū vrbani pape quarti, vt ptꝫ. ¶ Noni
sunt studentes quibus ad sinceritatem ph̄ie
naturalis obtulit librū questionū de aīa. Et
de sp̄ūalibꝰ creaturis. ⁊ de substantijs sepa-
ratis. ⁊ expositionē libri de causis in quibus
oīa sunt rōni ⁊ fidei cōsona ⁊c̄. Decimi sunt
contēplatiui solitariaꝫ vitam agentes q̄bus
ad altiorem eleuationē mentis in deū obtu-
lit expositionē sup librū dyonisij de dīnis noī
bus: ⁊ de angelica hierarchia vt satis patet.
¶ Undecimi sunt religiosi mendicantes: qui
bus ad sui ꝓtectionē obtulit cōtra impugnā
tes religionē. ¶ Duodecimi sunt monachi: q̄
bus ad sui refrigerium ⁊ solatiū obtulit ex-
positionem sup cantica canticoꝝ. Nam cuꝫ
papa Gregorius decimus ordinasset cele-
brare concilium apud lugdunū mandauit ꝑ
litteras sancto thome vt prefato cōcilio in-
teresset ⁊ librū quē fecerat cōtra errores gre
coꝝ secum deferret. Qui veniēs ⁊ transiens
per cāpaniā infirmatus est: ideo declinauit
ad monasteriū fosse noue inuitantibus euꝫ
Abbate ⁊ monachis, Qui ingressus mona
steriū p̄mo intrauit eccl'iaꝫ vt oraret ꝓut sui
moris erat. Et facta est sup euꝫ manus dn̄i
⁊ cum deuenisset ad secundū claustrū ꝓphe
tauit de morte sua dicēs. Hec requies mea
in seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eam.
Deuenit autē ad locum infirmoꝝ vbi lectuꝫ
decentissime parauerant ei. Et rogatus a mo-
nachis exposuit eis Cātica canticoꝝ vt in cā
ticū celestis glorie transiret studium celestis
discipline. Completa vero hac expositiōe ce
pit languor grauiter crescere ⁊ tunc deuotis-
sime petijt sibi dari corpus xp̄i. Quod cum
fuisset a monachis reuerenter ad ipsum de-
portatū de lecto ꝓsiliens ⁊ in terram ꝓstra-
tus sic deuotissime orauit. Sumo te preciū
redēptionis aīe mee. Sumo te viaticū pere
grinationis mee: ꝓ cuius amore studui: vi
gilaui: laboraui: te predicaui: te docui. nihil
vnq̄ꝫ contra te dixi: sed si quid dixi ignorans
dixi: nec sum pertinax in sensu meo sed si q̄d
male dixi de hoc sacramento: ⁊ alijs totum
relinquo correctioni sancte romane ecclesie
in cuius obedientia nunc transeo ex hac vi-
ta. Et hijs dictis cum reuerentia ⁊ deuotio-
ne maxima suscepit corpus christi. Sequen
ti aūt die petijt oleum sanctum. i. extremam
vnctionē vt ille sp̄ūs vnctionis qui eū in vi-
ta vnxerat ad celum dirigeret quo tendebat
Quā cum accepisset cōuersus ad celū dixit.
In manus tuas dn̄e cōmendo sp̄m meum.
Et sic aīam suam deo reddidit. In hora au
tem transitus sui apparuit quedam stella in
modū comete super monasterio predicto q̄
cuꝫ ignoraret quid significaret cū apparuit
ostendit prefati doctoris transitū dum cessa
uit. Nam sancto thoma deficiente: stella de-
fecit. Eadē etiā hora transitus sancti docto-
ris frater donatus de neapoli existens in ca
mera sua in cōuentu fratrum predicatoꝝ de
neapoli: diuinā ⁊ ꝓpheticā habuit reuelatio
nem sic. Videbat sibi ꝙ sanctus doctor eēt
neapoli in scholis ⁊ legeret corā multitudi-
ne copiosa tam seculariū q̄ꝫ religiosoꝝ: ⁊ dū
legeret vidit beatū Paulum eius scholas in
trantē cum societate sanctoꝝ. Cui cū sanctꝰ
Thomas vellet occurrere ⁊ descendere de ca
thedra ap'lus eidem insinuauit ꝙ lectioneꝫ
suaꝫ ꝓsequeret. Tunc sanctus Thomas ro-
gauit sanctū Paulū ep'lm vt diceret si verū
intellectū in suis ep'lis habuisset. Qui respō
dit ꝙ sic quantū quis viuens in corpore po
test habere. Et adiecit volo vt mecū venias
⁊ ducam te in locum in quo clariorē de his
omnibus habebis intellectū. Videbat q̄ꝫ ip
sum per cappā extra scholas secum ducere.
Tunc predictus frater cepit fortiter clamare
dicens. Succurrite fratres succurrite: q̄r fra-
ter thomas tollit a nobis. Ad cuius clamo-
rem fratres excitati ⁊ a dicto fratre visionis
seriē audientes inuenerūt ꝙ eadem hora vi
sionis sanctus doctor ex hac luce migrauit
ad xp̄m. Obijt autē felix doctor Anno dn̄i
mil. cc. lxxiiij. die. vij. Martij hora matutina
li. Anno vero vite sue. xlix. completo. vt sic in
anno iubileo ad patriaꝫ ꝓpriam rediret. Et
sic in morte sua non defuerūt ꝓdigia ⁊ signa
miranda que eius sanctitatem indicarent.
Nam frater Johānes de ferentino supprior
predicti monasterij cum ei visus defecisset:
ponens faciem suam super faciem sancti do
ctoris recuperauit prefectissime visum omi-
bus videntibus cum corpus sancti doctoris
esset in ecclesia ꝓ exequijs celebrādis ad tu-
mulationē. Mulus autē cui sanctus doctor
insederat audiēs eiulatus magnos fieri fra-

cto fune quo ligatus erat de stabulo exiuit: et appropiãs feretro in quo corpus sancti doctoris iacebat cũ ipsum vidisset pstratus ad terrã subito mortuus est. Odor autẽ maximus ex eius corpe exalabat ita vt totã ecclesiã et monasteriũ redderet odoriferũ. Tandẽ honorifice sepultus est ad laudẽ et gloriã nois iesu xpi. Ita vt oẽs iste generationes possint dicere verbum primo ppositũ: scz. Venit sol vere. Cuius claritatẽ et splendorẽ atqz gloriã. Vidit frater Albertus de brixia cũ oraret in ecclesia ad altare btẽ virginis. vt ptz in legenda. Ecce quomodo sancti thome vita et doctrina in ecclesia dei tanto fuit clarior: quanto ab omni inquinamento et errore fuit purgatior. Ita vt de eo dicatur. Joh. i. Erat lux vera que illuminat oẽm hominẽ venientez in hunc mundũ. Et sancta mater ecclesia hodie festiuat: qm venit sol vere. Per cuius claritatem illuminati: perduci mereamur ad celos beati. Prestante eo qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Habes itaqz lector optime sermones floridos quos cõposuit ac predicauit reuerendus Magister Leonardus de Utino sacre theologie doctor excellentissimus: ac sacri ordinis predicatorum pfessor obseruantissimus. Quorum plurimos predicauit: florentie corã tota curia romana ibidem tunc temporis residente tẽpore sanctissimi dñi Eugenij pape quarti. Nonnullos autez venetijs vt ipse alibi pfitetur. Neqz vero vno sed diuersis annis eos declamauit: sed nequis grauetur in inquirendis de vno tpe in diuersis locis sermonibus: quicũqz circa idem tps sunt cõtigui impressi sunt. Impressit autẽ eos arte atqz ĩpendio solertissimus vir Magister Johannes Trechsel alemãnus in ciuitate Lugduneñ. Anno dñi. M. cccc. xcvi. die vero. xv. Julij.

¶ Deo gratias.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z. A. B. C. D. E. F. G. H. J. K. L. sunt quaterna M quinternum.

¶ Ad diuũ thomam de aquino quo cõfratrũ suorum atqz doctrine sue amãtissimos atqz obseruantissimos sanctissimo presidio suo tueri dignetur metrica precatio.

Splendor aqnatũ: diui sator optime verbi
¶ Instar phebee lampadis irradians:
Omnibus angelice prefulgens lumine vite:
¶ Diuini eloquij flumine queqz doces.
Hereticos vrens: errorẽ gentibus aufers:
¶ Fidaqz xpicolũ pectora lacte foues.
Doctores alios stellas si dico nitentes:
¶ Te solem in terris quisqz vocare potest.
Deqz tuo (fateor) splẽdore accepimus oẽs:
¶ Quo valeamus iter carpere sydereum.
Proinde decus nrm: doctor sctissime thoma:
¶ Declamatorum gloria precipua:
Qui xpi sponsam (que mater nostra) fideli
¶ Ne labet aut tituber: ducis ad astra gradu
Ecce leonardus vtinensis: magnus amator
¶ Doctrine: cultus: eloquijqz tui
Seqz suosqz tibi cõmendat rite labores
¶ Dans sua presidio dogmata cuncta tuo.
Ergo sinu placido confratrem suscipe charũ
¶ Florida qui nobis hec dedit eloquia
Nos quoqz si qcq meruisse pbabimur ere
¶ Ac studio sanctos multiplicando libros:
Et quicũqz tui fuerit studiosus amator
¶ Ordinis: ad superos duc pr alme choros.





... delectabile 7 Sap. x. Q in
... suauis 7 · S gustato spu desipit ois

... te angustiabunt te ... p machinas 17
sultus 7 ad terram psternent te tandem ca
piendo 7 ii te qui intra sunt occidendo 7 dis

...
... diaboli sunt suggestiones eius quas infigit
ioab · i · dya intorsit absalonis · i · vectoris.

